TOTIVS MEDICINÆ PRACTICÆ Exactiſsima COLLECTIO.

In qua

TRIA INSVNT PROMPTVARIA NEMPE,

Promptuarium *cuiuslibet* eductionis ſanguinis rectè agendæ.
Promptuarium ſingulæ vacuationis cacochymiæ rectè adminiſtrandæ.
Promptuarium cuiuſcunque cruditatis rectè dignoſcendæ, rectèque curandæ.

Ad quæ accedit

Certitudinis Medicinæ curioſa, & accurata conſtitutio.

AVTORE VALERIO MARTINIO VENETO,
Philoſopho, & Medico.


TOTIVS
MEDICINÆ PRACTICÆ
exactissima
COLLECTIO,
AD
CÆSAREAM MAIESTATEM.
CVI
Certitudinis Medicinæ curiosa, &
accurata additur constitutio.
AD FERDINANDVM ERNESTVM
Imper. Filium Hung. & Boe. Regem, &c.
AVTORE
VALERIO MARTINIO VENETO,
Philosopho, & Medico.
PHILOSOPHIA
MEDICINA
PHILOSOPHI AC MEDICI
MARTINII
VENETI
VENETIIS MDCXXVIII. Apud Io: Baptistam Combum Superior. permissu & priuil.

PROMPTVARIVM
CVIVSLIBET EDVCTIONIS
Sanguinis rectè agendæ.

IN QVO

DE MORBI MAGNITVDINE SANGVINEA
Vrgente per ſe, ſimulque ſanguinis miſſionem
ſua natura indicante tractatur.

IDEO PRIVS DE INDICANTE GENERICO TAM MAGNVM euacuans inſinuante remedium, quam communi æquè tum ſanguinis detractionis tum cacochymiæ purgationis diſputatur: atque de indicante harum duarum euacuationum ſpecifico diſquiritur.

Poſterius Genera, & ſpecies magnitudinis morbi ſanguineæ, ac emiſſionis ſanguinis vberrimè dilucidantur.

PROINDE

MENSVRA, MODVS, LOCVS, AC TEMPVS EDVCTIONIS SANGVINIS
Aſſignantur, dubiaque circa nonnullas affectiones magnas ambiguas quando ſanguinis miſſio conueniat, & quando non explanantur.


Ea propter cuiuſcunque caſus laborioſiſſimi ſanguinis rectè mittendi, aut non, qui Medico repentè euenire poteſt, ſingula ambiguitas æquè tum exploratur, tum ſoluitur.

Omnia ex Hippocratis & Galeni potiſſimum rationibus, experimentis, autoritatibus, ac exemplis collecta, & illuſtrata, in quatuor libros diſtributa ac digeſta.

Cum Indice copioſiſſimo, & vtiliſſimo adnotationibus, & dilucidationibus referto.

AVTORE VALERIO MARTINIO VENETO,
Philoſopho, & Medico.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC XXVIII.

Apud Io. Baptiſtam Combum.

MAIESTATI
SACRATISSIMÆ
FERDINANDI SECVNDI
Diui Imperatoris Auguſtiſſimi.

Ac Germaniæ, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Sclauoniæ, &c. Regis Archiducis Auſtriæ. Ducis Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ,&c. Marchionis Morauiæ. Ducis Lucemburgiæ ac ſuperioris, & inferioris Sileſiæ, Vvitembergæ,& Tecka. Principis Sueuiæ. Comitis Haſpurgi, Tirolis,Ferretti, Kiburgi,ac Goritiæ. Landtgrauio Alſatiæ. Marchionis Sacri Romani Imperij, Burgouiæ ac ſuperioris & inferioris Luſatiæ. Domini Marchiæ, Sclau. &c.

Perennem exoptat felicitatem.

VALERIVS MARTINIVS VENETVS, Philoſophus, & Medicus.

Optimum quidem non vulgari ingenio fore duxi,ſi quæ veritate,publicęq; rei commodo, atque vtilitate digna inuenerit, quod in abdito lateant,non permittere. Vt enim non omnis fert omnia tellus, ita non vnius ætatis, ſed & maiorum, & poſterum elaborationi quamplurima, & inuentioni quam maxima relinquuntur,quę quidem cum in veri, rectique inueſtigatione verſentur, ſummi boni nomen ſortita, & in terris ſummam dignitatem ſunt conſecuta. Cæterùm cum ſibi conueniant ſcriptores, vt nihil typis mandauerint, quin priùs ſummi Herois patrocinio, quaſi vallo munitiſſimo defenſa commendauerint. Mihi

diu cogitanti pleniſſimam totius Medicinæ practicæ collectionem in lucem edere, vt te vnum eligerem, occurrit: Maiori enim autoritate fultas, quam Imperatoria Maieſtate non ſum arbitratus. Teque in primis, qui Maiorum tuorum laudum argumenta non deſideras, quique glorioſam poſterum, præſentiumque inuidiam gloria comparaſti, Catholicamq; fidem nullis vanis Hæreticorum erroribus ſubiectam fore paſſus es, per quem hoſtium fugatis exercitibus nunquam adeò fælici quiete olim Germania ſe donatam ſenſit. Quare autem tuæ Amplitudini quaruncunque virtutum ornatiſſimę has inſcriptas præſertim voluerim cognatio fuit, quæ mihi cum Cęnobita Sabino concionatore tuo amantiſſimo viro ſanè ſapientiſſimo intercedit, vt enim quæ ad animæ ſalutem ſpectantia ſunt præcepta tibi ab ipſo tradita attentè conſideras, conſiderandoque obſequeris: ſic mihi deuoti animi pignus viſum eſt omni animi contentione elaborare, vt quæ ad corporis ſanitatem pertinent, te monitum voluerim. Lubens igitur ſuſcipe, quæ læto tibi dicantur animo, ſerenaque fronte ampleстaris exiguam debitæ erga Maieſtatem tuam meæ deuotionis oblationem. D. O. M. vitam quandiutiſſima largiatur incolumen fælicitate fæliciſſima.

Venetijs Kalen. Martij. MDCXXVIII.

I

E. S. A. C. R. A. T. I. O. R.

AD

LARES

NVMINIS

GERMANICI

I.LIBER.ET.SACRAS

CÆSARIS.

OBVOLVTVS.AD.ARAS

FERDINANDI.

VENERATVS HVMILITER

CÆSAREVM.SVBLIME DECVS

RELIGIONIS.COLVMEN.FIRMISSIMVM

SYDVS PRÆCLARVM

SVBLIMIORIS IMPERII.

APPLAVDE GESTI AVDE

PRINCIPVM.IS.ILLE.MAXVMVS.

VERE. VERE

MAXVMVS. OPTVMVS.

CVIVS. EXCEPIT. PLAVSVS. IN. IMPERIO. ORBIS PLANE. VNIVERSVS

REBOANTIBVS. VNDIQVE.NOVIS.LÆTITIÆ. MODVLIS.

GLORIA.IN.EXCELSIS.ET.IN.TERRA.PAX.SIT.DIVTVRNIOR

FELICIORA. DECVRRANT. TEMPORA.

NESTOREIS. O. ILLE. O. VTINAM. ITERVM. POTIATVR. SÆCVLIS

FELICISSIMOS POTIATVR DIES

DIV. VIVAT. FELIX VIVAT

VICTORIARVM.COMPOS.ASSIDVVS.PARTICEPS TRIVMPHORVM.PERENNIS

QVO.TANDEM.TANDEM.DIVO.INDVPERANTE. CÆSARE. FACTVM.

QVOD. SACRO. PNEVMATE. ACTVS. VATES. ILLE. PRÆDIXIT. ORBI FVTVRVM. IETSEVS

IVSTITIA. ET. PAX. SCILICET. OSCVLATÆ. SVNT.

O. TANTIS. IGITVR. MERITIS. O. TANTIS. VIRTVTIBVS. IGITVR. INSIGNIORIBVS

PERPETVÆ. EXTRVANTVR. PYRAMIDES. PERPETVI. ERIGANTVR. O. OBELISCI

NON. EX. AERE VINCET. AERA

NON.EX.MARMORE VINCET MARMORA

SVPERATVRA. OMNIA. SVMMI. GLORIA. PRINCIPIS. MAXVMI.FAMA. CÆSARIS

IPSA. SIBI. SIT. GLORIA. PRO. PYRAMIDE IPSA. SIBI. SIT. FAMA. PRO. OBELISCO.

OPVS.HOC.D.INTERIM.VALERIVS.MARTINIVS.PHYL.MED.VEN.PERPETVÆ.OBSERV.M.

DIVO. CÆSARI. OPTIMO. MAXIMO.

FERDINANDO. AVSTRIACO.

AVGVSTIORIBVS. TITVLIS. SACRATISSIMO.

IN. QVO. EXORNANDO. VNO.

FORS. NIHIL.

POTVIT.

VIRTVS. PLVRIMVM.

BELLI. PACISQ; STVDIIS. ERVDITISSIMO.

VT.

ET. BELLANDO. FORTISSIMVS.

ET. AMANDO. CLARISSIMVS.

SEMPER. EXTITERIT.

ORTHODOXÆ. ACERRIMO. PRÆDICATIONIS. PROPVGNATORI.

MVNITISSIMO. FIDEI. CLYPEO.

HÆRESEOS. IMPVGNATORI.

VNICO.

TOTIVS. PATRONO. ORBIS.

STVDIOSORVMQ; MECÆNATI. AMPLISSIMO.

VALERIVS. MARTINIVS. PHYLOSOPHVS. MEDICVS. VENETIARVM.

SACRÒS. ILLIVS. FASCES. VENERATVS. HVMILITER.

OBSERVANTIÆ. CERTISSIMVM. SVÆ MONVMENTVM

OPVS INGENIVM ANIMVM

D. D. D.

BENIGNO MEDICINÆ STVDIOSO.

VALERIVS MARTINIVS.

NIL vtilius, Benigne Lector, Viro esse posse reor, quam pro suæ salutis studio Artem Medicam, quæ longa, ac difficilis est, in oppositum breuem, & facilem reddere. Breuem, inquam in eo, quod laconicè Medicus adeo valet totius Medicinæ integram acquirere practicam, vt in quocunque casu laboriosissimo, qui ei repentè accidere potest, illius totam obtineat dilucidationem, vt id, quod vtilissimum agendum sit, in ægrotantium sanitatis gratiam perpetuo consequi possit. Facilem verò, quatenus illud, quod deliberari debet, quantitatem, modum, locum, ordinem, ac tempus ita dilucide, & facilè memoriæ, nostro instituto, mandare potest, vt toto vitæ curriculo suæ mentis tranquillitate, ægrotantiumque emolumento Arti operam dare polleat: Breuis autem vnà & facilis erit Ars Medica practica, si facilioris, breuiorisque peritiæ gratia Medicus cuncta ad vniuersam medicinæ practicam attinentia in vnum breue opus collecta compilauerit ex omnibus Autoribus tum priscis, tum Neotericis, tum Græcis, Latinis, & Arabibus, tametsi potissimùm ex Græcis. Ideoque isthæc omnia in vnum genericum collegi promptuarium, autoritatibus ad verbum expressis, rationibus, experimentis, atque exemplis decoratum, vt opus id cuncta allata, quæ in amplissima, & vtilissima adsunt bibliotheca, contineat instituta, quasi totius Medicinæ practicæ simulachrum, & compendium collectum facillimè memoriæ tenendum. Quocirca Medicus hoc habens opus, omnia quoque habebit, quæ in amplissimo reperiuntur studio, vt is hoc pluries perlegendo promptuarium facillimè, ac citissimè Medicinæ practicæ omnimodam acquirat peritiam. Neque mihi obijcias: si dixeris nego omnia, quæ in vniuersa sunt bibliotheca in hoc tuo esse opere: Quandoquidem respondeo cuncta ad ea tria iam proposita promptuaria pertinentia,
& quæ in tota inueniuntur bibliotheca in hoc esse opere, rebus superfluis subtractis. Nam In moralibus.
vt ait Celtiberita: Laconicus sermo sublatione superuacui fit penetratior. Quoniam faciliùs ad memoriæ promptuarium isthæc rediguntur, quia vt depromit Zeno Ci- Lac. c. 1.
nicus: Veritas multis verbis non eget, & firmius tenemus paucis verbis comprehensa. At quamuis sapientiæ spiritu ductus curiosum id, ac vtile opus, duntaxat pro
mea acquirenda peritia ad meorum ægrorum salutem, vel tuendam, vel deperditam iterum recuperandam multis, longis, & assiduis laboribus constituerim: nihilominus cum Bernardus super canticam.

sapien-

ſapientiæ ſpiritus curioſitatem non acuat, ſed charitatem aſcendat ; *Proinde cha-*
Exo. 23. *ritatis impulſu , alijs quoque hanc impertiri volui vtilitatem .* Charitas enim erga pro-
4. Leuitico ximum præcipitur ; *Hinc opus hoc ad laudem , & gloriam Omnipotentis Dei , ſimulque*
18.19 *Sacratiſsimæ Virginis Mariæ , & ad proximorum beneficium , Deo fauente , in lucem ede-*
Deutero no. 27.1. *re ſtatui . Verum candide Lector , ſi quid tibi non omninò gratum fuerit , recordare*
Prouer. *me hominem eſſe , & hominem rem perficere non poſſe , cum ſolus Deus aſſiduè perfectè*
15.17.& 24. *agat . Si verò tibi quid gratum , & commodum viſum fuerit à D. O. M. traditum*
habeto , cui immortales ago gratias , cique laus , honor , & ſempiterna ſit gloria .

AVTO-

AVTORES, QVI HIC CITANTVR.

A

Bumeron Auenzoar.
Actuarius.
Adoardus Gualandus.
Aetius.
Æsculapius.
Albertus Bottonus.
Albertus Magnus.
Albucasis.
Albubachar.
Albumazar.
Alexander Aphrodiseus.
Alexander Tralianus.
Ali Abas.
Alpharabius.
Ammonius.
Andromachus.
Andreas Libauius
Antylus.
Antonius ab Altomari.
Andreas Vessalius.
Apollo.
Apollonius.
Archigenes.
Argenterius.
Aristoteles.
Arnaldus Vilanouanus.
Asclepiades.
Athenæus.
Auerroes.
Augenius.
Augustinus Gadaldinus.
Auicennas.
Aurelius Cornelius Celsus.

B

Balduinus.
Betus.
Brasaola.
Bronzerius.
Bucca ferreus.

C

Caietanus.
Cæsar Cremoninus.
Carolus Stephanus.
Caluus.
Cardanus.
Carpentarius.
Crysippus.
Cicero.
Conciliator.
Cornarius.
Curtius.

D

Damippus Pytagoricus.
Democrates.
Democritus.
Demosthenes.
Dexippus.
Dinarcus.
Dioscorides.

E

Ecclesiasticus.
Epicurus.
Erasistratus.
Empedocles.
Eustachius Rudius.
Eustratius.

F

Fallopius.
Fernelius.
Foesius.
Franciscus Vallesius.
Franciscus Valleriola.
Franciscus Piccolomineus.
Fuschius.
Franciscus Vicomercatus.
Filtiberitas.

G

Galenus.
Gentilis Fugininas.
Gorgias Leontinus.

H

Heraclitus.
Herodotus.
Herophilus.

Hercu-

F I N I S.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS AC VTILISSIMVS
Rerum omnium notabilium, quę ſunt in promptuario cuiuslibet eductionis ſanguinis rectè agendæ.

A

B

C

Ætati

H

Hæmor-

I

Indi-

Magni-

Magni-

Magni-

dinem

Morbis

Puerpe-

Sanguis

sympto-

Venę

Vi-

F I N I S.

Benigne lector errata primi tomi ſic emendato.

ferrente lege	ferente 1.b	ſuperueniet	ſuperueniret ibid.d
vbi eſt phleghotomia	dicamus phlebotomia	qualibet	quamlibet 83.c
cæciderunt legatur	ceciderunt 2.d	ſinu	ſinus 84.b
phlegmoſum	phlegmonoſum 4.c	deputationem	depurationem 86.a
ponit	ponitur 6.a	refrigeratiuas	refrigeratiua 87.b
morbus	morbi ibidem c.	autem	aut 89.d
laboraretis	laborantis 8.d	ſiccus	ſuccus 99.d
putridinalis	putredinalis 14.b	perpondendam	perpendendam 101.d
alia vero incipiens	aliam vero incipientem 15.b	effert	offert 102.d
pepetit	poterit 16.b	Luſitanus	Luſitanus 103.b
pactura	punctura 17.a	cuatiſſime	clariſſimè ibid.
Hippocratee: decreto	dicitur Hippocratis decreto 17.d	puerperea	puerpera ibidem.
vulcus dicatur	vlcus 18.	reuulſioni	reuulſioni 104.a
viro	vero 23.b	ſecundas	ſecundas ibid.
Magnitodo	magnitudo 29.c	partium	partuum 107.c
incrementi	incrementi 30.a	habt	habet ibid.
fedia	ſedes ibid.c	præcinè	præcipuè 108.a
impingnas	Impingnas 29.a	oſtentum	oſtenſum 109.c
dilucidamus	dilucidemus 41.d	eructa	eructat 112.b
cacyetha	cacoetha 45.b	oporta	oportet 127.c
vbi inuenies n.	ante que coniunctionem lege m.	deſumenta	deſumendæ ibidem
anno	ann 51.b	profuere	profluere 118.a
edipſiam	adipſiam 53.a	hectica abortus.	hectica oborium ibid.b
excramenta	excremente 54.a	contaloſa	contagioſa ibid.c
induiones	conditiones 55.b	egenus	egemus 120.b
proſpexi	perſpexi 58.a	inguinat	inguina ibid.d
tolerentia	tolerantia ibid.b	non maligna	maligna 124.b
ceſare	ceſſare 60.c	clunas	clunes ibid.d
attenda	attendenda ibid.d	bilæ	bili ibid.
Menſuram	menſuram 61.a	immines	imminens ibid.c
præceptos	præceptor ibid.	faciemus	faciamus ibid.d
exarando	exarando ibid.b	impeſtilentem	in peſtilentem
præterefacit	pertenefacit ibid.c	intumeſcerint	intumuerint 128.a
detrahendi	detrahendi 63.c	hypochodriis	hypochondriis ibid.c
perenni	perennis ibid.d	inguinas.& alas,	inguina.& alas ibid.d
pima	prima ibid.c.66	membranæ	membrana 129.c
emmitatur	emittatur ibid.d	minimum	nimium 131.a
ab lipoſthymiam	dic ad lipothymiam 71.a	cruentibus	cruentis 134.d
calubri	ſalubri 73.c	concluſiones	conuulſiones 135.c
biliescit	bileſcit 75.c.76	ſumtis	ſumptis 136.b
rationibus	rationibus 78.b	obiurgat	obturpat ibid.d
faciendam	faciendum 79.a	cucutulæ	cucurbitulæ 137.c

DE MORBI SANGVINEA MAGNITVDINE VRGENTE

Sanguinis Missionem per se indicante,

LIBER PRIMVS.

In quo

De Principali indicante generico necessario magnum euacuans postulante præsidium diligenter disputatur.

CAPVT PRIMVM.

Istius operis vtilitas ostenditur.

A — 1. de vic. ratione in mor. acutis 8. 4. Meth. c. 6,

CVM nullum maius Medicis negotium, ad ægros rectè curandos facessat quam id, quod ægrotantes vel interficit, vel in contumaces inducit morbos, tum cognoscere, tum propellere; & quoniam languentes aut occidit, aut patientis diuturnos ac ferè incurabiles procreat morbos, sola morbi vis, seu magnitudo siue efficatia nuncupata quatenus sua essentia vel vrgentia lethali, vel infelici, seu contumaci semper, & vbiq; per se vrget. Quæ certè, vel sanguinea, vel humoralis, seu cacochyma, aut etiam vtroque modo iuncta introspicitur, hinc vel sanguinis missione, aut cacochymiæ eductione, vel interdum quoque vtraque euacuatione, ipsa morbi magnitudo eripitur. Proinde, & morbi quancunque magnitudinem, tàm in genere, quàm in spetie, rectè gnoscere, & etiam sanguinis missionem, & humorum purgationem quanlibet agendam explorare deuincar. Insuper adæquatè de vnaquaque illius morbi magnitudinis specie disquiram, vt qualis morbi magnitudo fuerit, etiam talis euacuatio molienda sit. Vlterius quanta morbi magnitudo erit, tanta quoque succi peccantis eductio peragenda sit; virium robore tamen præsente vacuationem ferrente. Præterea modum, locum, ac tempus, quibus ea morbi magnitudo ægros lædere po-

B terit, perpendam; vt etiam modo, loco, temporèque congruo perspecto euacuationis administrandæ, eam morbi auferre magnitudinem possimus. Eanque sanè ob causam, ad quamlibet morbi adimendam magnitudinem, his peractis, procul omni dubio id, quod satius, ac rectissimum faciendum sit, semper assequi poterimus. Ac ita Artis præstantia, ægrorunque vtilitate, Deiq; gloria, & nostra dignitate, simulque vtilitate, nos Medici Arti Medicæ operam dare poterimus, ac tuto, cito, iucundè, & feliciter. Ea propter hac re impulsus, de ipsa vrgente morbi magnitudine agere polliceor. Potissimum verò, & exactè de ea sanguinea in hoc opere, de ea autem cacochyma alio opere, tametsi quoquè in hoc tomo, obiter, ad sanguineæ magnitudinis maiorem dilucidationem, aliqua dicam de cacochyma magnitudine. Hoc autem opus plurimum quidem faciet, ad errata euitanda, quæ nostris patientibus, & quam plurima symptomata grauissima; & obitum etiam inferre possent; ob sanguinis eductionem, aut perperam omissam, vt Erasistrato, eiusque sequacibus sangui fugis contigit, aut non rectè administratam, vt alijs Medicis, à Galeno recensitis, accidit.

1. ad Glauc. c. 14. & lib. de curat. per sang. mis. cap. 11. & & 9. Meth cap. 10. & de venæ sect. aduer. Erasist. cap. 6.

Lib. de curat. per sang. mis. c. 17 & lib. de venæ sect. aduer. Erasistrate ol c. 1. & 5. Meth c. 15. & aduer. Erasist. c. 8. & 9.

A CAPVT

A

CAPVT II.

Sanguinis missionem, & succorum purgationem, magna præsidia esse ostenditur.

VEnæ autem sectiò, & humorum purgatio maiora remedia quidem à Galeno vocantur, hoc modo. *morborum, in quibus ægri sit spes, maiora adhibeantur remedia. Præcipua autem in his remedia sunt maximè quidem phlegbotomia, & purgatio.* Maiora enim remedia sunt, inter magna, venæ sectio, & aluina purgatio; Magna tamen remedia sunt omnia euacuatiua etiam per vomitiones, & per cucurbitulas scarificatas, & per hemorroidas, molita: hæc duo vero maiora auxilia maximè præsentanea alibi voeat: ad animi vsque defectum molita, in maximis doloribus, facta distinctione, an venæ sectio, vel purgatio conueniat.

Com.2.aph.29.

1.Aph.23.

B

CAPVT III.

Alberti Bottoni opinio de sanguinis missionis, & humorum purgationis, indicante per se recensetur.

ALbertus autem Bottonus inter Medicinæ scriptores præclarissimus, sanguinis missionis, humorumque eductionis indicatricem vim per se sanguinis, & humorum vitium esse, censuit, magnitudinem verò morbi eorum facultatem indicatiuam tantum per accidens esse, prout scilicet magnitudo morbi solum signum sit, vel emissionis sanguinis, vel succorum eductionis agendæ, vt signum magni præsidij adhibendi: Inquit enim *Morbus autem magnus per se minime indicabit dictum auxilium magnum vacuans sanguinem; sed per accidens, & tanquam signum notificans dictam sanguinis plenitudinem.* hanc verò rem ex hac prima ratione, ex Galeni autoritatibus collecta comprobare nititur pergens *& ita Galenus vbique debet intelligi, quando decernere videtur magnitudinem morbi indicare venæ sectionem.* Secundam vero rationem ita statuit, exarans, *confirmatur hæc veritas, quia si morbus magnus per se primo indicaret sanguinis missionem sequeretur, quòd omni morbo magno hæc competere:, quod est falsum; sunt enim multi morbi magni, quorum curatio per venæ sectionem acquiri minimè potest, quemadmodum sunt illi omnes, qui dependent ab alijs humoribus longè distantibus à sanguinis natura, & citra aliquam sanguinis redundantiam, sicuti est hydrops, paralysis, apoplexia, & similes, qui purgatione potius pharmaco facienda, quam sanguinis euacuatione indigent.* Tertiam postea rationem reddens, inquit. *& ideo Gal.4 Meth.c.6. dicit magnitudinem morbi indicare, vel sanguinis vacuationem, vel purgationem, quia ibi non loquitur de proprio, & principaliter indicante, cum ab vno non nisi vnum indicari debeat: sed per aduersarium magnus morbus indicat per se sanguinis missionem, ergo non poterit indicare purgationem humorum.* Postea vero quarta ratione idipsum confirmare tentat, ita loquens. *At si dixerimus quod Gal.4. Meth.c.6. loquitur de magnitudine morbi, vt de signo indicante magnitudinem, & vehementiam causa, tolletur omnis controuersia. Hac enim morbi magnitudo indicabit, vt signum auxilium magnum sanguinem euacuans conotando magnam plenitudinem sanguinis.* Respiciens vero sanguinis missionem indicantem per se facultatem, asserit eam sanguinis plenitudinem esse, hoc modo *magna, vehemens, & vniuersalis plenitudo actu, vel potentia producit morbum magnum, & vehementem, qui semper est inditium, & signum magnæ plenitudinis, ac proinde indicabit hæc plenitudo auxilium magnum sanguinem euacuans.* Quocirca vult ipse vir, quod plenitudo sanguinis, vt sanguinis peccatum morbi efficatiam gignens, tanquam causa, remedium magnum sanguinem vacuans per se indicet. Sic etiam potest dici, hunc virum putasse, cacochymiam morbum magnum producentem, auxilium indicare magnum per se, humores peccantes auferens. Hac vero ratione ab eo constituta, obiectionem hanc exarat. *Neque obijciat, si quis Galeni sententia diceret 4. de vict. rat. in mor. ac t.19. vbi loquens de scopis mittendi sanguinis nihil meminit de illius peccatis hac vsque explicatis, in quanto videlicet, in forma, & motu, sed longe aliter loquens, statuit tres alios esse scopos, morbum scilicet magnum, ætatem florentem, & virium robur.* Quam obiectionem subinde confirmat, conscribens, *& 4. Met.c.6. inquit quòd interdum conuenit mittere sanguinem, etiam si plenitudinis signa non apparuerint. sed morbo magno existente, & virtute valida, imò licet sanguinem mittere: quo loco aducit etiam exemplum de quibus ab alto ceciderunt, quibus vacuatio sanguinis iuuat, etiam si ante casum integra sanitate fruerentur, & sanguinis redundantia omnino experies fuerint.* Denique vero has Galeni duas autoritates soluere nititur, hoc modo. *Quibus autoritatibus dicendum, quod Gallenus ibi non loquitur de veris indicationibus sanguinis missionem per venæ sectionem,*

Lib.2. de morbis mulierum. c.11.fol.34.

C

Ibidem fol. 33. tergo.

Ibidem fol. 33. tergo.

D

A *nem, sed potius de signis maximè necessarijs, vt à Medico considerentur, dum adest redundantia sanguinis in toto, vel in parte, si debet, absque errore, non dixerim sanguinem simpliciter mittere sed venam seccare, quæ cum sit materia, non solum auxilij vacuantis sanguinem, sed auxilij magni non potest ab alio indicari, quam ab ipsa plenitudine sanguinis, & non à plenitudine simpliciter, sed à plenitudine vehementi, siue hæc fuerit quò ad vasa, siue quo ad vires, siue in toto corpore, siue in parte determinata: cuius causæ, seu plenitudinis magnitudo, & vehementia, cum necessario producat, non solum morbum, sed etiam morbum magnum, siue actu, siue potestate talis fuerit.* Vnde concludit, eam plenitudinem sanguinis missionem per se indicare, morbum verò magnum, indicare per accidens, scribens. *Ideo morbus magnus à dicta plenitudine factus, sicut est effectus dictæ causæ, ita per ipsum, tanquam per signum notius ascendere possumus in cognitionem suæ causæ principaliter, & per se indicantis magnum auxilium vacuans sanguinem.*

CAPVT IIII.

B Hanc Bottoni opinionem de sanguinis missionis indicante per se non esse veram, demonstratur.

CÆterum licet vir iste nullo vnquam satis encomio pro dignitate, & eruditione commendatus fuerit, nihilo setius de hac re (sua pace) deceptus fuit. Quandoquidem primò ostendam sanguinis plenitudinem, seu peccatum sanguinis, missionem indicare per se non posse, sicuti, nec etiam cacochymiæ vitium, purgationem postulare per se potest: nam id, quod præsens non indicat, & etiam quod absens non prohibet sanguinis missionem, nunquam hoc magnum præsidium sanguinis missionem euacuans, indicare per se poterit. Sed sanguinis plenitudo vehemens præsens non indicat, nec etiam, dum abest, prohibet sanguinis missionem; ergo sanguinis plenitudo vehemens, sanguinis missionem indicare sua natura neutiquam potest. Maior propositio clara est, & maximum robur continet, quia tum ex parte præsentiæ, & absentiæ verissima est pariter, & minor patet. Si nanque sanguinis plenitudo vehemens, sua natura hoc magnum remedium postularet per se, etiam vbique, & semper indicaret, sicuti in oppositum, dum C absens esset, prohiberet quominus sanguinis missio fieret. Quoniam sanguinis plethora facta Syndrome quantacunq; fuerit, eam sanguinis indicare euacuationem nequit; Hippocratis, & Galeni sententia, ita exarantis. *neque etiam plethorica facta syndrome sanguinem semper mittimus,* quia alijs ea plenitudo præsidijs tollitur, nempè, *& frictione, & balneis multis, & cibi abstinentia,* & de curandi rat. per sang. missionem c. 9. ait. *Perperanq; Menodotus in sola syndrome plethorica, seruari venæ sectionem inquit, contra enim prorsum sanguinis mittendi scopi primum in se plenitudinem non comprehendunt, sed fientis passionis suspitionem Nam si eam magnam fore apparet omnino sanguinem mittimus, etiam si nulla existat plenitudinis nota.* Et alibi confirmando hanc veritatem, depromit. *in sanguinis redundantis concursu, non statim huic sanguinem mitti, est necesse, immo alijs satisfacit inedia, alijs cibi parcitas, alijs soluta aluus, vel purgatio, vel frequentius balneum, alijs sola exercitatio, vel frictio abundè fit.* Nec deest alia Galeni autoritas, vbi scribit. *Frictionibus multis, balneisque ambulationibus, alijsq; motionibus, ad hæc vnctionibus digerentibus celeriter plenitudinem exhaurire Medicum posse, affirmat:* Si ergo sanguinis plenitudo, non semper sanguinis missione tolli debeat, sed alijs præsidijs auferenda sit, ergo sanguinis detractionem per se non indicat. Præterea propositio, quæ est per se, debet habere prædicatum etiam de omni, & solo, sed soli D plenitudini sanguinis id non competit, immò, dum magnitudini morbi annexa est, coindicat, non autem indicat, ergo per se non indicat. Quod autem absente plenitudine sanguinis, superueniente vero morbi per se vrgente magnitudine lethali, siue ea, quæ infelix est, aut diuturna, & fere incurabilis, tunc sanguis detrahitur ob magnitudinem morbi, vel præsentem, vel incipientem, vel imminentem, quæ, vt vrgens per se talem sanguinis reuulsiuam, sua natura, indicat euacuationem patet: Nam Galenus contra Menodotum Empiricum, qui talem opinionē habebat, disputando, ait. *Menodotus Empiricus in sola plethorica appellata Syndrome sanguinis missionem obseruari asseuerans. Nos autem, & non ea existente, venam seccamus, cum dolor vehemens hominem prehenderit,* & inquit, dolor vehemens pro morbo magno, seù vehementi accipiendo, *vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulsum, vel alius quispiam articulus contractus, redductusque sit.* idem in casu ab alto, & in plaga comperere ait Galenus. Ibi enim solum ne in parte, ea affecta fiat inflammatio, seu phlegmone lethalis, aut ferè incurabilis, quia talis morbus magnus imminens est per se indicans reuulsiuam sanguinis detractionem; Proinde etiam absente plenitudine, tale magnum præsidium indicatur. Cui Galeni sententiæ Cornelius Celsus adscribere voluit, inquiens; *Si ex superiori parte aliquis decidat, si contusus est, si ex aliquo subito casu sanguinem vomat, quamuis paulo antea sumpsit cibum, tamen protinus ei venæ sectione, demenda materia est, ne si subsederit corpus affligat.* His hunc in modum positis; ad primam Bottoni rationem,

4. de vic. rat. in morbis acutis t. 19.
De curat. per sang. miss. c. 9.
4. de tuenda sanit. c. 4.
De curatio. per sang. mission. c. 10.
4. de vic. rat. morbis ac test. 19.
4 Meth. c. 6.
Lib. 2. c. 10.

Sanguinis plenitudo aut vitium sanguinis missionem per se indicare non posse.
Argumentum inde solubile, perpetuæ veritatis.
Prima Galeni autoritas hoc institutum confirmans.
Secunda autoritas idem asseuerans.
Tertius Galeni locus idem affirmans.
Quarta autoritas idipsū confirmans.
Secundum argumentum idem comprobans.
Plenitudo sanguinis tantum ratione magnitudinis morbi sibi iuncte per accidens, considerat.
Galeni prima autoritas id cōfirmans.
Secunda Galeni autoritas
Tertia Galeni autoritas ib. de cu. per sang. in c. 9. si eam magnam fore appareret omnino sanguinem mittemus etiā si nulla existat plenitudinis nota
Cornelij Celsi locus Galeni autoritates confirmans.
Ad Bottoni rationes responsiones.

tionem, vbi probat morbi magnitudinem ſolum per accidens, ſanguinis miſſionem indicare, & vt ſignum ſanguinis plenitudinis, ceù cauſæ eius, vehementi copia peccantis. Reſpondeo quòd morbi magnitudo ſignum quidem ſanguinis repletionem cõnotans, nequaquam ſit, duabus rationibus, prima eſt, quoniam ſanguinis plethora ab alijs ſignis rectè dignoſcitur, ſicuti etiam ſola plenitudo Menodoto Empirico ſine morbi magnitudine nota erat, ita Galenus eam plethoram ſine morbi magnitudine ſanguinea ex proprijs ſignis agnoſcebat, vt ſuo loco dicam, ſecunda vero, quia ſine vlla ſanguinis repletione morbi, vtique magnitudo ſanguinea fluens, aut fluxura, ſanguinis miſſionem per ſe indicare poteſt, vt ſua natura vrget vel vrgentia lethali, aut infelici, ſeu contumaci, tamen frequentius lethali, raro vero infelici, & contumaci vel fluente, ſeu fluxura, abſque vlla venoſi generis plenitudine, & potius in corpore cacochymo ſæpe in aliqua particula inflammatio non propriè appellata adeſt magna, per ſe miſſionem ſanguinis indicans vt pleuritis, phrenitis, peripneumonia, & eryſipelas phlegmoſum, quæ per ſe indicant venæ ſectionem; ergo magnitudo non vt ſignum plenitudinis indicat, ſed vt principale indicãs.

Ad primam rationem. Morbi magnitudo non indicat vt ſignũ repletionis ſanguinis ſit, ſed vt valde lædens vrgeat contra Bottonum.

Ad primæ rationis comprobationem.

Ad comprobationem vero huius primæ rationis, ex Galeni autoritate inquam quòd *vbique debet intelligi, quando decernere videtur magnitudinem morbi indicare venæ ſectionem*, eò quod Galenus ſtatuit morbi magnitudinem, non vt ſignum notificans plenitudinem ſanguinis miſſionem indicare, verum enim verò, quatenus ipſa magnitudo vrgens eſt, aut hominis ægrotantis interfectiua, aut ferè incurabilis reddi poteſt, eo præſidio ſanguinis miſſionis prætermiſſio, ideo vt vrgens ſua natura etiam neceſſariò ſanguinis miſſionem, magnitudo ipſa indicat. B

Ad ſecundam rationem.

Ad ſecundam rationem dico, quod vir iſte errauit, cum Galenus ex Hippocratis decreto, principaliter, & de proprio, & principali indicante, tum ſanguinis miſſionis, tum humorum purgationis, doctrinã ſtatuerit, inquit enim. *præberi tamen vacuandi indicationem ab ipſa ægritudinis vi in eo libro* nempè 11. Meth. medendi cap. 3 & 13. Meth. cap. 5. *non dixi, propterea quod, & longiorem demonſtrationem requirebat, hic verò executus ſum, quantum ad rem propoſitam erat vtile*, nimirum, quantum ad vacuandi indicationem ab ipſa ægritudinis vi, ſeu magnitudine perpetuò deſumendam, tanquam à proprio, & principali indicante per ſe: Aduerte autem Galenum dixiſſe *vacuandi indicationem ab ipſa ægritudinis vi* deſumi, genericè, & communiter loquens, tum de morbi, magnitudine ſanguinea principaliter per ſe ſanguinis miſſionem flagitante, tum de cacochyma principaliter ſua natura cacochymiæ eductionem exoptante; Quas certè ibidem patenter ſpecificè declarat magnitudines, hunc in modum: *Nunc docere volo, tum ipſam morbi magnitudinem appellare velis pro indicatrice quandam* ſcilicet principalem *ſanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ ſtatuendam eſſe*; quæ ex Hippocratis decreto habuit, inquiens *tum verò Hippocratem hanc omnium, quos nouimus primum indicationem adinueniſſe*. Quòd autem morbi magnitudo principaliter indicat tum genericè, tum ſpecificè, non autem vt ſignum, ex reciprocabilitate, quæ propoſitionem per ſe facit, manifeſtum erit. Nam communiter, ſeu genericè omnis morbus magnus vt magnus, magnum etiam poſtulat remedium euacuans, & omne præſidium magnum euacuãs à morbi magnitudine indicabitur: Similiter omnis morbi magnitudo ſanguinea ſanguinis miſſionem poſtulat, & omnis ſanguinis miſſio à morbi magnitudine ſanguinea indicatur: Pariter omnis morbi magnitudo cacochyma, cacochymiæ eductionem deſiderat, & omnis cacochymiæ vacuatio à morbi magnitudine cacochyma poſtulabitur.

4. Meth. c. 6.

Ibidem.

C

Confirmatio.

Ad tertiam rationem. Cauſa cur Bottonus deceptus fuit.

Ad tertiam verò rationem, dico eum virum allucinatum eſſe; cum ipſe eam morbi genericam ignorarit magnitudinem, euacuans eius cauſæ immediatæ magnum indicantem præſidium. Hinc etiam is hanc in ſuas ſpecies diſtinctam non agnouit magnitudinem; nempè in ſanguineam, & in cacochymam ſectam non cognouit. Ergo Galenus de principali indicante locutus eſt, tum generico, tum ſpecifico, & ita patet quomodo ab vno non niſi vnum indicari debeat, & quomodo à duobus indicantibus per ſe, & propriè, & conuertibiliter, diſtinctè, duo indicari poſſint. 4. Meth. c. 6.

Ad quartam rationem.

Ad quartam rationem reſpondeo ad Galeni autoritatem, ex his hactenus conſtitutis fundamentis, vt Gal. morbi magnitudinem pro facultate indicatrice conſtituerit, non quidem vt ſignum plenitudinis ſanguinis, cum nugaceum ſit, aſſerere idipſum, quia plenitudinis ſigna alia adſunt, quæ ſemper ſine morbi magnitudine, eam ſanguinis connotant plenitudinem, vt eſt venarum latitudo, & prominentia, rubedo totius habitus corporis, habitus etiam carnoſus, moſculoſuſquè non obeſus: aptitudo quo ad motiones, ob ſpiritus multi ſanguinis copiam; Temperamentum calidum, & humidum vniuerſi corporis: & ſomnus longus, aut ſomnolentia ab humiditate ſanguinis ſuauis oborta.

Ibidem.

D

Signa plenitudinis ſanguinis.

Ad rationẽ probantem ſanguinis plenitudinem ſanguinis miſſionem indicare reſponſio. Ad ſolutionem obiectionis, & confirmationis Bottoni reſponſio.

Ad rationem vero vbi probat ſanguinis plenitudinem, ſanguinis miſſionem indicare, iam patet id falſum eſſe, quia ſine plenitudine, immo in corpore cacochymo, morbi particularis magnitudo ſanguinea à ſubdominio, venæ ſectionem vt lethalis eſt per ſe indicat; & quoniam ſanguinis plenitudo etiam ſi vehementiſſima ſit; abſque ſanguinis miſſione, alijs auxilijs eripitur. Vnde non niſi morbi magnitudo ſanguinea, vel præſens, vel incipiens, ſeù imminens ei plenitudini ſuperuenerit, nunquam ſanguis educendus: ſic autem pariter de cacochymia magna aſſecurandum eſt. Ad ſolutionem obiectionis, & confirmationis, ab eo poſitæ, reſpondeo vt non de ſignis maximè neceſſarijs allocutus ſit Gal. *vt à Medico conſiderentur*, immo de indicante principali, & de permittente principali, nempè de virium robore, & de ætate florenti, tanquam de

4. de victus rat. in morb. ac. t. 19.

ſigno

A signo virium robur consequente, vt de compermittente: de indicante dico principali venæ se-
ctionem, non modo vacuatiuam plenitudinis sanguinis, vt Bottonus existimat, sed etiam pro-
ut morbi magnitudo sanguinea fluens, venę sectionem reuulsiuam per se indicet, nulla sangui-
nis repletione ibi existente, immo cacochyma potius secundæ differentiæ à Gal. constitutæ, ibi
reperitur in toto corpore: vt in capite de sanguinis missione, venæque sectione reuulsiua, seu de-
riuatiua à morbi magnitudine sanguinea fluente, seu fluxura, indicata, manifestius clarè con-
spicietur. Quocirca plenitudo etiam si vehementissima sit, nunquam venæ sectionem indica-
bit, nisi per accidens, nempè ob morbi magnitudinem sanguineam, vt per se vrgentem, ac tunc
non indicat, quippè tantum vnà cum magnitudine ipsa indicante, coindicat maiorem, seu mi-
norem sanguinis mittendi copiam educendam in eo, vt maior, seu minor sanguinis multitudo
fuerit. Ad id autem, quod asserit, *Ideo morbus magnus à dicta plenitudine factus, sicut est effectus* (Ad postremam rationem.)
dictæ causæ, ita per ipsum, tanquam per signum, notius, ascendere possumus in cognitionem suæ causæ
principaliter, & per se indicantis magnum auxilium euacuans sanguinem. Primò respondeo, vt eo (Prima responsio.)
notiori signo non egeamus, cum alia, & plurima signa adnotantia eam plenitudinem habea-
mus, vt vidisti; Præterea dico magnitudinem morbi, non ob eius causam immediatam indi- (Secunda responsio.)
B care, quia non sequitur, hic vt illud Aristotelis axioma sit verum, nimirum propter vnumquod- (Quomodo verificetur dictum illud Aristotelis propter vnumquodq; tale, & illud magis tale.)
que tale, vt illud magis tale, si ergo morbi magnitudo magnum indicet remedium, propter eius
causam immediatam, sequitur causam ipsam magis indicare; Nam tale axioma tantum verum
est, quoties causa, & effectus sint simul conuertibilia; non conuertitur autem ea causa, nempe
plenitudo, nec vitium sanguinis, nec vitium succorum, cum morbi magnitudine: cum in pleris-
que plenitudo maxima sine morbi magnitudine sit, & quæ sine sanguinis missione tollitur: si-
cuti sæpe cacochymia magna sine morbi magnitudine reperitur, quæ sine purgatione adimitur.
Deniquè perpende, quòd morbi magnitudo generica vt vrgens in plerisque lethalis, raro vero
vt contumax magnum per se indicat salubre remedium vacuans, & conuertibiliter sicuti morbi
magnitudo specifica, tum sanguinea tū cacochyma, vt vrgēt sua essentia necessariò, & reciproca-
biliter suæ causæ immediatæ sublationem administrandam esse indicant.. Non autem vt signa
maiora suæ causæ dignoscendæ. Et aduerte quòd sicuti morbi magnitudo ægrum interficere
potest sua essentia insalubri, in plerisque, vt vrgens lethale sua natura, ita ratione salubritatis
C ob suam vrgentiam essentialem, magnum quidem per se vacuans, & salubre indicat remedium.

C A P V T V.

Horatij Augenij opinio de sanguinis missionem indicante sua natura ponitur.

HOratius autem Augenius suo æuo inter scriptores Artis Medicæ eximius, ac eru- (Lib. 1. de sang. missio. c. 5.)
ditissimus ferè eandem Bottoni opinionem, de hac re, habuit. Ipse vt enim. (Lib. 1. de sanguinis missione c. 5.)
Morbi magnitudinem non indicare missionem sanguinis. Substinet ita exarans. *Quem*
admodum sunt morborum differentiæ quam plures, sic etiam non vna est auxiliorum
differentia; nam vt genus auxilij à morbi genere indicatur; ita differentia auxilij à
morbi differentia insinuatur: siquidem proportione inuicem respondeat, morbus, &
auxilium ergo prius sibi proponit de indicante generico agere, deinde de specifico indicante ver
ba facere. *Ergo paruus morbus, paruum auxilium, magnus verò magnum; mediocris vero mediocre*
habens modo auxilium indicat. Quid igitur indicabit morbi magnitudo: nihil quidem aliud quàm ma-
gnum auxilium? Verum quia hoc indicans tanquam genericum, etiam magnum auxilium quæ-
rit vacuatiuum, nempè, & sanguinis missionem seu venæ sectionem, & interdum purgatio-
D nem; Ideo naturam huius indicantis specificam inquirit, qua venæ sectio indicata ab ea ma-
gnitudine sit, differenter ab alia natura qua ea purgatio postuletur: proinde ait. *Hoc propria*
est indicatio, quam natura magni morbi de se profert, nec aliam vnquam inuenies. Quomodo conclude-
mus indicare missionem sanguinis? quia inquies magnum est præsidium, fateor: sed non est vnicum ma-
gnum hoc præsidium: rectè enim atque necessariò concluderetur, si alia non inuenirentur magna præsi-
dia, quam sanguinis missio: quia vero non est vnum magnum auxilium; idcirco non rectè concluditur,
vnicum ex magnis præsidijs à magnitudine morbi indicari concludendo igitur duo esse magna præ-
sidia, inquit, *supponamus autem in præsenti, esse duo magna præsidia, venæ sectionem, & purgatio-*
nem: magnitudo morbi ad hæc duo se se indicans. Quia vero contingit aliquando magnum affectum
curari sola sectione venæ, aliquando sola purgatione, aliquando vero vtroque, opus est aliquam esse
cum morbo magno naturam, quæ aliquando vnum, aliquando alterum, & aliquando ambo simul insi-
nuet: qualis verò hæc natura sit, suo loco explicabitur, vbi postea conscribit *Verum non possumus nos*
simpliciter magnitudinem affectus intelligere, quandoquidem vt exposuimus priori libro hæc nihil aliud
de se indicare potest quam magnum præsidium: addere igitur magnitudini oportet, quod solam indicet
venæ sectionem: quid vero hoc est, quod in præsenti addendum sit? causam nempe à qua sit morbus ma-

A *gnus in hunc modum. Maguitudo illius morbi, qui fit à ſanguinis plenitudine aut fluxu perpetuo indicat miſſionem ſanguinis: magnitudo morbi à plenitudine; tanquam vacuatiuum auxilium: à fluxu verò, tanquam reuulſiuum, ac deriuatiuum præſidium; ſic quidem interpretandus eſt Galenus, & nullam penitus difficultatem habent eius verba: patetque quod vnum perpetuo vnum indicat, prout fuerit natura eius quod indicat.* Ea propter cenſet æque tum morbi magnitudinem, tum ſanguinis plenitudinem, vel motum, venæ ſectionem indicare, quoties morbi magnitudo, & ſanguinis peccatum ſimul fuerint: attamen ſanguinis vitium in copia, vel motu naturam eſſe, ceù cauſam morbi magnitudinis indicantis. Ibidem. Prima ratio ponit hoc modò. *Videor ex his Galeni verbis iam ſatis ſuperque explicaſſe, quòd plenitudo modum excedens, aut magnus morbus à plenitudine enim ſunt hæc inter ſe idem indicat miſſionem ſanguinis pro euacuatione facienda: ſanguinis autem, aut magnus affectus à ſanguinis motu indicat reuulſionem, aut deriuationem per ſectionem venæ.* Secundam autem rationem adducit ex Auicennæ autoritate, ſic *Nunc vero reliquum eſt, vt Auicennam candē opinionem habuiſſe oſtendamus. Is igitur in quarta primi capite 20. ſic ait phlegbotomia eſt euacuatio vniuerſalis, quæ multitudinem euacuat; multitudo autem eſt augumentum humorum ſupra æqualitatē ipſorum in venis: & paulo poſt declarans, quibus debet vena ſecari, addit, & nemo quidem eſt phlegbotomandus niſi vnus duorum: vnus eſt eorum ægritudinibus præparatus, qui cum ipſius ſanguis multiplicatus fuerit cadet in eas, &c.* B.

C A P V T VI.

Ipſa Augenij opinio, vt falſa, euellitur.

Ob ſex rationes Augenium deceptū eſſe probatur.
Prima ratio.

VIt autem iſte deceptus eſt: primo, quia tenebatur genericum magnū, & conuertibile cōſtituere indicans adæquatè magno euacuatiuo proportionatū remedio, vt ſubinde alia duo ſpecifica, & magna reciprocabilia tranſcendentia ſtatuere poſſet indicantia; quæ veluti duæ differentiæ eſſent illius generis vniuocæ rū diuidentes genus id, tum conſtituēres magnitudinē morbi ſanguineā, & aliā quoque magnitudinem cacochymam; quæ duo ēt ſeorſum ſeiuncta magna vacuantia inſinuarent præſidia hoc eſt, & ſanguinis miſſionem, & humorum purgationē. At vero id nō fecit, ergo malè ſe geſſit.

Secunda ratio.

Secunda ratio eſt, quòd nemo dat quod non poſſidet, ſed ſanguinis plenitudo, & motus non habent ſua natura vim indicandi magnū euacuans auxilium, ergo ſanguis C copia, ſeu motu peccans, magnitudini morbi vim indicandi magnum vacuans remedium dare nequit.

Falſum eſt magnitudinē morbi rationem indicandi poſſidere, conſtitiut ob naturam ſang: i nis peccāt: primario, cum id tantum ſecundario ſi: Primario enim indicat vt lædendo vrget.

Vnde falſum eſt, magnitudinem morbi, ratione naturæ ſanguinis copia, ſeu motu peccantis, facultatem eſſe magnum vacuans indicandi remedium; imò per aliam naturā, quā Augenius non tetigit. Argumenti verò maior manifeſta habetur; & minor iam capite præcedēti vbertimè demonſtrata eſt; nam ſanguinis peccatum in copia, & motu, & calore, & etiam in impuritate, ſine ſanguinis miſſione adimitur alijs auxilijs, & non niſi ſuperuenerit morbi magnitudo ſanguinea, ſanguinis miſſio agenda indicatur.

Tertia ratio.

Tertio nullum indicans tale per ſe immediatè reperitur ob eius cauſam, ſed ob eius eſſentiam per ſe, & primo noſtras actiones lædens; Nam morbus tantum, indicatione curatiua, & eius magnitudo præſens, ſeu incipiens; per ſe indicant, quia per ſe, & primo ſeù immediatè noſtras lædunt actiones; Cauſa vero morbi, indicatione præſeruatiua iodicat, ne ab ea morbus per ſe, & immediatè lædens amplius fiat; Eanque ſanè ob cauſam 12. Meth. cap. 1. Symptoma nihil per ſe indicat, cum per ſe noſtras non lædat actiones;

Obiectio.

nec mihi objicias inquiēs ſymptoma per accidens indicat, nimirum quatenus rationē cauſæ eius acquirit, vt ait Galenus, Ibidem. ergo à cauſa vim indicandi aſſumit,

Solutio.

quoniam reſpondebo cum eodem Gal. *omnium ſymptomatum morbi ſunt cauſæ*, ergo quatenus ſunt morbi per ſe & primò lædentes, cauſæ ſymptomatum, De Symptom. differ. cap. 4. vim præbent indicandi ſymptomatibus ijs, & non ſecus. D

Quarta ratio.

Quarto genericum indicans, cū ſpecifico confundit indicanti, cum morbi ſanguineam aſſumat magnitudinem, æquè vt ea magnitudo indicet, tum magnum vacuans remedium genericum, & commune ſanguinis miſſioni, & purgationi; tum vt indicet ſpecificam, & ſibi propriam ſanguinis miſſionem.

Cauſa erroris Augenij.

Ratio vero iſtius erroris quidem fuit eo, quod vir iſte genericum, & commune euacuans, & magnum non cognouit indicans, quod eſſentia ſua lædente, & vrgente, tantum per ſe, & primo, ſeù immediatè indicans tale eſt.

Quinta ratio.

Quinto errauit, quia ignorato eo indicante communi, & generico, etiam magnitudinē morbi propriam ſanguinis miſſionē indicantem, non diſtinxit ab alia magnitudine morbi cacochyma, per proprias earum differentias primo diuiſiuas, deinde conſtitutiuas, vt ſuo loco ego faciā.

Sexta ratio.
Ad Galeno autoritatem reſponſio.

Sexto errauit, cum ipſe duo tantum genera magnitudinis morbi ſanguineæ conſtituerit, ſimiliter duo genera ſanguinis eductionis, attamen quatuor genera ſunt, tum magnitudinis morbi quę eſt quo ad copiam, ad motum, ad qualitatem, & ad impuritatem ſanguinis peccantis, vt loco proprio dicam. His autem ſtatutis, ad Galeni autoritatem, reſpondeo vnum principale indicans vnum & adæquatum magnum euacuans remedium Galenum cōſtituiſſe, vt pote morbi magnitudinē ſanguineam; ſanguinis vero peccatum vt coindicans à Galeno conſtituitur, quod ꝑ accidens

A dens coindicat, nempe, vt signum distinguens sanguineam magnitudinẽ à cacochyma magnitudine,& sub ratione magnitudinis sanguineæ coindicat,& non secus. Quandoquidem ex Hippocratis decreto, vt capite præcedenti dixi Galenus ait. *Nunc docere volo, tum ipsam morbi vim, siue magnitudinem pro indicatrice* principali *sanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ statuendam esse*. Respiciens vero ibidem coindicans per accidens vt signum diagnosticum magnitudinis tum sanguineæ morbi, tum cacochymæ; simulque vtranque morbi desumens magnitudinem per se, & primo, seu immediatè eius causæ immediatæ sublationem indicantem, inquit *sicuti missio sanguinis vel propter ipsius abundantiam* sanguinis, vt coindicantem, & signum magnitudinis sanguineæ repletionalis *vel propter morbi magnitudinem*, vt ob indicans principale, & per se. *Ita purgatio, & propter abundantiam* cacochymiæ vt coindicantem, & vt signum magnitudinis cacochymæ, *& propter morbi vim* cacochymiam, vt ob indicans principale, & per se, *adhibetur* tamen ibidem addit coindicans sine indicante principali, cuius est signum vt coindicans non indicare, ita *Nam & alia ratione si quis etiam sanus, nec adhuc quicquam læsus in sanguinis redundantis concursu sit positus, non statim huic mitti sanguinem est necesse: imò alis satisfacit inedia &c.* Vnde alijs auxilijs talis concursus adimendus est, vt capite 4. iam etiam, pro faciliori doctrina dictum est, autoritate aliorum Galeni locorum. Ad Auicennæ autem autoritatem ipsa
B quoque responsio omnino sufficit.

4. Meth. 6.

Ibidem vide circa hoc lib. de cur. rat. per sãg. miss. c. 10 & de sang. miss. aduer. Erasf. c. 7.

Morbi magnitudo sanguinea, sanguinis missionis principale indicans est: signum vero per accidens coindicat.

C A P V T V I I.

Massariæ sententia de sanguinis missionis, & purgationis indicante tum in communi, tum in specie.

ALexander autem Massaria sua tempestate quidem sapientissimus meliorem habuit opinionem; Quandoquidem quęrit, quomodo communiter morbi magnitudo indicet, & sanguinis eductionem, & cacochymię purgationem, & cum indicet pro sua curatione, per se indicet. Septem ideòque pro hac difficillima disquirenda re, ibidem facit: tres enim circa hanc rem statuit opiniones; quas omnes, ve non veras refellit, quarum non meminero, cum hę falsę om-
C nino sint. Septimo vero, suam in medium affert sententiam. Ne igitur in longas incidam quęstiones, Massarię *existimationem* referam; Pro qua te executioni mandanda prius quatuor fundamenta ponit; Quorum primum est, vt conspicuum sit, tres ab Hippoc. & à Galeno scopos constitutos, nempe morbi magnitudinem, virium constantiam, ac florentem ętatem, verè, propriè, ac per se venę sectionem indicare. Secundum est, quòd morbi magnitudo partim venę sectionem, partim purgationem indicat. Postea vero inquit, hęc duo dogmata, quę alioquin inter se videntur dissentire, probè fortasse simul coherere, nec posse quicquam excogitari, vt illam demonstrent absurditatem, aut repugnantiam. Quarto ait, perpendendum esse, morbi magnitudinem determinare, vel venę sectionem, aut purgationem: at non simpliciter, nec proximè, sed alijs vltra additis conditionibus, quę horum vtrique seiũctim assignatę sint: hinc venę sectionem à purgatione, & è contrà purgationem à venę sectione quoque secantes. His autem positis, suam promulgat sententiam, hoc modo. *Ego autem ita sentio, si cum morbi magnitudine conueniant reliqui duo scopi, venam perpetuò secandam esse. Quod si quis obyciat nobis, protinus in purgatione robur quoque virium desiderari, vt interim consideratio ætatis prætermittatur: illud ego libenter fateor: quod quidem etsi alias dictum est iterum, ac tertio est repetendum, maximum scilicet, ac*
D *necessarium præceptum esse, vt Medicus habiturus consilium de qualibet vacuatione præter considerationem morbi, atq; illius causæ ægri temperamenti, corporis habitus anni temporis, regionis, & rerum aliarum, quæ sunt eandem rationem sortitæ, potissimùm vires ægroti sibi ante oculos ponat: neque verò solum præsentem earum conditionem, sed etiam futuram*. Quocirca, & ratione virium, & respectu ætatis arbitratus est Massaria, variari præsidiũ in morbi magnitudine; fieri enim potest, vt ægrotanti vires validæ admodum sint, vt venæ sectionem, *minimè purgationem, vel contra purgationem, minimè venæ sectionem ferre valeant adeò, vt verisimile sit vtrunque remedium propriam, ac peculiarem virium firmitatem, & modum postulare*. Postea verò pluribus exemplis rem dilucidat, quomodo viribus valentibus morbi magnitudo purgationem ferre valeat, non autem venę sectionem; Deinde in oppositum quando venæ sectionem, non autem purgationem, habita quoque rerum ratione, quæ præcesserunt conditionis oris ventriculi, aut alicuius alterius symptomatis vires prosternentis, vt cum alui fluor liquidus est. Prætereaque semper temperamento, aut intemperamento omnium, & singularum partium considerato, ac habitu totius corporis, consuetudine. varioque modo humorum qualitate, quantitate, *& alys huiusmodi rebus, quæ assiduè debent versari in mentibus, & consilys Medicorum*.

Lib. de sang. mittendi sang. generaliter, pa. 99.

4. de vict. rat. in mor. acut. t. 19.

Massariæ sententia quò morbi magnitudo, aut sanguinis missionè, aut purgationem communiter indicat.

Primum fundamentum.

Secundum fundamentum.

Tertium fundamentum.

Quartum fundamentum.

Massariæ opinio.

Obiectioni occurrit.

CAPVT

C A P V T VIII.
Massariæ sententia partim vera, partim falsa examinatur.

Primo iō qua decipitur Massaria. *Secunda ratio qua allucinatur.* *Tertia ratio qua decipitur.* *Quarta ratio.* *Ad Hippoc. & Galeni autoritatem responsio.*

VIr autem iste reuera in hoc exactè dixit, quòd morbi magnitudo tum in cōmuni, tum in specie magnum remedium euacuans per se indicat, & propriè sine ope eius causæ, vt alij duo non existimarunt, attamen primo decipitur iste vir, quoniam in secūdo fundamento constituit morbi magnitudinem genericam, & communem tum venæ sectioni, tum purgationi, nec tamen magnitudinis morbi genericæ essentiam genericam constituit, sub qua essentia, rationeue indicatrici magnum euacuans remedium, aliæ duæ essentiæ veluti differentiæ vniuocæ, & rationes æquè tum diuidentes eam essentiam genericam, in indicatricem venæ sectionis, & purgationis: tum constituentes hæc duo indicantia in suo esse formali perfecto comprehenduntur. Ex quo secundo decipitur iste, quia morbi magnitudinem constituendo sanguineam per se, & propriè B venæ sectionis indicatricem, ac eodem tempore, aliam morbi cacochymam etiam constituendo magnitudinem per se, & propriè purgationis indicatricem, ait quòd magnitudo per se, & propriè indicat venæ sectionem, quoties vnà cum ipsa magnitudine sit virium robur, ac ætas florida; sicuti è contra morbi magnitudo si absque virium robore, aut sine ætate florenti fuerit, tunc non venæ sectionem, verum tantum purgationem indicabit; Vnde confundit cum natura indicantis, etiam naturam roboris virium permittentis; & etiam cum ætate florenti tanquam compermittenti. Verum hic quæritur de sola morbi magnitudinis facultate indicatrice per se, & propriè ex Massaria loquendo, quæ vel venæ sectionem, vel purgationem indicet: Nam eo modo, quo vult Massaria, morbi cacochyma magnitudo non indicabit per se, nec propriè, nec sua tantum natura. Pariter nec morbi magnitudo sanguinea per se; nec propriè sua pura natura indicatrix facultas erit. imò aliorum auxilio: aliud enim morbi magnitudo est per se indicans, aliud virium consistentia permittens, & aliud ætas florida compermittens; hæc enim omnia ita sunt distincta vicissim, vt morbi magnitudo eius speculationem, ab aliorum duorum consideratione disiunctam, semper obtinere debeat, quatenus indicans est, magnum vacuans præsidiū. Quocirca Gal. dum ex Hippocratis decreto statuit magnitudinem morbi communiter, seù genericè, vt indicantem magnum euacuans remedium, vel per sanguinis missionem, vel per purgationem; C tunc intelligit magnitudinem morbi, ex se solam indicatricem, vt capite sequenti apertissimè videbimus.

C A P V T IX.
Morbi magnitudinem, ex se, solam indicare, non autem vnà cum virium robore, ac ætate florida, vt Massaria putauit.

Hippocratis loci vera explanatio. *Explanationis confirmatio.*

CÆterum cum Hippocrates scriptum reliquerit *in acutis autem morbis sanguinem detrahes, si vehemens morbus videatur, vigeatq; ægrotanti ætas, & virium adsit robur.* non quidē, quod hæc omnia ad indicantis essentiam pertineant constituit; quippè quòd ad totam Syndromis educendi sanguinis integram capiendam cognitionem statuit. Nam tametsi vnum præcipuum tantum habeamus indicans, nihilo secius alia plura ad sanguinis missionem executioni mandandam concurrere debent, veluti concursus plurium scoporum in vnam confirmandā Syndromē conspirātium necessarium perpetuò considerandus, qùi compositus est tum ex indicante principali, tū ex permittente principali, & ex cōpermittente, & ex signis peccātis sanguinis, per accidens coindicantis. Quæ oīa prudens medicus vtiq; expendere tenetur, vt si hæc oīa in vnū cōspirarent; illicò ad venæ sectionē moliendam accedere possit; Ne contrarias indicationes, seu cōtra indicantia, tale præsidium prohibentia sint. Quandoquidē Galenus hunc Hippocratis locū explanando, scribit. *Recte ergo admonemur in ijs, quæ adiecta sunt lib. de victus ratione acutorum, sanguinem mittere, si magnus sit morbus, & æger florenti sit ætate, roburque adsit.* Ibi autem florentem ætatem non esse primum scopum, statuit; imò signum esse virium roboris compermittens; quia conscribit; *vegentes enim ætati propter pueros, & senes indistinctionem assumpsit*, & exinde, morbi magnitudinem, & virium consistentiā principes esse scopos, ait. *Cæterum primi principesq; mittendi sanguinis scopi sunt, morbi magnitudo, & laborantis robur.* vt ēt dixit 4. Meth. cap. 6. Et hunc primum esse concursum sanguinis mittendi, statuit; non autem plethoricam Syndromen; cum dicat. *Et hanc esse primam dicendum est Syndromen*, non autem plethoricam Morbi magnitudinem tanquam sanguinis mittendi facultatem principalē constituit indicatricē *laborantis* aūt *robur* à Galeno. veluti permittens principale supponitur. Cæterū quoniā Galenus plures ab antiquioribus Medicis cōsideratos scopos venæ sectioni cōstituendæ inseruiētes, faciliotis doctrinæ gratia, mirabili diligentia,

4 Meth. c. 6. 4. de vict. ratione in mor. ac. t. 19.

D

De curād. rat. per sang. miss. cap 9. Ibidem.

A gentia, ad hos duos tantum ſcopos redigit; proinde, & magnitudo morbi ſanguinea, & virium robur duo oſtendunt. Nam ea ſanguinea magnitudo, ne dum eam principem venæ ſectionis indicatricem eſſe facultatem demonſtrat. Verumetiam ſignum eſt ſanguinis peccantis copioſi præſentis ſemetipſam magnitudinem adaugentis, vel genita ſit ea magnitudo à copia, vel qualitate, aut impuritate, ſeu motu ſanguinis peccantis: Nam plethotia magna eam ſanguineam auget magnitudinem magis, & minus prout etiam ea plethotia maior & minor exiſtit. At vero pariter in hac ſanguinea copioſa magnitudine virium robur duo oſtendit, nimirum, & permittens principale, & ſignum ſanguinis peccantis coindicantis magnitudinem augentis. Quocirca vtrunque ſecundariè ſignum eſt cauſæ, quæ morbi ſanguineam magnitudinem auget, magnitudo autem ſanguinea, etiam ſignum eſt ſanguinis eam gignentis; Ex quo Gal. ait. *in illa* hoc eſt in ſyndrome prima ſtatuta compoſita, ex morbi magnitudine, & laborantis virium robore *enim, & hæc* nempe plethorica ſanguinis *comprehenditur, vt quæ morbi magnitudinem adauget.* Verum dubitatur, quia Gal. inquit *magnitudinis cauſa eſt multitudo materiæ, vel fortitudo naturæ* ergo virium robur non eſt ſignum copiæ ſanguinis augentis magnitudioem, ſed eſt cauſa magnitudinis morbi, ergo ex parte eſſentiæ magnitudinis morbi ſanguineæ vt vult Maſſaria, virium

Sanguinea morbi magnitudo duo oſtendit.

Virium robur et magnitudini iunctum etiam duo denotat.

Ibidem. Lib. de oculis par.3.c.4.

Dubium.

B robur requiritur, vt magnitudo indicet. Cui reſpondeo, virium robur nunquam morbi magnitudinem efficere poſſe, cum hæc duo contraria ſcorſum ſint ſua natura. Quoniam duplex morbi magnitudo eſt, vel enim membrorum præter naturam, quæ in aucta magnitudine reperitur: de qua ſanè ibi Galenus dicit; vel magnitudo morbi, quæ paſſibilis qualitas eſt paſſionem inferens læſionis, quæ magnum id inſiouat remedium; de qua ego intelligo. Vnde naturæ fortitudo non eſt de eſſentia indicantis illius. Ideoque ſolum morbi membri magnitudo io aucta quantitate, ob virtutis fortitudinem promanat; quæ magnitudo craſſities membrorum alibi appellatur à Galeno: At cur quęſo, virium conſtantia indicat, ſanguinem aliquo modo copioſum eſſe, per accidens ſanguinis miſſionem coindicantem? reſpondeo quòd vbi ſunt vires vallidę, ibi neceſſariò calor, tum partibus omnibus inſitus tum etiam cordi complantatus validus, & viuidus eſt. At verò, vbi talis calor ità potens eſt, ibi etiam neceſſariò calor influens ſanguinis venarum; copioſis ſpiritibus inuenitur. Sed, vbi copioſi ſpiritus vitales ſanguini venarum inſunt, procul omni dubio neceſſe eſt, vt etiam ſanguinis ſit quoquo pacto copioſus. Hinc Gal. 11. Meth. cap. 3. inquit, *quoniam vero virium ſubſtantia tum ex ſpiritu, tum ex carnoſa ſpecie, tum ſolidis ipſis complectur; nam ſpiritus virium ſubſtantia eſt,* quatenus ſpiritus ipſe calor naturalis, ſeu caloris naturalis ſubſtantia eſt; qui etiam *ſpiritus* cuilibet parti ineſt, tanquam calidi innati illius partis ſub-

Solutio.

5 de tuenda ſanit.c.3.

Quomodo & cur virium robur magnitudini ſanguineæ copulatum ſanguinem copioſum abeſſe denotet.

1. Aphor.14.& lib.5. de ſimp. med.fac.c.9.

C ſtantia, ergo ſi ſpiritus vitales, in venarum ſanguine reſidentes, copioſi fuerint, etiam neceſſariò cuiuſcunq; noſtri corporis particulæ calor naturalis, & virium robur vehemens erit. Quoties ergo ſpiritus ipſi copioſi ſanguini etiam copioſo inhæreſcentes ſe habuerint, ibi cauſa erunt maioris magnitudinis morbi. Ex ijs autẽ hactenus ſtatutis perſpicuum eſt, virium robur non ex parte conſtitutionis indicantis miſſionem ſanguinis requiri; verum tantùm prout ſit permittens principale, & vt ſignum ſanguinis aliquo modo copioſi, quocirca hæc tria ab Hipp. ſtatuta, non ad indicans principale conſtituendum, poſita fuere, verum ad cognitionem omnium ſcoporum mittendi ſanguinis, vt his ſcopis inter ſe natura varijs, in vnum conſpirantibus, illico Medicus operis exercitationem ingredi debeat. Quomodo autem Galenus ex Hippocratis decreto, vbi morbi magnitudinem declarauerit genericam, vt magnum euacuans indicantem remedium, vel per ſanguinis miſſionem, vel per purgationem; ibi quidem morbi magnitudinem ſolam indicatricem intelligat modo amabò introſpiciamus; Galenus enim, vt etiam dictum eſt e. 4. memoriæ medicinali prodidit; *præberi tamen vacuandi indicationem* genericam *ab ipſa ægritudinis vi in eo libro* nimirum in 11. lib. Meth. med. c. 3. & 13. Meth. c. 5. *non dixi propterea quod, & longiorem demonſtrationem requirebat, hic vero executus ſum, quantum ad rem propoſitam erat vtile.*

Virium conſtantia non ex parte indicantis venæ ſectionis requiritur, ſed ex parte permittentis.

4. de vic. rat. in mor. ac.t.19.

Galeni ſententia de indicante communi ſanguinis miſſioni & purgationi.

4 Meth.c.6.

D Scilicet quantum ad euacuandi indicationem ab ipſa morbi vehementia ſemper capiendam, tanquam à principali indicante per ſe, & propriè; quam certè indicationem tum morbi magnitudini ſanguineæ, tum cacochymæ communem eſſe ſtatuit. Quam magnitudinem ibidem iterum confirmat; ac etiam diuidit in ſanguineam, & cacochymam; & hanc ſe ab Hippocrate accepiſſe fatetur, inquiens *nunc docere volo tum ipſam morbi magnitudinem appellare velis pro indicatrice quadam* videlicet principali, ſeiunctaq; à virium robore, & à quocunque alio ad ſanguinis miſſionis moliendæ ſyndromem conſtituendam concurrente. *Sanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ ſtatuendam eſſe, tum verò Hippocratem hanc omnium, quos nouimus primum indicationem adinueniſſe.* Ecce iam inſtitutum omninò conſpicuum eſt, quia Galenus dum ſtatuit hanc morbi magnitudinem ſanguineam, principalem conſtituit indicatricem facultatem, nihil vtiq; virium roboris meminit. Aduerte autem, quòd remedium magnum ſanguinis emiſſionis eſt quælibet ſanguinis detractio, vel ſecta vena, vel ſcarificatione, vel eductione ſanguinis hirudinibus molita: attamen venæ ſectio inter maiora conumeratur remedia, quippe quòd maximè pręſentaneũ, & pręſentiſſimum, & pręſtantius remedium à Galeno appellatur, *qua venę ſectione omiſſa eraſiſtratum neque inedia, neque reliquis euacuatorijs præſidijs rectè vti potuiſſe* ait Galenus. Similiter magnum remedium à morbi magnitudine cacochyma indicatum, purgatio quidem tam per aluum,

Remedia omnia magna ſanguinis miſſionis.

1.aph.31.

1. de venæ ſect. aduerſus Eraſ. c.4.& c.9.

Præſidia omnia magna purgationis.

aluum, quàm per euomitiones peracta habetur; maius tamen remedium semper inspicitur A aluina purgatio.

CAPVT X.

De indicante generico magnam, & citam succi superuacui indicante sublationem, per magnum euacuans remedium, moliendam.

De huiusque indicantis essentia, seù ratione, qua indicans id, tale est, propria sententia.

Quinque pro hac diluenda re disquirêda sūt.

POstquam nulla de hoc indicante ab ijs autoribus opinio tradita veritati satisfecerit; Superest ergo, vt nostram offeramus sententiam; & primò de ipso indicante generico verba faciam; vt exinde differentias huius indicantis generici B vniuersas explorare valeam; quæ differentiæ vniuocæ tum diuisiuæ ipsius generis sint, tum constitutiuæ sui ipsius. Pro itaquè hoc executioni mandando quinquè modò explanabo, Quandoquidem primus ipsius indicantis gradus formalis non nisi vt valde nostras actiones offendat, per se magnum indicare auxilium potest, & hoc est primum, à me demonstrandum; Sicuti secundum assumptum, à me ostendendum erit. Quòd secundus ipsius indicantis generici gradus essentialis valdè nostras lædens actiones est, vt potestate hominem, vel interficere valeat, vel saltem nostras lædere actiones valde possit, vel tædium inferat. Tertium vero inuentum erit, vt ex eo periculo hominem occidendi vel saltem infeliciter, aut diuturnè malè afficiendi sanè indicans id vrgeat per se propriè, & proximè, vbique, & semper, & sua natura ità, vt sicuti primum est in lædendo, ità etiam primum indicans tollendum. Quartum autem, à me disquirendum erit; vt ob hos tres gradus formales facultatis indicatricis morbi magnitudo generica, magnum euacuans indicet remedium, quatenus magnam succi peccantis exuperantis sublitractionem, citam insinuat per se, & omnibus modis, supra narratis, & reciprocabiliter. Postremum verò manutenendum erit, quòd indicans id adeo vrgeat, vt nedum si actu fuerit eius causæ sublationem indicet, verò etiam dum potestate, ac C imminens sit, prohibendum, sit nè fiat. Quo ad primum hanc demonstrabo conclusionem, videlicet quòd omne indicans vel curatiuum præsens, vel præseruatiuum venturum imminens tale est per se, & primò, quatenus etiam adæquatè nostras actiones naturæ valdè in præter naturales mutet, valdeq; lædat per se, & primò, seu proximè. Dixi autem vel curatiuum, vel præseruatiuum, cum etiam aliud indicans ijs supradictis indicantibus dignius sit quod est vitale, nimirum ipsum virium nostrarum robur; cuius indicationis ita Galenus meminit. *Prima igitur omnium indicatio est, quæ à virtute sumitur: verum non sic prima, vt quæ curationem doceat, cum ex numero curatricium indicationum non sit, verum vitalium, siue quæ ad vitæ custodiam pertinent. Nam neque vt valeamus, nec vt à morbis liberemur,* ea desumitur, vt indicatio præseruatiua, & curatiua exhauriuntur, *sed vt viuamus* talis indicatio vitalis elicetur. Vt ergo valeamus, indicatio præseruatiua insinuatur, Methodo præseruatiua; Vt verò à morbis præsentibus, tum paruis, tum magnis vindicemur, indicatio quidem curatiua capitur. Quid igitur est id, ratione cuius indicatio sumitur; nisi certè morbi sua natura, & primò, seù proximè lædentis, efficacia sanitatem nostram mutans, & offendens? Cur quæso prima indicatio curatiua à morbi essentia habetur, nisi, eo, quod morbus, morbique vehementia per se, & proximè nostram sanitatem, in ægritudinem mutando, lædunt? A morbi verò causa indicatio tantum, sumitur præseruatiua, ne morbum ipsa causa efficiat, nostras lædentem actiones, in præter naturalesque eas mutantem. Symptoma verò quia per se, & primò non lædit, iure meritò ergò curationis rationem minimè postulat. *Symptoma* enim ait Galenus *nullum quà symptoma est nec curationis rationem indicat, nec ideò primum mutat,* & alibi idem confirmat, inquiens. *morbum nominare, qui præter naturam sit, nec tamen actionem obturpet non morbus, sed morbi symptoma est.* Proinde nullum indicans per se indicat, vt præter naturam sit, verum tantum quatenus per se, & primò, seù proximè nostras mutat actiones, & eas quoque obturpat: Quocirca *nulli symptomati primariò, sed ipsum creanti affectui,* nempè morbo per se, & proximè actiones lædenti *curationem semper deberi,* statuit Galenus. Ex quibus constat. omne indicans curatiuum, seù præseruatiuum tantum suam indicate curationem, quatenus nostras malè afficiat actiones; cum duntaxat à morbo, aut paruo, aut magno, & à morbi causa talis indicatio desumatur. Verum sicuti morbi magnitudo vehementer nostras infestat actiones, ita etiam proportione vehementer per se, vt proximè causæ eius immediatæ in suam naturam mutatæ citam sublationem indicat. Cæterum dilucidando Gal. morbi magnitudinem nos offendentem per se, & proximè dupliei ratione indicare, ob rationē aut substantiæ propriæ partis seù virtutis læsæ, aut distantiæ propriè substantiæ particulæ affectæ, seu

virtutis

Primum.
Secundum.
Tertium.
Quartum.
Quintum.
Primum diluci-datur.

Omne indicans sua natura indicat per se vt nostras lædat actiones; vel indicans sit curatiuum vel præseruatiuum.

8. Meth. med. c. 3. & 11 Met. c. 5. 9. Meth. c. 11. & c. 13.

3. Met. c. 1. & 4. Met. c. 4 & c. 6. D

2. Met. c. 1.

1. Meth. c. 9.

Morbi magnitudo nos per se lædens & proximè, dupliei ratione indicat, quatenus dupliei ratione quoque lædere valeat vel enim vt alicuius partis propriā afficiat substantiā, seu virtutē, vel vt ita lædat recedens à statu naturali, & alia ratione prout lædit.

A virtutis offenſæ, à naturali ſtatu, ait. *Magnitudinem verò morbi duplicem eſſe, vel propriæ ſubſtantiæ ratione, vel declinationis à naturali habitu; & tertia præter has, quæ ex facultate, quæ læſum corpus gubernat æſtimatur. Aut quæ ex læſæ actionis præſtantia ſpectatur. Aut propter præcellentiam partis affectæ.* & etiam ait, *cum enim trifariam non hæc modo vitia, verum etiam reliqua omnia grauia, magnaq; vitia* nempè vel ſubſtantia partis læſa, vel temperamento partis obnoxio, vel vtroque modo, fiunt morbi magnitudines, quæ æquè tum ſanguinis miſſionem, tũ humorum purgationem indicant; vt dè: vlceribus, & vulneribus patefaciendo exemplificat, dicẽs. *De indicationibus venæ ſectionis, & humorum purgationibus; quæ ab vlceratarum, & vulneratarum partium temperamento, & ſubſtantia ſumuntur.* vt in argumento illius capitis inſcriptum eſt. Ergo patet magnitudinem morbi quidem indicare ratione ledentis, & offendentis, tum actiones, tum ſubſtantiam propriam partis, tunq; proprium temperamentum partis; non autem alia vlla ratione. Neque mihi obijcias, ſi dixeris etiam, *aut propter affectus magnitudinem, aut propter eius cacoetheam* magnitudinem morbi indicare. Inſuper datur magnitudo morbi, *alia, quæ ex propria affectus eſſentia deſumitur*, quæ ſunt genera magnitudinum. Ergo non omnes magnitudines indicant, quateuns lædunt. Quandoquidem reſpondeo hæc tria genera, quæ reſpectu inferiorum differentiarum, genera ſunt, à Gal. ijs in locis appellata: attamen reſpectu generis ſuB perioris ſunt differentiæ; quæ ſemper, aut *propriæ ſubſtantiæ partis læſæ rationis*, vel ratione temperamenti partis læſæ, vel vtroque modo, ſub aliquo horum generum magnitudinis morbi inſunt. Quocirca hæ tres differentiæ magnitudinis morbi primò conſiderantur ad læſionem, & deinde ad affectus magnitudinem, nempè vlcus, & vulnus magnum, aut maius, aut cacoethe, nimirum diuturnum, difficulterùe ſanabile. Pariter magnitudo morbi prout ſit, vel in ſubſtantia partis, vel in temperamento, vel in actione læſa; deinde ipſamet magnitudo, in eo vt referatur ad morbum ſua propria eſſentia, cuius eſt magnitudo, tunc ſecundariò conſideratur. At verò morbi quidem magnitudo ita per ſe, & primò primitate propria eſſentiali, & proxima hominẽ offendit, vt frequentiùs hominis interfectiua ſit, aut ſaltem, vehementer noſtras lædat actiones, rarò verò diuturnè obturpet. Quòd autem morbi vehementia ea ſit, quæ interficit ægros, Hippocrati credendum eſt; qui hunc in modum medicinali prodidit poſteritati. *In morbis acutis, vi quorum plurimi hominum enecantur*, & ſicuti morborum acutorum magnitudinem ægros interficere hoc in loco dixit: ità ſanè de aliorum cronicorum morborum vehementia quinque ægros interficiente neceſſario putandũ eſt; nam ſi ægri à morbo vincantur: tamen non niſi procul omni dubio à morbo magno, vt magno interficiuntur, non autem à paruo, nec etiam a meC diocri. Quare dum Hippocrates ipſe conſcripſit *neque ÿs, qui à morbo victi ſunt manum admoueat*, ibi pro morbo, morbum magnum quidem intelligit: Eanque ſanè ob cauſam Gal. ait *atque ita vehemens illa febris duplicem habitura eſt ad mortem rationem.* Sicuti enim vehementia illa febris, & vt febris magna, & prout *repente collum ab ea intorqueatur* deglutitionem prohibeat duplici hac ratione febris vehemens interficit. Vnde non modò morbi magnitudo ipſa ex ſe ſola interficit, verum quoque alia Symptomata vehementia producendo occidit. Quam certè ob rem Galenus reſpiciendo, quòd magnitudo ipſa in omnibus morbis tantùm in augmento, & ſtatu horum morborum ægrum interficere valeat, ideo iubet nobis, vt ſemper oculum habeamus ad altercationem in ægritudine exactè, quæ inter mobi magnitudinem, & naturæ robur inuenitur, & ipſam quidem, vſque ad futurum ſtatum diligenter ponderare deuincamur, cum vſque ad hunc vigorem, ipſa morbi efficacia miſeros interficere poſſit ægros. Sed aliquando morbi magnitudo quidem non interficit hominem, verum tantum propriam alicuius particulæ ſubſtantiam, ſimulque, temperamentum lædit infeliciter, vel ita diuturnè, vt interdum incurabilis ſe efficiat, valde etiam noſtras obturpando functiones. Vnde miſeri patientes toto ſuæ victæ decurſu, à morbi magnitudine infeſtantur, dum vlcera maligna ſunt in aliquo membro, quorum dum meD minit Gal. exarat. *Vulcera, quæ omnibus ritè, decenterque factis, non ſanantur, ea medici cacoethe, ideſt maligna contumacia, rebeliaque dicemus.* & alibi cum ſcribit; *nam morbum conſtat cacoethe eſſe, vbi cum rectè omnia adminiſtrentur, nihilo fiat mitior* à quibus morbis diuturnis Galenus ex Hippocratis decreto ait enacuationem indicari, vel venæ ſectione, ſeu purgatione moliendam. Verum perpende morbi magnitudinem triplicitet vrgere, vel vt lethalis, eſt ea magnitudo, quæ corde læſo, aut hepate affecto prodit, aut vt valdè noſtras animales principes, vel motrices, vel ſenſitrices contumaciter offendat actiones læſo cerebro vel neruo, & his duobus modis vrget exactè, propriè actu, ſeù potentia primo tollenda: tertio verò modo vrget magnitudo diuturna contumax non valde noſtras actiones lædens, vt vlcera veterata, & hæc magnitudo, aut non vrget primo adimenda, aut ſi vrgeat, non exactè propriè vrget. Quo autem ad tertium antea propoſitum, ex hucuſque iactis fundamentis facilè eſſet id exhaurire, nimirum morbi vehementiã vtroque modo allatam indicans eſſe, quòd per ſe exactè, propriè, proximè, vbique ſemper, & ſua natura vrgeat; vt maius vrgens magis infeſtans noſtras actiones adeò, vt ficuti primum eſt in malè afficiendo, ita quoque primum hercle indicans tollendum ſit. Verum id Galenus omnino etiam conſtituit, dum hæc ſcripſit verba *ad id, quod vrget dirigi primum eſt*: & poſtea cum ſcripſit. *atque in eo quidem curationis conſilio, quod ab vrgente initur affectus magnitudo perpen-*

denda

11. Meth. c. 3.
7. Met. c. 11.
4. Met. c. 6.
Ibidem.
4. Meth. cap. 6.
7. Meth. cap. 9.
11. Meth. cap. 7.
2. de vic. rat. in mor. acut. c. 8.
Li. de arte pag. 4.
4. Aph. 15.
3. de criſib. c. 3.
4. Met. med. c. 6.
2. de cõp. med. per g. c. 18.
4. Met. cap. 6.
7. Meth. c. 12.

Omnis morbi magnitudo magnum indicat vacuans remedium quatenus lædit ſeu offendit cum noſtras actiones, quam partis propriũ temperamentũ, ſeu propriã ſubſtantiam.
Obiectio.
Solutio.
Quælibet morbi magnitudo primo conſideratur quatenus lædit; exinde alijs rationibus quas poſſidet.
Secundum propoſitum declaratur.
Morbi magnitudo quæcunq; ægrorum interfectiua eſt.
Morbi magnitudo duplici ratione nos interficere valet.
Morbi magnitudo vel ĩ augmẽto vel in vigore interficit, non autem in principio nec in declinatione.
Aut morbi magnitudo nõ interficit, ſed lęſẽdo infelix eſt, vel tædioſa.
Quæcunq; morbi magnitudo vrget vel vrgentia lethali vel infelici, vel tædioſa.
Tertium propoſitum dilucidatur.
Quælibet magnitudo magnum euacuans indicat præſidium vt lædendo vrgens, quatenus primo eripienda eſt.

denda est. Cæterum accuratè virium dignitas, & magnitudo morbi semper simul ponderandæ sunt, cum indicatio à viribus desumpta, cæterarum indicationum regina dignè sit. Hinc si vires validæ minimè fuerint, imò prostratæ, tunc sanè toto eo tempore, donec vires reficiantur, nec purgare, nec alterare vehementer debemus; ait enim Gal. 9. Met. 13. *in valentibus viribus consensus agendorum omnium ad ipsa virium perennitatem est*. Si ergo, *quem curare studes affectum in euacuatione requirit, vires autem extrema imbecillitate laborant, toto illo tempore, quo vires reficimus, eorum quæ affectum sanent, nihil planè ægrotanti exhibebimus*. Si verò vires mediocriter se habuerint, per vices plures, euacuatio fiat. Si vero virium robur fuerit, tunc audacter euacuatio fiat. hinc Galenus ait *perpensis scilicet eorum, quæ indicent tum magnitudine, tum dignitate. Ostendimus enim eligendas eas indicationes esse, quas digniora, maioraque indicantia præscribent, ac dignitatem eorum, vel vita, vel sanitatis respectu iudicandum*. Proinde præsente, permittente virium dignitate, si morbi magnitudo fuerit, quatenus ea est, quæ vt primum tollendum vrgens, indicans per se, & primò, primitate essentiali indicat, tunc *desiderant ægri hanc euacuationem, non modò, vt quod noxium superuacuum, quo vrgentur, educat; sed etiam, vt quod ad diuersum trahat, tum euacuet*. Ea propter Hippocrates artem medicam in duas partes diuidit, vnam quidem vrgentialem, quæ magnitudinem morbi adimit; aliam verò, quæ in totum à morbis reliquis paruis magnitudine ablata, ægros liberat dum monumentis medicinalibus hæc consignauit verba. *Medicinam esse, quæ sanè in totum à morbis ægros vindicet, morborumque vehementiam obtundat*. Ergo vberrime, tertium institutum clarè conspicitur verissimum esse. Quo fit, vt his tribus gradibus decorata quæcunque morbi magnitudo exactè propria, ita generica formalem sibi propriã facultatẽ indicatricem per se propriè, proximè, vbique, semper, & sua natura reciprocabiliter, contineat, magnum vacuans insinuandi præsidium, ceù Indicet magnam, & citam eorum, quæ exuperant subtractionem, magno euacuante adhibendam remedio. Verum vt pœnitus res ipsa elucescat, perpende, quod ad indicationem quamlibet constituendam tria, sola ratione, absque vllo experimento perspicienda sunt, nempè indicantis integram scire naturã, & cognitionẽ oportet, vt ab ipsa indicantis natura, indicatio exhauriatur, & per contrarium id fieri debeat; & sicuti indicans vnum est, ita vnum contrarium indicatur auxilium. Quo ad primum; Natura quidẽ magnitudinis morbi exactè, propriè iam explicata est, à succo copia, vel qualitate, vel impuritate, vel motu peccante, emergens; qui vtique succus, vt illius magnitudinis causa immediata, & proxima, quatenus magnitudini iuncta se habet, seu ab ea magnitudine continetur, hinc, & causa coniunctiua, seu contentiua dignè appellatur: quatenus dico ipsa causa, nempe succus is ita conspicitur, procul omni dubio, tunc succus ipse indicationem propriam minimè habet, imò vt penitus in naturam magnitudinis morbi iam transmigratus sit, quocirca is succus peccans indicationi magnitudinis morbi, prorsus subest, in eo vt succus ille in morbi magnitudinis per se valdè lædentis, vel lethalis, vel infelicis vel rebellis, actiones nostras valde afficientis, vrgentisq; naturam iam conuersus est dum magnitudo indicat, necessariò quidẽ nõ nisi ipsius succi, vt eius causæ immediatæ stabiliram sublationẽ insinuat; Vnde succus ille vt causa, eũ naturã etiã magnitudinis possideat, etiam citam, & magnam sublationem per accidens coindicat. Quocirca sicuti causa magnitudinis eam parit magnitudinem, vel quo ad copiam, vel ad qualitatem, vel impuritatem, vel motum, relatam; ita per contrarium suæ naturæ magnitudo hæc etiam citam, & magnam indicabit sublationem, magno vacuante moliendam præsidio, & ita conuertibiliter, omnis morbi magnitudo, magnam, & citam indicabit exuperantis succi subtractionem, & omnis subtractio cita, & magna exuperãtis succi indicabitur, à morbi magnitudine exactè propriè accepta, vt hanc rem, ad Artis Medicæ definitionem ab Hippocrate traditam redigam: quæ talis est *Medicina enim addictio est, & subtractio: Et eorum quidem, quæ exuperant subtractio, eorum verò quæ deficiunt, additio* quæ magna subtractio, vel copiæ vacuatiua, vel qualitatis malæ mendatiua, vel impuritatis depuratiua, vel reuulsiua erit, tamen ijs tribus posterioribus modis, suppositiuè, & consequenter vt modus, & vt causa sine qua non est vacuatiua; quia etiam hæ tres posteriores subtractiones succi exuperantis, succum ducunt, copiam succi exuperantis euacuando, licet principaliter hæ differentiæ succi ducendi copia non peccent, nec tres hæ magnitudines morbi posteriores copia principaliter peccent, tamen semper supponunt aliquam succi consecutiuam copiam, quæ qualitati, & impuritati, & motui subijcit, ideo etiam hæ tres differentiæ magnitudinis morbi ex suppositione, & modo, vt ex causa sine qua non, etiam quo ad copiã aliquam sint, semper secundariò copiam aliquam succi vacuandam esse indicant; Et ita quoquè magnum vacuans præsidium Indicabunt ex suppositione, & consecutiuè, sicuti prima differentia magnitudinis magnum vacuans remedium principaliter indicat: & etiam verum est, quod omne genus magnitudinis morbi, has quatuor compræhendens differentias, magnum euacuans postulat remedium, & omne magnum vacuans remedium indicatur à morbi magnitudine: quia magna qualitatis prauę emendatio, & magna impuritatis depuratio, & magna motus reuulsio effici nequit, succum subtrahendo, quin etiam magna vacuatio, vt cita, & magna succi subtractio, à magno vacuante remedio, fiat. Verum superest dubium de differentia magnitudinis morbi fluente seù fluxura, quę non habet succum sibi iunctum, sed tantum fluxa magnitudo, causam contenti-

uam

A 11. Meth. c. 5.

11. Met. 3.

4. Met. cap. 6. & idem ferè ait 13. Meth. c. 5.

B Lib. de arte pag. 4.

Gal. 12. Met. c. 7. & 11. Met. c. 1.

C

Lib. de flatib. 271.

D

Cum morbi magnitudine ita indicare semper virium dignitatem permittentem seu prohibentem indicatum expendere tenemur.

Si vires tunc imbecillæ sint qd agendũ veniat.

Si vires mediocres fuerint, qd agendum sit.

Si vires autem validæ sint audacter agendũ.

Ex Hippocrate Ars medica vel vrgentialis & magna, vel parua.

Quartum propositum explanatur.

Ratio indicãdi magnitudinis morbi est vt vrget lædendo, ideo primo tollenda magnitudo ipsa quæ genericè quo ad succum est, per se & proximè magnũ vacuans indicans remedium.

Indicatio à rei natura desumẽda, ideo indicãtis natura exactè dignoscenda.

Indicatio per contrarium capiatur.

Indicans vnum est eius contrarium indicans.

Natura magnitudinis morbi genericæ, quo ad succum appellatæ examinatur.

Succus q causa est immediata magnitudinis supradictæ, in naturam huius magnitudinis omnino mutatus est.

Ideo nullã possidet principalem indicationem, immo tantum sub iacentẽ & coindicat indicationem.

Magnitudo hæc per contrarium suæ naturæ indicat.

Et conuertibiliter indicat.

Natura magnitudinis morbi ipsius per se proximè & conuertibiliter magnũ vacuans indicãtis remedium, ad Medicinæ definitionem coarctatur, ab Hippocrate traditam.

Dubium de magno vlcere imminente.

A uam sibi annexam obtinet: ergo in ea differentia, causa non est, eiusdem naturę magnitudinis morbi genericæ, & per consequens ibi causa indicationem separatam à magnitudinis morbi indicatione habet: Cui respondeo eam causam fluentem, seù fluxuram considerari, vt ea potestate sit, vt si postea actu fluxa fuerit, tunc iuncta esset, ac ideo ea differentia præseruatiua, non autem curatiua, indicat, vt imminens, seù incipiens non autem pręsens iam facta, cum morbi magnitudo his tribus à Galeno constituatur modis, dum exarat. *Itaque si magnum fore morbum expectamus, aut iam præsentem inspiciamus, aut incipientem venam tundimus*. Et postea habet. *Definitis itaque tribus mittendi sanguinis scopis, nempe morbi magnitudine, aut præsente, aut imminente, aut incipiente*. Sicuti nanque. Differentia ea magnitudinis morbi tum sanguinea, tum cacochyma, tum his vtrisque communis, & generica dilucidata, ad motum relata, vel succo iam in aliqua determinata parte fluxo, vel fluente, vel fluxuro introspicitur, ità proportione adęquatè eadem magnitudo, vel pręsens iam facta est, à succo iam fluxo exorta, aut incipiens à succo fluente genita habetur, aut imminens à succo fluxuro genitura, veluti tres gradus magnitudinis morbi, vel iam fluxa, aut fluens, vel fluxura. Magnitudo itaque morbi iam fluxa, & pręsens actu, methodo curatiua indicatione eripitur curatiua. Alia vero fluens, & incipiens magnitudo duplici modo est: Vel enim principio ab augumento contradistincto finito se habet, &

De curat. per sang. miss. c. 9.

Solutio.

Magnitudo morbi fluēs, & fluxura indicat methodo pręseruatiua: ideo since illius magnitudinis naturam actu non est transiuge tota sed potētia transituturus est.

B ità pariter indicatione curatiua tollitur: alio modo verò est eo initio incipiente, ac ita potius indicatione pręseruatiua nè fiat prouidentia artis medicę pręsefert. Illa autem magnitudo fluxura, vt imminens in methodo pręseruatiua, indicatione similiter pręseruatiua prohibetur, nè actu fiat. Et hęc certè doctrina ad Hippocratis & Galeni mentem se habet, ita dilucida, vt ea quidem sine dubitationis vllo maneat cauillo. Sed hanc, huius indicantis his duobus argumentis, doctrinam terminabo, hoc modo. Quenadmodum morbi omnes quatenus nostras offendunt actiones, vel intemperie, vel magnitudine aucta malę confotmationis, vel soluta vnitate, semper per contrarium etiam adęquatè indicant contrariam alterationem, vel euacuationem, vel vnionem solutę partis moliendam; Procul omni dubio ita quoque omnis morbi magnitudo vrget valdè lędendo, vel copia, vel qualitate, seù impuritate, vel motu succi morbosi perpetuò per contrarium indicat citam, & magnam illius succi sublationem sibi proportionatam, vel euacuatiuam, aut malę qualitatis emendatiuam, vel depuratiuam, seù reuulsiuam. Insuper eadem ratione, qua morbi magnitudo generica hominis sanitatem offendit; eadem ratione certè quoque per contrarium in hominis salutis gratiam indicabit. Verum ratio qua morbi magnitudo generica sanitatem obturpat, solum

Omnia in hoc capite statuta de principali indicante magni vacuans indicāte auxiliū, duobus argumentis comprobantur.

C est in eo, vt *per se, propriè* proximè, vbique, semper, & sua natura valdè malè afficiat hominis actiones, & prout admodum lędendo, vrget essentiali vrgentia exuperantia succi peccantis. Ergo magnitudo ipsa per se, propriè, proximè, vbique, semper, & sua natura indicat, quatenus valdè lędit, & prout nimirum lędendo vrgeat, essentiali vrgentia per se, propriè, proximè, vbique, semper, & sua natura, succi peccantis exuberantia.

C A P V T XI.

Hoc genus morbi magnitudinis suppremum expositum, æquè tum in sanguineam, tum in cacochymam indicantem magnitudinem, vniuocè, diuidi, ostenditur: Easque magnitudines eo modo à Massaria existimato, constitui non posse, demonstratur.

D HOc autem generico expedito indicante, deest vt perpendamus, qua ratione, morbi magnitudo sanguinea, à me appellata, sanguinis superuacui citam, & magnam indicet sublationem, & consequenter etiam magnum euacuans sanguinem insinuet remedium. Simulque ope quo morbi magnitudo, à me rectè cacochyma nuncupata, cacochymię superabundantis citam, & vehementem petat subtractionem, & consequēter efficax vacuans cacochymiam flagitet auxilium. An id eodem modo, eademque forma, supranarrati generici indicantis, proueniat, vel potius alio modo, quo Massaria arbitratus est. Verum laconicè in hac re me geram. Cum hactenus vberrimè iam patenter ex antea statutis fundamentis, notum quidem sit: vt ex *rei* indicantis *natura*, & per *contrarietatem ipsam* modi peccantis indicantis, indicationem desumere deuincamur. Cum itaque iam pateat omnem morbi vehementiam indicare, prout ipsa magnitudo peccet, quatenus valdè lędat quatenusque sua natura vrget, ob succi vitiosi exuperantiam, ergo per contrarium omnis magnitudo succi peccantis magnam moliendam indicabit citam sublationem; tantum in eo, vt valdè lędit, & vrget per se, propriè, proxime &c. Ex quo omnis alia morbi efficatia sub hoc genere vniuocè comprehenditur, cum hoc

2. Meth. c. 7.
11. Meth. c. 1.

Magnitudo morbi indicans sanguinis missionẽ & magnitudo indicans purgationẽ, non constituuntur p differentias à Massaria assignatas.

Virium robur est causa morbi magnitudinis indicantis venę sectionẽ: signũ ostensiuum non autem causa est indicantis constitutiua.

Sanguinis enim peccatũ solum causa est tũ diuisiua, tũ constitutiua magnitudinis morbi sanguineæ.

Succus peccans causa est immediata constitutiua magnitudinis morbi indicantis magnum euacuans remediũ qui succus dum in sanguinem & cacochymiã diuiditur duas etiam constituit magnitudines, quarum vna est sanguinea alia vero cacochyma.

Id ex Hipporcrate & Galeno cõfirmatur.

Vide aliam horum autoritatẽ capite sequenti vbi succus ab ijs in sanguinẽ & humorem coindicantem diuiditur.

modo duntaxat quæcunque morbi vis, magnum vacuans flagitet remedium, non autem vt Massaria existimauit. Quandoquidem virium robur, quod existimauit, differentiam indicatricem facultatem sanguinis missionis constituentem esse, non quidem differentia causalis constitutiua ipsius indicatricis est, nec diuisiua generis indicantis magnum euacuans remedium; nam virium robur tantum signum est causæ immediatæ indicatricis facultatis augescentis venę sectionẽ, seu sanguinis missionem, non autem causa est proxima, à qua constituatur illa facultas indicatrix, vt est sanguinis peccatum, vel copia, vel qualitate, aut impuritate, siue motu, vitiosum; quoniam sanguis, ita peccans in magnitudinis morbi, vehementer lædentis, simulq; vrgentis naturam adeò transit, vt amplius sanguinis ipse iam magnitudini ipsi annexus, nullam ex se habeat indicationem. Quocirca morbi vehementia sanguinea iurè merito est appellata; dum indicat in salutis hominis gratiam, non nisi sanguinis peccantis citam subtractionem indicabit; quæ subtractio, vel euacuatiua, vel malæ qualitatis moderatiua, vel depuratiua, vel reuulsiua est. Si ergo succus est, qui dum diuiditur in sanguinem, & cacochymiam, veluti causa generica indicantis generici supra explanati, in duas causas immediatas secatur speeificas indicantis specifici; eam sanè ob causam sanguis peccans, & cacochymia duæ differentiæ quidem causales reperiuntur vniuocæ succi allati, quæ causæ dum in naturam indicantis generiel, B superius dilucidati, propriam, essentialem, & formalem transmigrantur, necessariò non modò sunt in causa diuisionis ipsius indicantis generici, verum etiam causæ, & differentiæ modo, supra declarato acceptæ vniuocæ æquè tum magnitudinem morbi sanguineam, tum cacochymam, constituentes sunt, vtraque enim magnitudo, horum succorum ope, quatuor generibus diuiditur; alia namque magnitudo quoad copiam, alia verò quo ad qualitatem, alia ad impuritatem, alia ad motum refertur. Vtraque etiam quo ad impuritatem, vel excrementosa, vel putridinalis introspicitur; Similiter excrementosa, vel biliosa, vel melancholica, seu atrabilaris, vel pituitosa, vel serosa, conspicitur; tales nanque excrementorum differentię inueniuntur; quarum euacuatio, tum à magnitudine morbi sanguinea, tum cacochyma insinuatur; quod ex Hippocrate, & Galeno facilè colligere poteris, quia de ijs sanguinis excrementosi differentijs euacuandis, ait. *omnes medici in venæ sectione dicere solent interdum serosum, interdum melancholicum, aut pituitosum*, aut *biliosum* egressum fecisse. Pariter de ijsdem excrementis, quæ purgatione educuntur, & quorum euacuatio à magnitudine morbi cacochyma per se, & modis, allatis indicatur: ita Galenus exarat. *Qui redundat succum euacuandum esse Hippocratis suadet, & aliàs pharmacum, quod ad bilem flauam, vel atram, vel pituitam educendam vim habet, dabis*. Et alibi, conscribit, *fiunt autem hæc omnia purgatorio medicamento proprium quidem attrahentem humorem apparenter, vel flauam bilem, vel atram, vel pituitam, vel aquosam superfluitatem*. Si ergo sanguinis vitium, & cacochymia, veluti causæ immediatæ, dum in naturam supradicti indicantis magnum euacuans insinuantis remedium, penitus euadunt, sunt differentiæ vniuocæ causales, æquè, tum diuidentes suum genus vniuocans, tum constituentes magnitudinem morbi sanguineam, & cacochymam vtranque vniuocatam, vndique per se, propriè, proximè, vbique, semper, & sua natura magnam, & citam succi peccantis sublationem expostulantem; Si ergo, inquam, sanguis, & cacochymia sunt differentiæ causales, diuidentes, & constituentes vniuocatæ à suo vniuocante transcendentes, cur quæso voluit Massaria signum vitij sanguinis copiosi, & signum, quod non est cacochymiæ diagnosticum positiuè, verum prout negatiuum, nempè vires, non vehementer validæ, indicantibi adesse cacochymian, non prout sit cacochymia, verum prout ibi non sit sanguis copiosus, spiritibus decoratus, cur ergo vult ipse, vt hæc duo signa sint differentiæ, constituentes sanguinis missionem, & purgationem? Siquidem ipsæ non sunt positiuæ differentiæ, nec vniuocæ, nec diuidentes genus, nempe succum, nec causales diuidentes indicans genericum magnum euacuans remedium, neque constituentes causales sunt differentiæ indicantis per se; quia non transmigrantur in naturam indicantis per se, propriè, proximè, vbique, D semper, & sua natura actiones nostras valdè lædentes; quippè virium robur est illud, quod contra morbi magnitudinem, vsque ad morbi statum hostiliter pugnat. Si ergo virium robur est contra distinctum à morbi magnitudine, ceù magnitudini ipsi inimicum, cur, repeto, id potest esse magnitudinis morbi sanguineæ differentia positiuè constitutiua? immò dicam virium robur neutiquam necessarium esse, vt signum copiosi sanguinis, magnitudinem morbi sanguineam augentis; eo quia, vt superius dixi, plenitudo sanguinis sua syndrome plurium signorum, ad hanc syndromen conspirantium, exactè dignoscitur: sicuti etiam cacochymia eodem modo nobis nota fieri potest suis proprijs signis diagnosticis. Vnde virium constantia necessaria est, vt principale duntaxat permittens venæ sectionem, aut sanguinis missionem. Quam sanè ob rem patet nostrum institutum prorsus certum, ac dilucidatum esse. Superest igitur, vt sicuti genus, superius allatum duobus argumentis penitus demonstratum est: sic etiam de vtrisque his morbi magnitudinis differentijs dudum constitutis. eodem modo doctrinam firmam tradamus: Sicuti enim quicunque morbus in quantum nostras lędit actiones, vel sua intemperie, vel sua magnitudine aucta malę con-

A

6. Epid com. 2. cont. 38.

4. Meth. c. 6.

C

2. Aph. 37.

A conformationis, vel ſoluta ſua vnitate, aſſiduè in contrarium adæquatè etiam indicet contrariā alterationem, vel euacuationem, vel vnionem ſolutæ partis adminiſtrandam eſſe: ſic etiam vtiq; quælibet morbi magnitudo, quatenus ſua eſſentiā vrget valdè lædendo, vel copia, aut qualitate, ſeù impuritate, vel motu ſanguinis peccantis, aut cacochymiæ ſemper in contrarium ſibi proportionatam indicat, vel ſanguinis emiſſionem, vel cacochymiæ purgationem, vel euacuatiuā, vel malæ qualitatis moderatiuam, vel depuratiuam, ſeù reuulſiuam: Vlterius eadem eſſentia, qua morbi magnitudo ſpecifica, vel ſanguinea, vel cacochyma hominis ſanitatem afficit, eadem eſſentia quoque ſanè in contrarium pro hominis ſaluris gratia indicabit. At verò eſſentia qua morbi magnitudo ſpecifica, vel ſanguinea, vel cacochyma ſanitatem lędit, ſolummodo eſt, quatenus per ſe, propriè, proximè, vbique, ſemper, & ſua natura vehementer hominis actiones offendat, ac eodem modo obturpando vrget eſſentiali vrgentia, cauſa vel ſanguinis peccantis, vel cacochymiæ. Ergo morbi magnitudo, tam ſanguinea, quam cacochyma per ſe, propriè, proximè, vbique, ſemper, & ſua natura indicat, quatenus admodum afficit, & pro vt hoc modo vrget eſſentiali vrgentia, per ſe, propriè, proximè, vbique ſemper, & ſua natura vrgentia eſſentiali, cauſa ſanguinis peccantis, vel cacochymiæ. Ex quibus argumentis eò magis Maſſariæ opinio, vt non
B ſit vera, clarè conſpicitur. Deniq; ſicuti de magnitudine generica dictum eſt eam triplicem eſſe: ita & vtranq; hanc morbi magnitudinem ſpecificam, tum ſanguineam, tum cacochyman triplicem quoq; inueniri, nimirum præſētē, quæ actu eſt in Methodo curatiua, alia verò incipiēs, quæ tamen ſi diuidatur in incipientem inceptam, ipſa quoq; tanquam facta actu in Methodo curatiua eſt: ſi verò incipiens fuerit, non adhuc incepta, cum iam facta non ſit, non in Methodo curatiua, ſed in Methodo præſeruatiua ſe habet; nam prohibetur, ne fiat. Alia verò eſt ventura proximè, & imminens; quæ etiam ne fiat inhibendum eſt, in Methodo præſeruatiua. Quarum trium magnitudinum meminit Galenus hunc in modum, exarans. *De finitis itaque tribus mittendi ſanguinis ſcopis, nempe morbi magnitudine, aut præſente, aut imminente, aut incipiente.* Quam Galeni ſententiam complexus eſt Ætius, conſcribens. *Attendenda verò in quacunque venæ ſectione, multitudinis, tum qualitas, tum quantitas, & morbi magnitudo, ſiue adſit, ſiue expectetur.*

De vit. rat. per ſang. miſſ. c. 9. Lib. 3. c. 10.

C A P V T XII.

Primum dubium ponitur, & euellitur, & vbi morbi magnitudo æquè tum ſanguinea, tum cacochyma ſimul coeunt, ſemper magis vrgeat ſanguinea; Vnde ipſi primò incumbendum eſt; & cur oſtenditur.

C

CÆterum, vt huius arduæ rei penitus, penitùſque doctrina vndiq; eluceſcat, nonnulla dubia, quæ à quopiam viro ingenio prædito effici poſſent, ſtatuam; & ſimul ea, eripere tentabo. Primum itaque dubium tale erit; genus id, quod ſine differentijs non inuenitur, non eſt genus reale, ſed intentionale; Verum genus magnum euacuans indicans remedium, non inuenitur ſeparatum à magnitudine ſanguinea, ſeù cacochyma; Ergo id genus conſtitutum; vt vniuocans, quod diuiditur in ſuas ſpecies vniuocatas, ſeù differentias diuiſiuas, & conſtitutiuas non eſt, reale, ſed intentionale, ergo etiam magnitudo morbi ſanguinea, & cacochyma, vt hæ indicantes ſint magnum ſanguinem, & cacochymian educens remedium, malè conſtitutæ fuerunt. Cui reſpondeo negando maiorem propoſitionem: Cum nullum genus ſine ſuis proximis ſibi differentijs vnquam inueniri poſſit, quia *neque genus, neque ſpecies ſimpliciter* dicitur. *Genus enim ad*
D *vnum aliquod, & ad ſe inuicem collectio* igitur genus eſt *quod de pluribus, & differentibus ſpecie, in eo quod quid eſt prædicatur; eſt autem genus quidem, vt animal* quod rationale, & irrationale ſe habet: ſi ergo magnitudo morbi, quo ad ſuccum, vt generica, non niſi vel ſanguinea, aut cacochyma eſſentialiter reperiatur, non tamen ſequitur, vt non ſit realis, cum ea harum duarum collectio ſit differentiarum, & quæ de ijs ſpecie differentibus prædicatur, ſicuti animal etiam circa animal rationale, & irrationale æquabiliter ſe habet. Reale autem inquam genus id eſſe fundamentaliter, & ſi formaliter intentionale ſit; nihil nanque refert: Cum genus vnquam nullum intellectus operationis auxilio, intentionale effici valeat, poſt particularium factam inductionem, ſimulque abſtractionem à prima notione, ad ſecundam ipſam notionem elapſam, quin prius genus id ex parte rei fundatum ſit, ſupra eius ſpecies ſimiliter ex parte rei fundatas ſupra ſingularia infinita, ad ſingulam eorum ſpeciem finitam coarctata; Vnde vniuerſalia hæc ita realia fundamentaliter reperiuntur, & ſicuti ipſa realia, vt fundamenta ſuā natura ſunt in prima notione, ita neceſſariò quoque genera formaliter, quæ ſunt intentionalia adæquatè habentur; cum vniuerſalia non niſi ex ſingularibus exiſtant: vnde ſingularia in ſuo eſſe præcedunt vniuerſalia, hinc ſingularia ad vſum præſtantiora vniuerſalium ſunt.

Primum dub. 6.

Solutio.

Porphirius capite de generē.

1. poſt. t. 134.

Ariſt. 6. Eth. c. 11. 12. Meth. t. 27. 1. Reth. t. 20. 3. Poſt. t. 162.

Neque vniuersale est aliquid præter singularia; Quocirca Auerroes exarat. *vniuersale autem non est situm, sed cum eo sciuntur res, & est quid repertum in natura rerum scitarum in potentia.* Quam sanè ob rem responsio ipsa huic dubitationi prorsus satisfacit; quoniam morbi magnitudo quo ad succum æquè, realiter tum magnitudini sanguineæ, tum cacochymæ Inest, & in rei natura re verâ inuenitur. Ergo optimum factum fuit prius eam dilucidare magnitudinem vniuersalem, subinde verò aliam vtranque magnitudinem specificam declarare. Quemadmodum enim succus in sanguinem, & humorem, seù cacochymian ab Hippocrate, & Galeno diuiditur: ita ipsa magnitudo, quo ad succum, & in sanguineam magnitudinem, & cacochymam iurè meritò secari potest; prout magnitudo ipsa, ad succum relata per se, propriè, proximè, &c. magnum euacuans remedium indicat. Quæ in sanguineam, & cacochymam diuisa, tum succi genericè, tum sanguinis, tum cacochymiæ specificè magnam, & citam indicat sublationem. Quod Galenus ex Hippocratis decreto ijs verbis statuere voluisse mihi visum est. *ipsum, qui redundat succum euacuandum esse Hippocrates suadet, alias sanguinis detractionem adhibebis, cum videlicet is vincit, alias pharmacum, quo ad bilem flauam, vel atram, vel pituitam educendam vim habet dabis.* Quandoquidem sæpe vtraque magnitudo simul eodem tempore in homine adest, ambæque, & sanguinis eductionis, & cacochymiæ purgationis magnam, & subitam indicãt administrationem vt in morbis, qui non vehementer magni, quippè tantum sunt simpliciter magni est agendum, sicuti in vehementer magnis tantum venæ sectio molienda est, non autem aluina purgatio conuenit, cuius rei meminit Hippocrates hoc modo; *nam venæ sectio in his præferenda venit, deinde clymis est opus, si vehemens, & magnus fuerit morbus si verò non* vehemens, & magnus, immo sine relatione magnus *fuerit, & postea medicamento* per aluum subducente *opus sit, sanè id post sanguinis missionem securè, & mediocriter porrigendum*, vt etiam Galenus in dolore laterali ad hypocondrium descendente securius multo existit venam secandam esse, subinde verò cacochymiæ purgationem efficere. Quoties ergo æquè tum magnitudo sanguinea, tum cacochyma, vt principalia indicantia, nec non tam sanguis, quam cacochymia, vt coindicantia peccauerint, perpetuò vena prius secanda erit; subinde cacochymia purganda veniet, nõ modo Hippocratis autoritate, & Galeni confirmatione, verum etiam Pauli, & Auicennæ comprobatione. Rationem autem, cur prius tunc vena scindenda sit, Autor Græcus eximius reddit his verbis, *nã si vasa sanguine repleta sint, & purgatiuum dederis, non peperit propter plenitudinem in corpus defferri, vnde fit, vt subsiet, & nihil efficiat, aut si quicquam facit, male faciat. Si autem sanguinis missione corpus prius vacuatum fuerit, purgans medicamentum exhibitum, venas, & arterias, & manet corporis regiones inuenit non oppletas: quo fit, vt absque vllo impedimento in totum corpus dimanet ad attrahendum succos facillimeque fiat eorum euacuatio per vasorum spatia, & fusionem &c.* Cæterum hæ geminæ magnitudines æquabiliter etiam simul conspirant in febribus etiam cronicis, tamen assiduis, in melancholia, lepra, scabie, pruritu, & in alijs, ijs similibus affectibus. Quocirca ad curandas eas affectiones perpetuo prius vena pertundenda venit, nisi cruditates copiosæ in prima nostri corporis fuerint regione.

Magnitudo morbi generica quo ad succum æquabiliter et realiter tam in magnitudine sanguinea quã in alia cacochyma.

Hippocratis & Galeni autoritas idem confirmant.

Magnitudo morbi sanguinea & cacochyma simul iũctæ sunt vbi morbi magni nõ vehementer acuti sũt. Nã vbi magni vehemẽter sũt acuti ibi sola morbi magnitudo sanguinea adest.

Vbi æquè hæ magnitudines copulatæ sint, magis vrget sanguinea & sanguis prius minuẽdus est & ratio redditur.

Affectiones in quib. hæ ambæ magnitudines simul annectuntur.

Dispu. Metaph. 2. pag 57. F.

4 Meth. med. c. 6.

4. de victu ratione in morb. ac. t. 22.

2. de victu rat. in morb. acut. cont. 31.

6. epid. com. 22 ti. & 4. de tuen. san. c. 4. lib. 2. c. 29. f. 3. c. 4. cap. 4. lib de Renom. effect. curat. & dignotione c. 4.

A

B

C

CAPVT XIII.

Secundum dubiorum genus in suas differentias diuisum soluitur. Morbique magnitudinem eiusdem essentiæ seu naturæ sui morbi non esse, ostenditur.

Secundum dubium. Primum argumentum huius dubij.

SEcundus autem dubitandi locus sese nobis offert; quoniam morbi magnitudo ad morbum spectans vehemẽter nõ lædit, nec vrget, nec etiam necessariò magnũ euacuans indicat auxilium. Ergo per se, propriè, & proximè non indicat, quatenus ijsdẽ modis vrget; quia morbi efficatia, vt morbi est per se, propriè, & proximè valde lædendo vrget, tanquam vehementia morbi per se propriè, & proximè lædentis. Antecedens probatur eò quòd morbus in intemperie, quæ in prima est qualitate, efficatiam non habet à succo sanguineo, vel cacochymo pendẽtem; si ergo morbi magnitudo eiusdẽ morbi naturę non inuenitur cuius interfectiua est efficatia. Igitur sequitur, vt morbi vis in intẽperie magnũ euacuans non indicet præsidiũ; quippe tantũ vehementem sibi contrariã, ac adæquatam insinuat alterationẽ. Ac eò magis id affirmari valet, quo magna morbi atrophiæ, maciciq; totius corporis, & febri hæcticæ intẽperies sicca, absq; vlla morbi magnitudine ad succos relata inuenitur, ergo altera magnitudo reperitur, quæ vtiq; efficacem vacuans non requirit auxiliũ: ex quo sequitur, vt ea morbi magnitudo generica, quo ad succũ explanata, magnã succi exuperantis minimè flagitet subtractionẽ per dictũ de omni, igitur nec ẽt propriè, nec per se indicat. Porro morbi magnitudo in soluta vnitate principaliter, & p se duntaxat magnum vniens, vel cicatrizans quærit auxiliũ; euacuans vero per accidens insinuat præsidiũ, nè videlicet succus fluens ad partẽ obnoxiã, impedimento vnionis moliẽdę sit: proinde nõ omnis magnitudo morbi per se, propriè, proximè, vbiq; sẽper, & sua natura magnũ educẽs desiderat medicamẽtũ. D

Primi argumenti. Confirmatio prima.

Secũdum argumentum.

Quando-

A. Quandoquidem magnum vulnus, tantum vnionis petit prouisionem; Ergo datur alia morbi
magnitudo, quæ magnam vacuationis non indicat cautionem, & necessariò quælibet magnitu- Prima huius argumenti assicuatio.
do morbi, magnum vacuandi non indicat remedium. Insuper rotunda vlcera cacnethea voca-
ta difficillimæ curationis introspiciuntur, ob rationem mathematicalē, cum ibi quæcunque pars Secunda confirmatio secūdi argumenti.
vlceris æquabiliter seorsum distet; non autem ob morbi magnitudinem quo ad succum ad vlcus
fluentem, cicatrizationem impedientem. Ergo non quælibet morbi magnitudo, magnam suc-
4. de morbis p. 586. ci superuacui respicit euacuationem agendam esse. Adde vt inquiat Hippocrates. *violentum, & casum ab alto, & vulnus, & percussionem vis quorum si magna fuerit*, tum venæ sectio, tum Tertium argumentum.
purgatio conuenit, nec tamen ibi magnitudo est morbi à succo vtroque genita; imò à violen-
to; Pariter ita in nerui magna pactura, & magna ossium, tam fractione, quam luxatione, nec
tamen ibi succi sunt peccantes, nec superuacanei; quia in sano homine id violentum fit. Ergo
aliæ magnitudines morborum, quæ quo ad succum non sunt, magnam succorum euacuationis
indicant prouisionem, ex quo fit, vt morbi magnitudo, quo ad succum non indicet per dictum
de soli, igitur magnitudo ipsa non indicat per se, nec propriè, nec proximè. Ad hæc morborum Quartum argumentum.
omnium acutorum à bile flaua promanantium sanguinea magnitudo non indicat, vt valde læ-
B dendo vrget, inter quos morbos febris quidem tertiana continua, quæ vt continua; magna est,
1. ad Gla. c. 13. vt Galenus asserit, sanguineam autem morbi, inquam magnitudinem, cum hæ omnes sanguinis
missionem petant, nihilominus hæ magnitudines non vrgent valdè lædendo, cum horum mor-
borum vehementia in cacochymia tantùm principaliter reperiantur, nimirum cum à flaua pen
deant bile, non autem à sanguine, sicuti nec etiam ardentes febres principaliter à sanguine e-
mergunt, imò à bile flaua, seù à pituita salsa, nihilo secius hæ febres vsque ad animi deliquium
venæ sectionem moliendam, flagitant. Quocirca tantùm febris Synocha putrida morbus re ve-
ra sanguineus conspicitur. Id ipsum etiam confirmatur; quoniam morbi, qui à melancholia
principaliter actiuitatis ratione exorti sunt, vt in melancholia à toto, magna, in quartana, lepra, Prima quarti argumenti confirmatio.
pruritu, & in alijs quampluribus his similibus res se habet; proculomni dubio ipsis magnis
morbis venæ sectio maximè conducit; tamen morbus ibi sanguineus non est. Ergo morbi ma-
gnitudo non vt sanguinea vrget, nec etiam consequenter indicat. Pariter idē in pituitosis mor-
bis inuenitur, in quibus sanguis maximo ægrotantiū emolumento detrahitur; attamen ibi mor- Secunda huius argumenti confirmatio.
bi sunt pituitosi, non autem sanguinei. Ergo aliæ magnitudines morbi præter sanguineam mor-
bi magnitudinem sanguinis missionem indicant. Quo fit, vt morbi magnitudo sanguinea non
per dictum de soli, sanguinis missionem insinuet, & consequenter etiam nec vrget per se, nec
C indicat per se. Quintum autem argumentum est, Galenum octo magnitudinum morborum ge-
nera posuisse, quorum duo generalissima sunt, seorsum distincta, quatenus ipsa contra distincta Quintum Argumentum.
sunt à virium manutenentium dignitate; nā sicuti virium dignitas vrget vrgentia vitali dignio-
ri: ità hæc duo genera magnitudinis generalissimæ vrgent vrgentia curatiua; quæ duo genera à
11. Meth. c. 3. Galeno ità statuūtur. *Magnitudinem verò duplicem esse vel propriæ substantiæ ratione* viriū, *vel declinationis à naturali habitu.* Alibi verò alia tria genera subalternata constituit, nempe ex loco læso
4. Meth. c. 6. in sua substantia, proprioque temperamento desumpta, ità exarans. *Cum enim trifariam non hæc modo vitia, verum etiam reliqua omnia grauia, magnaque reddantur, nempè, vel propter afflictæ partis præstantiam, vel propter affectus magnitudinem vel propterea quòd sunt cacoethæ.* Alio verò in
7. Meth. c. 12. loco cum, his verbis, dixerit, *in eo quidem curationis consilio, quod ab vrgēte* curatiuo præsente, seu
incipiente, vel præseruatiuo impedibili *initur affectus magnitudo perpendenda est.* Subinde vrgens
hoc generalissimum in alia tria genera diuidit, hoc modo. *eatriplex est* ex læse actionis, seù facul
tatis dessumpta. *Alia, quæ ex læsa actionis præstantia præstatur, alia, quæ ex propria affectus essentia, & tertia, quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, æstimatur.* Quæ omnia genera loco proprio
dilucidare conabor: hæc interim autem dubitationem ponendo inquam nullum genus harum
D magnitudinum esse, quo ad succum per se vrgens est, nec etiam consequenter vllum harum ma-
gnitudinum genus per se consequenter magnum euacuans indicare remedium; Nihilominus
omnia ea magnitudinum genera petunt æquè saltem in plerisque tum sanguinis missionem, seù
venæ sectionem, tum humorum purgationem. Si itaque hæ magnitudines genericæ hoc modo
indicant sine præsentia magnitudinum, quo ad succum constitutarum, quæ à Galeno ijsdem lo-
cis minimè sunt declaratæ; Ergo illæ octo magnitudines genericæ magnam vacuationis succi su
peruacanei sublationem indicant, sine vllo magnitudinis quo ad succum appellaræ auxilio. Er-
go magnitudo tum generica, ad succum constituta, tum specifica sanguinea, tum denique caco-
chyma non vrgent per se, nec etiam ex consequenti per se indicant. Cæterum pro ipsius dubij, Dubij propositi solutiones.
& horum argumentorum solutione, primum fundamentum sit, Hippocrates: decreto, morbi
magnitudines, vel ex cibi prano vsu, vel à malo Cœli statu, aut à violento quodam exoriri posse, Primum fundamentum.
4. de morbis pa. 513. cum scriptum reliquerit, *cum tria sint principia, ex quibus morbi oriuntur,* primum enim habetur,
si cibi quidem plus iusto copiosi, iam concocti intus morentur, neque homo repugnetur, & altera cibaria insuper deiciantur, corpus priore humore, & recenti plenum incalescet, indeque homini febris contingit. Alterum est, si quæ ex Cælo pendent minimè sint commoda. Tertium est, cum quid violentum inciderit, violentum autem esse dico, & casum ab alto, & vulnus, & percussiones, & immoderatum la- Tria sunt principia ex quibus morbi fiunt.

borem,& alia id genus. Ac horum principium vis si magna fuerit maximum est. His itaque posi- A
tis, morbi magnitudo à violento oborta non mutato succo in malum, procul omni dubio fit à

In morbis violenter exortis, ratione magnitudinis superuenturæ, ac imminentis morbi quo ad succum vocatæ, ac vrgentis vel vrgentis lethali, vel infelici aut tædiosa indicatur magnum euacuans remedium.

magno principio extrinseco sine vlla morbi magnitudine, quo ad succum nuncupata concurren-
te. Vnde vulnera magna, & percussio, vel sugillatio, verberatione magna, & casus ab alto ma-
gnus, & nerui punctura magna hæc non sunt, quia impropriè magna sunt neutiquam indicant
sanguinis missionem, nec humorum purgationem, quatenus ea, quę ab extrinseco violento facta
fuere: At verò solùm respectu nouæ magnitudinis morbi, quo ad succum nominatæ superuentu-
ræ imminentis, seu incipientis indicant, & hoc quidem duabus rationibus; quarum prima est,
vt ea magnitudo, fluens, seu fluxura ad partem affectam impedimento esset sanationis illius par
tis lesæ, altera verò est, cum non modo eam inhiberet sanationem, verum etiam sua fluxione no
uam, ac deteriorem efficeret magnitudinem, tunc temporis, vel sanguineam, vel cacochymam.
Si autem sanguineam ibi inflamationem, & phlegmonen, hinc etiam partis læsæ putredinem,
ac deperditionem gigneret. Si vero magnitudo fieret cacochyma in eo membro offenso, tunc &
calor naturalis suffocaretur, & actiones vnà cum eo membro propriè perirent. Si verò à violen-
ta alteratione, exercitatione seù animi passionibus violentis, succus in nobis vitiosus euaderet, ac
tunc morbi magnitudo, ex eo succo, vel in intẽperie, aut in soluta vnitate, seù malæ conformatio-
nis, ibi quidem morbi magnitudo propriè vocata adesset, propriè magnum vacuans insinuans B

Secundum fundamentum solutionis.

remedium. Secundum autem fundamentum sit morbi magnitudinem propriè acceptam, non
ex rei naturalis defectu in corpore humano fieri, vt in atrophia, & corporis totius macie, &
hæctica febre contingit, cum ea morbi magnitudo propriè vocata ex succorum exuperantia
emergat; Eanque sanè ob causam omnis morbi magnitudo, in intemperie contracta, certè non
nisi ex intemperie succorum exuberantium solummodo effici potest. Pariter omne vulcus dun-
taxat à succo acri, seù mordaci, & abradente exoritur. Hinc vlcus magnum tametsi sui consoli-
dationem à glutinantibus magnam indicet, vt vlcus iam factum: nihilominus quoniam magni
tudo morbi quo ad succum fluens, & incipiens, aut fluxura, & imminẽs duobus modis vlceri ipsi
obesse valet, nimirum, quia prohibet quominus vulcus ipsum sua perẽnni fluxione consolidati
possit. Præterea etiam cum ipsa fluens magnitudo phlegmonen ipsi vlceri annexum gignere
queat. Quam certè ob rem si vlcus magnam eductionis succi superuacanei indicet prouidentiã,
non quidem per se, verùm tantùm magnitudinis morbi quo ad succum vocatæ, fluentis, vel flu-

Tertium fundamentorum solutionis genus.

Magnitudo morbi in prædicamento qualitatis reponitur, cum ea passibilis qualitas sit, quæ lædẽdo passionem infert.

xuræ ope. Tertium verò fundamentum erit, morbi magnitudinem propriè acceptam non qui-
dem in prædicamento quantitatis esse, verùm enimuero solum in prædicamento qualitatis, cũ C
passibilis qualitas quidem sit, quæ valdè lædendo passionem inferre valeat quo ad succum ac ita
magis vrget cæteris alijs; & quæ suscipit magis, & minus, ac denominatiuè qualis appellatur;
quæ omnes qualitatis vtique conditiones sunt. Hinc Hippocrates morbos grauissimos esse de-
promit, nempę maximos, & vehementissimos, cum morbi magnitudo quantitatem non signifi-
cet, nec extensionem; immò tantùm qualitatem tertiæ speciei qualitatis, & vim, & intensionẽ,
& quandoque etiam intensissimam vim, seu efficatiam significet, quo ad succum vocatam. Quo-
circa apud medicos magnum, non ita accipitur, vt absolutè philosophi vsurparunt in prædica-

1. aph. 12. & 6. aph. 5. & Galenus 1 de diff. febrium c. 2. & 4. Met. c. 6.

26 prob. 7.

Nomenclaturæ magnitudinis morbi ratio assignatur.

mento quanti, Huius autem nominis causa quidem est, eo quia non modo vehementia, effica-
tia, grauitas, & vis est, at verò etiam magna vis est, vt antea dixi ex Hippocratis verbis statutis.
Præterea etiam eo quòd ipsa magna vis sit, morbi augmento, vt infra dicam, & cum augmentũ
ad magnitudinem pertineat, proinde dignè magnitudo etiam, præter alia nomina enarrata vo-
catur. Cum autem morbi magnitudo à causa morborum augente proficiscatur ea sola, quæ quo
ad succum habetur; Idcirco ea sola etiam propriè magnitudo appellatur. Vulnera autem am-
pla, & magna vlcera ad extensionem attinent, & ad quantitatem, non autem sunt efficatiæ, nec
vehementiæ, seu magnæ facultates quo ad qualitatem; Proinde isthæc sicuti impropriæ magni- D
tudines inueniuntur, ita quoque non nisi per accidens, & illius magnitudinis propriè nominatæ
virtute solummodo magnum vacuans exoptant auxilium; Nec pariter propria morbi magnitu
do in figura conspicitur, quoniam vlcus rotundum difficilè, ea ratione mathematica curabile, vel
cacoethe, impropriè magnum appellatur, ideo etiam impropriè, & per accidens, respectu ma-
gnitudinis morbi quo ad succum ad hoc vlcus fluentis, fluxuræue, indicat; nec ea sola ratio diffi-
cilis sanationis vlceris rotundi satis est, ad asseuerandum, vt id difficilè sanabile sit, verum longè
magis concurrit causa vlceris immediata, & mediata; mediata nanque causa inspicitur succus
fluens, & fluxurus; immediata verò succus iam fluxus est, sua mordacitate, abradendo, vulcus id
generans; Quocirca eo vlcere exiccato, ab hisque succis, tum iam fluxis, tum fluentibus, tunque
fluxuris liberato, necessario sanatur, etiam si id rotundum sit. Ad hæc aduerte, vt morbi magni-
tudo solutæ vnitatis sanguinea, vel actu iam facta est, & præsens, & ista etsi à sanguine mordaci,
& acri abradente etiam iam facta sit, non tamen amplius propria magnitudo inuenitur, quia
non satis est, vt vlcus à sanguine abradente proficiscatur, cum requiratur etiam magnitudo im-
minẽs sanguinea gignens vulcus, quod sanguinis missione prohiberi valeat: Præterea vel magni-
tudo ea incipiens est non facta; & ista propria est, quia vt qualitas à sanguine acri ventura, &
passionem infert, actionemque lædendo, & sicuti à sanguine prodit, ita à sanguinis missione tolli

potest,

A poteſt, ut actu fiat. Quandoquidem vlcus à ſanguine augeſcit; ac dum augeſcit ea magnitudo emergit; Præterea etiam vlcus id, dum ſanguineo impedimento, prohibetur quo minus id curari valeat, tunc morbi magnitudo ſolutæ vnitatis ſanguinea, cacoetha, rebellis, & contumax oboritur, quæ propria, imperfectè conſpicitur, cum à ſanguine proueniat, & ſanguinis miſſione etiã quadantenus enitetur. Quocirca his duobus modis magnitudo hæc ſanguinea vt ventura, vel incipiens, vel imminens propria eſt, vt impedibilis, ſanguinis miſſione molienda. Sicuti hypoſar cidius etiam tantum incipiens magnus ſanguineus eſt; At iam factus, non amplius ſanguineus, imò cacochymus protſus eſt, Hippocratis, & Galeni doctrina, & experimento, vt lib. 3. huius operis cap. 13. videbis: Ita non mirum eſt ſi vlcus non dum factum, ſanguineam contineat magnitudinem, vel cacochyman: Sed vlcus iam factum, non amplius ſanguineam, vel cacochymam obtineat magnitudinem; verùm tantùm quandam impropriam habeat magnitudinem. Denique ſpeculor quatuot de cauſis. *De indicationibus venæ ſectionis, & humorum purgationibus, quæ ab vlceratarum, & vulneratarum partium temperamento, & ſubſtantia ſumuntur.* Galenum egiſſe, quatenus quatuor ſunt modi, quibus vlcera, & vulnera magna, vel venæ ſectionem, vel purgationem indicant, quorum duo ſunt quibus impropriè magnitudines exiſtunt, & per accidens indicant. Alij verò duo modi ſunt quibus iſthæc vt propriæ magnitudines, ſed non perfectè potc-

4. Meth. c. 6.

B ſtate conſiderari valent. Prima enim cauſa cur venæ ſectio reuulſiua, vel deriuatiua adminiſtratur in vulnere recenter facto, eſt quidem ad profluuium lethale ſanguinis è vulnere egredientis ſiſtendum; Vnde per accidens reſpectu magnitudinis ſanguineæ vehementer fluentis, vel fluxutæ lethalis, & exeuntis indicat. Secunda verò cauſa habetur dum pars vulnerata, ſeù vlcerata phlegmonoſa, vel intemperata cum materia aliquo modo euadit. Quocirca ratione morbi magnitudinis ſanguineæ incipientis, ſeù imminentis malæ conformationis, vel intemperiei cum materia, ea pars læſa indicat, non autem vt vlcerata, nec vt vulnerata ſit. Tertia verò cauſa inſpicitur, in eo vt vlcus, ſeù vulnus à ſanguine fluente magnum effici poſſit: Sicuti quarta cauſa introſpicitur prout ſanguis fluens, vel fluxutus impedimentum ſit curationis, & ſanationis tum vlcerum, tum vulnerum. Quorum quatuor modorum diligentius memineto lib. 2. cap. 16. huius operis. Quartum autem fundamentum ſit vt morbi magnitudo propriè deſumpta, cum ratione cauſæ ſuperuacuæ tum morbum, tum morbi cauſam augentis promanet; Ideò non eſt opus, vt morbi magnitudo ſit eiuſdem eſſentiæ ſui morbi: Quapropter Hippoc. & Gal. primum tollendum ante oculos ſemper tenent, non quidem id quod morbum facit, nec morbum ipſum, verùm tantum id quod morbi magnitudinem, vt primum vrgens propriè facit. Tale autem vtiq;

Prima cauſa, cur venæ ſecatur in vulnere nuper facto per ſe non indicante.

Secunda cauſa.

Tertia cauſa.

Quarta cauſa.

Quartum fundamentum.

3. de criſib. c. 4.

C inſpicitur, nō quod morbum gignit, imò quod morbum, morbique cauſam auget, & ipſam quoque morbi procreat cauſam: vtrunque enim introſpicere, exactéque ſpeculari ſemper cogimur, ſic nobis Galeno iubente. Quandoquidem primum vrgens non niſi morbi magnitudinem propriè vocatam eſſe conſtituens, inquit. *Atque in eo quidem curationis ordo, quod ab vrgente initur affectus magnitudo perpendenda eſt,* quam intelligit magnitudinem, vt principalem facultatem indicatricem, magnam ſucci ſuperuacui indicantem ſublationem, vt alibi his nos docuit. *Nunc verò docere volo tum ipſam morbi vim, ſiue magnitudinem pro indicatrice ſanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ ſtatuendam eſſe, tum Hippocratem, &c.* quo in loco, dilucidioris doctrinæ ſtudio, illico pergendo, ipſi facultati indicatrici principali genericæ addit cauſam huius magnitudinis, tanquam coindicantem, accidentalem, quæ indicata etiam eſt ab ea magnitudine; Præterea etiam ibidem eodem tempore tum hanc principalem genericam in duas ſpecies antea declaratas diuidit magnitudinem; tum etiam ſimiliter illius magnitudinis cauſam, vt coindicãtem, & ſimul etiam indicatam à magnitudine, in duas ſecando ſpecies, conſcribit. *Sicuti miſſio ſanguinis vel propter ipſius abundantiam, vel propter morbi magnitudinem, ità purgatio, & propter abundantiam humorum, & propter vim morbi adhibetur.* Cum itaque iſthæc iam nos docuerit, ideo Galenus

9. Meth. c. 13. & idem ſtatuit 4. Meth c. 4.

4. Meth. c. 6.

Ibidem.

D etiam tenebatur modũ dilucidare, quo ipſa magnitudinis morbi propriè nuncupatæ cauſa immediata, eam procreet magnitudinem, igitur, illicò poſtquam exararit; quòd *in eo quidem curationis ordo, quòd ab vrgente initur, affectus magnitudo perpendenda eſt,* pergendo, ſcriptum reliquit. *In eo verò conſilio, quod ex cauſa ratione initur animaduertendum eſt, quid nam eorum, quæ inter ſe coniuncta ſunt augere aut gignere reliqua poſſit, quæ rurſus ab eo, vel gignantur, vel incrementum accipiant.* Aliud enim eſt morbum generare, & aliud eſt cum augendo morbum, eum reddere magnum; Id enim quod ſimplicem producit morbum, cauſa quidem principalis actiuitatis tatione ſe habet: vt in morbis acutis ac febribus tertianis, bilis flaua eſt: in melancholia verò, & in febre quartana, in lepra, & prutitu melancholia, vel atra bilis inſpicitur, & in quotidiana febre pituita habetur. A ſanguine tamen hi morbi cuncti, ſimulque eorum cauſæ narratæ, augeſcunt, & hæ cauſæ aliquæ etiam à ſanguine deuſto gignuntur, & his omnibus modis hi morbi magni euaduut, etſi eorum magnitudines ſanguineæ eiuſdem eſſentiæ morborum eorum non ſint. Nam præterquam quòd ſanguine, ſeù copia, vel qualitate, vel impuritate, ſeù motu determinato peccante, horum omnium morborum vehementia ſanguinea oboritur: cum his modis morbi ij, & eorum cauſæ ſtatutæ vehementer augeſcant: etiam potiſſimum ſanguis ſua natura, ſpirituum actu calidiſſimorum permiſtione, certè calidiſſimus, fluxiliſſimus, ſimulq; inflammatiſſimus

9. Meth. c. 13. & idem ſe. ait 4. Met. c. 4.

Cauſa morbi, nõ eſt cauſa magnitudinis morbi.

Sed ſanguinis vitium magnum procreat morbũ prout morbum auget, & morbi cauſã adauget.

Sãguis quot modis morbum augendo, eundem magnum efficiat morbum.

1. de morbis p. 448 & lib. de comitibus p. 208. & 209.

Sanguis morbi vehementẽ gignit magnitudinem, vt calidiſſimus, fluxiſſimꝰ, ac inflammatiſſimus eſt.

Cur febris continua periculo ſcſeta.

tiſſimus inuenitur; ex qua ingenti ſua actuali caliditate, fluxilitate, inflammatiuaque, & vſtiua, nec non colliquatiua ſua facultate, ſanguis tum morbos, tum morborũ cauſas efficaciter multiplicando, amplificando, & adaugendo, morborum quoq; ipſam ſanguineam gignit efficaciam: Proinde nulla febris aſſidua vllo vacat periculo, non modo ob aſſiduitatem, verùm maximè cũ in his febribus in venis putredo celebretur, vbi facillimè aliqua fieri poteſt inflammatio, & aduſtio, ſimulque colliquatio, vel in hepate, vel circa meſentereum, aut ventriculum, ſeù ſeptum transuerſum, vt fuſius dicam libro quarto vbi de ſanguinis miſſione in febre mali moris verba faciam: & hinc harum febrium vehementia ſanguinea ægri ſæpius necantur. At verò morborum, qui bilioſi, & atrabilares ſunt cauſæ quidem ex ſanguine deuſto, vel aſſato, aut putrido produci valent, & hoc modo etiam hi morbi efficatiores euadere poſſunt. Cum ex ſanguinis parte tenuiori aduſta, vel putrefacta bilis exoriatur; ſicuti ex ſanguinis parte craſſiori in cinerem quandam conuerſa, atrabilis emergit. Imò etiam alijs modis ſanguis, vt pinguis, & oleoſus, & craſſus, & dulcis facilè putreſcibilis eſt, & vt temperamenti calidi, & humidi reperitur; & ijſdem modis horum morborum cauſam procreando, neceſſariò, & conſequenter non niſi morborum horum magnitudinem ſanguineam quoque gignere valet, vt vlterius explanabo iſthæc libro tertio, vbi de venæ ſectione molienda agam, in febre ardente. Cæterum magnitudo morbi cacochyma ijſdem etiam rationibus exoritur; Nam morbis à flaua bile principaliter proficiſcentibus, etiam alij humores fortaſſis copioſi annectuntur, vt atrabilares, vel pituitoſi, pernitioſi, vt ſalſi, vel acidi, & ichores horum humorum: Verum potiſſimum ſucci iam putridi, & fuliginoſi, & fumidi retenti, vt maximè ignei, vehementem etiam morbi cacochymam reddere queunt magnitudinem; aduerte attamen morbi magnitudinem non eſſe augmentum morbi, ſeù vehementiam, incrementi morbi, ſed morbi augmentum modus eſt quo magnitudo gignitur, nec eſt morbi acuties, quia acutorum eſt idea 5. aph. 30. nec morbi idea eſt, nec motus: nec mos: ait enim Galenus, *cum igitur morbi idea, & magnitudo, & motus, & mos fuerint diſtincti*. Poſtremum vero fundamentum erit; quod morbi magnitudines proprię duas habent relationes, videlicet, & ad cauſam immediatam, & ad morbum, cum autem proprię ſint, vt valdè lędendo ſua natura vrgentes, tantum ob earum cauſas his coniunctas, ac in horum morborum magnitudinum formas iam tranſmigratas; Ideo Gal. in octo ijs magnitudinum generibus, ſuppoſuit ſuas immediatas cauſas magnitudinis morbi, quo ad ſuccum etiam ſupponendo, quorum doctrinam alibi tradidit, vt ſatius ſuperius iam dictum eſt. Quibus autem ita conſtitutis ad primum argumentum reſpondeo, antecedens negando; quia ibi de magnitudine morbi impropriè vocata, antecedens aſſerit, non autem de magnitudine morbi propria. Ad antecedentis autem probationem dico, ſi ea probatio de intemperie in defectu rei ſalubris ſit, vt in prima illius argumẽti confirmatione de atrophia, & macie totius corporis, & in febre hectica dictũ eſt; ibi inquam, de magnitudine impropriè appellata intelligitur. Si verò illud antecedens de intẽperie in exuperantia dicatur, reſpondeo nullam in corpore noſtro fieri intemperiem hoc modo ſine ſucci fluentis, & intemperantis ope. Ad ſecundum argumentum verò dicam, quod ſi intelligatur de vulnere magno, vt in prima confirmatione illius argumenti apparet, argumentum concludit de magnitudine morbi impropriè appellata ab extrinſeco, & omnino violento prodita. Si verò de rotundo vlcere cacoethe concludatur, quòd ratione mathematicali difficilè ſanabile eſt, pariter dico eam morbi magnitudinem impropriam eſſe, cum ſit in figura; At verò ſi vlcus id magnum ratione humoris mordacis, & abradentis, fluentis, ac etiam fluxuri, quatenus ea magnitudo imminens ſit qualitatis paſſibilis facultas magnopere propriam ſubſtantiam cum ſuo proprio temperamento partis vlceratæ lædendo, & vlcus dum augetur vrgens per ſe, propriè, proximè, vbique ſemper, & ſua natura formali accipitur, & ſic procul omni dubio partim eſt propriè, partim verò non; Quandoquidem, ſi ea magnitudo, vt incipiens, ſeù fluens, vel imminens, ad eam partem vlceratam deſumatur; tunc certè ipſa magnitudo propria erit, quo ad ſuccum, fluentem, vel fluxurum exuperantem. Si autem ea capiatur prout ſit iam fluxa in eo, ut ſolum abradendo ſua humiditate acri, & mordaci; tunc non eſt magnitudo morbi, ſed cauſa ipſius magnitudinis ſolutę unitatis; quę indicat magnam unionem peragendam eſſe, glutinantibus medicamentis, ſicuti ipſa cauſa ulceris, nempè ea humiditas, iam fluxa, acris, mordax, & erodens indicat eius ablationem, exiccantibus auxilijs. Ideo tunc ulcus magnum eſt impropriè dictum, ut actu factum, & pręſens eſt: Quocirca nullum magnum ulcus in quantitate, ſeù in figura poſitum, ſeù in defectu carnis regenerandę magnitudo morbi propriè poteſt eſſe. Sed audio aliquem huic ſolutioni obijcientem ita aſſerendo; fruſtra illa potentia eſt, quę non poteſt reduci ad actum: uerùm tu ponis in ulcere potentialem magnitudinem morbi, quo ad ſuccum tam incipientem, ſeù fluẽtem, quam imminentem, & fluxuram; quę non reducitur ad eam fluxam actualem; quia ea actualis nunquam indicat magnum euacuans remedium. Cui duplici reſponſione ſatisfaciam, quarum prima eſt; eo quòd illa morbi magnitudo, quo ad ſuccum incipiens, & imminens duobus modis poteſt conſiderari: primò modo prout inflammatoria ſit, ſeù tumoroſa, quoniam pręter vlcus etiam eandem partem vlceroſam in tumorem, attollere poteſt; & ita ad actum alterius naturę deducitur; vel prout in vlcus poſſit tranſmigrari, primo ergo modo intelligo. Primo enim

modo

Morbi bilioſi à ſanguine quomodo magni fiant.

11. Met. 9. & 5. epid. c. 3. t. 2. & 7. aph. 59. & 3. apho. 16. & 2. de diff. feb. ca. 9. & c. 11. & 4. apho. 37. & 3. de diff. feb. c. 3. & 8. de comp. med. loc. c. 7. & 4. de ſimp. med. facult. c. 3.

Magnitudo morbi non eſt morbi incrementum nec eſt morbi acuties.

Quintum ſolutionis fundamentum.

3. de criſibus c. 4.

Ad primum argumentum reſponſio.

Ad antecedẽtis probationem reſponſio.

Ad ſecundũ argumentum reſponſio.

Obiectio ſolutionis.

Reſponſio ad obiectionem primã.

Quõ magnitudo morbi ſanguinea ex potẽtia vt fluxura ſeu imminens ſeu fluẽs & incipiens ad actum deducatur in fluxam iã factã præſentem per accidens.

A modo magnitudo quo ad succum fluxura, & fluens, etiam in fluxam alterius naturę morbi transcendit, quę indicat euacuationem succi in parte lęsa fluxi, vt in phrenitide etiam vena frontis secatur, in angina venę sub lingua scinduntur. Alio autem secundo modo etiam potentialis magnitudo reducitur ad actualem magnitudinem, magnam succi superuacanei indicantem sublationem, dum non in tumorem succus iam in partem vlceratam fluxus, & etiam in partes vlceratę parti adiacentes collectus, causa sit, per accidens partem intemperando vlcerationis maioris, ac tunc, vt ait Galenus 4. Meth. c. 6. *oportunum est tum ab ipsis vlceribus, tum à circumpositis vlceri partibus sanguinem mittere*, & cacochymiam educere. Secunda autem responsio est, quod sicuti magnitudo morbi potest esse alterius naturę morbi: ita etiam magnitudo illa incipiens, seù imminens potest esse sine quo ipsa ad actum reducatur. Et mihi sat est, vt illa magnitudo incipiens, seù imminens relata ad maiorem quantitatem figurę vlceris, seù quantitatis substantię vlceratę, seù ad quantitatem substantię carnis, excauitate deficientis, & regenerandę, tunc sanè ad actum alterius naturę reducitur illa passibilis qualitatis facultas ad succum, non vt copia exuperans, sed prout sua qualitate acri, & mordaci erodendo, eam carnem in aliam naturam transit. Quare non ea ad actum in sua natura reducitur, sed in alienam delabitur essentiam, vt de hyposarcidio iam

Responsio secunda ad eam obiectionem.

1. Meth. c. 3.
4. Meth. c. 4.

B dixi. Ideo Galenus ait. *Caeterum nulla harum curationum ipsius est vlceris, sed alterius cuiusquam affectus; qui vlcus, vel gignit, vel certè auget;* quod etiam affirmat scriptum relinquendo, *accidit quibusdam tum vlceribus, tum morbis, vt contumaces, rebellesque ad curandum sint, nec tamen inde curationis indicatio sumitur, sed affectus ipse primam curationis indicationem suggerit*, & paulo inferius ait. *auspicari namque perpetuò oportet ab indicatione, quae ab affectu, cui mederi paramus, accipitur, aestimare vero, ac discernere, an causa, quae affectum excitauit iam desierit. Nam nunc quoque ipsum tū augeat, tum faciat.* Ex quibus pro confirmandis ijs hactenus statutis scias vrgentiam magnitudinis morbi rebellis seù contumacis non esse illius magnitudinis essentialem morbi in facto esse, sed tantum in fieri, ne fiat: Vnde reuera non est vrgentia, nisi in fieri: At verò magnitudo morbi quo ad succum quę lethalis est, vel saltem nostras principes valdè lędat actiones reuera vrget, tū in fieri, tum in facto esse, ideo & magnitudo exactè propriè vrget, & exactè propria semper est, ideo etiam exactè propriè per se, & proximè magnum vacuans indicat remedium, tum in fieri, tum in facto esse, quia vel mortifera, vel valde nostras principes lędit actiones. Vnde contēplor uulnerum, & ulcerum magnorum urgentiam propriè imperfectam esse, cum ea tantum, dum augescunt, & dum impediuntur sua curatione urgeant, non autem dum hęc facta sunt, quia ut facta

Vlcus quare contumax fieri potest a magnitudine quo ad succum fluxura, seu fluente, magnitudo ipsa tantum in fieri vrget & propriè indicat sed non exactè propriè vel vt eius curatio prohibetur. Vrgētia magnitudinis tum sanguineæ, ut cacochymiæ vlceris tædiosæ non in facto esse vt iā facta est, sed vt i fieri est, imminēs seu incipiēs. Magnitudo vero vrgens lethalis, & infelix vrget & indicat magnū educēs remedium, tum in fieri tum in facto esse & exactè propriè. Ad tertium argumentum responsio.

C cum succo educendo non sunt, ideò sicuti imperfectè urgent, ità imperfectè etiam propriè morbi magnitudines existunt; & similiter quoque imperfectè per se propriè, & proximè indicant: At uerò morbi malæ conformationis, & intemperamenti cum succo uacuando magnitudo, quia perfectè urget, cum ea tum dum est potestate, tum actu urgeat, ut lethalis, uel ut ualdè nostras lędat functiones principes, actionesue; ideo etiam perfectè, seù exactè propria magnitudo reperitur, perfectè per se, propriè, & proximè indicans. Ad tertium uerò argumentum dico uiolentum duplici modo homini iacturas inferre posse, ut casus ab alto, uulnus, percussio, nerui magna punctura, & magna ossium tum luxatio, tum fractio. Quorum omnium magnitudines impropriè appellatas inuenio esse. Ideo hę magnitudines per se nullam magnam succi superuacui indicant ablationem, nisi ad euitandas inflammationes magnas, seù tumores incipientes magnos, uel imminentes. Alio uerò modo uiolentum ut est immoderatus labor, exercitatione, & animi uiolentes perturbationes; quarum rerum ratione totus massę sanguineę succus uitiosus euadit, quam sanè ob rem ibi facilè utiq; morbi magnitudo emergit, uel in intemperie saltem, uel malę conformationis. Si uerò morbi magnitudo in intemperie fuerit, illa quidem, ut etiam in soluta unitate tantùm, ut incipiens, & imminens indicant magnum euacuans remedium; ut uerò iam facta, &

D fluxa; quia eius natura in alienam transmigrauit formam; nēpe in essentiam magnitudinis morbi, impropriè acceptę, proinde tunc magnam succi exuperantis non indicat subtractionem, si succus, qui intemperiem iam fecit, euacuatus sit, unde intemperies sine materia intemperante reperiatur, quippe quòd intemperies magna illa sine materia existente, alterationem tantum magnam requirit, & uulnus magnum non nisi magnum glutinans petit remedium. Ad quartum argumentum autem respondeo; ut in quarto fundamento, tum ad hoc argumentum, tum ad huius confirmationes responsio patenter nota fit. Ad quintum autem argumentum respondeo, quòd bifariam ea morborum magnitudinum octo genera, à Galeno posita accipi possunt, vel propriè, vel impropriè. Si propriè enim semper ad succum referri debent, tanquam ad eorum causam immediatam, qui in naturam eorum formalem transiuit; Si autem impropriè, tunc succus non requiritur ad eas morbi magnitudines impropriè constituendas. Ex quibus patet, eam morbi magnitudinem genericam exploratam per se, exactè, propriè, proximè, vbique semper, & sua natura valdè, lædendo vrgere, vt primum semper tollendum, ac ideo etiam ipsa per se exactè, propriè, & omnibus ijs modis allatis, magnam succi superuacui educendi insinuet prouisionem, & omnis prouisio educendi succi superuacui insinuetur ab ea morbi magnitudine exactè propria, ac id quòd de hac morbi generica dixi magnitudine, etiam de suis duabus speciebus putādum venit; cum omnis morbi magnitudo propria sanguinea sanguinis emissionem indicet, &

Ad quartum argumentum solutio.
Ad quintum argumentum.

Omnis morbi magnitudo propria, succi superuacui indicat ideo per se, & proximè, vbique, & semper, sua natura necessario indicat.

omnis

omnis sanguinis eductio ab ea morbi magnitudine propria indicetur. Pariter omnis morbi magnitudo, propria, cacochyma, cacochymiæ purgationem alumam, seu vomitoriam indicat, & omnis alnina, seu vomitoria purgatio, ab ea indicatur magnitudine. Quocirca manifestum est eam magnitudinem indicare per dictum de omni, & soli; nam tametsi, vt aliæ impropriæ magnitudines indicent, non tamen indicant per se; sed duntaxat sub ratione ipsius propriæ magnitudinis, & licet etiam, vt aliæ magnitudines non indicent, tamen cùm impropriæ sint, nullo modo indicare possunt. Quocirca, sicuti nulla impropriè magnitudo morbi indicat, sic etiam in oppositum omnis morbi magnitudo sua natura indicat. Denique tametsi vlcus, & vulnus diuturnum ne augescat, & vt curabile fiat, vrgeat, non tamen essentialiter vrget, vt primum tollendum sit, & ideo indicet id magnum auxilium, tamen ibi sicuti vrgentia non est exactè, nec integrè propria, ita etiam imperfectè propria est, id remedium flagitans, quia participat, de vrgentia actiones lædente, non tamen vrget ita exactè, & integrè, vt magnitudo ad succum lethalis, quæ hominis actiones principes valdè afficit, quæ etsi lethalis non sit, attamen deterior, aliquando quam alia lethalis, est. A

Et propriè indicat per dictum de omni & de soli.

CAPVT XIV. B

Tertium dubium ponitur, & euellitur.

Dubium.

Solutio.

TErtiò dubitandum est, quoniã Galenus ait, primam indicationem semper à morbi essentia nos desumere debere, hoc modo exarans. *affectus*, nempe morbus *primam curationis indicationem suggerit*, & postea ait, *auspicari nanque perpetuò oportet ab indicatione, quæ ab affectu, cui mederi paramus, accipitur*. Ergo non à morbi magnitudine debemus exordium desumere, nec à morbi magnitudine magnum vacuans indicatur præsidium, sed à morbo ipso, tanquam à primo indicante. Cui respondeo primum indicans esse duplex, vel simpliciter, vel vt vrgens exactè propriè. Morbus enim simplex sine sua vehementia, nunquam vllum interficere ægrum valet, proinde paruis remedijs parui morbi adimuntur, vt proportione seorsum respondeant; morbi autem magnitudo interficere potest. Hinc primo tollenda, quòd nos docere voluisse Hippocratem patet, vbi artem medicam definiendo, eam in duas diuidit partes, quarum prima est vt *morbo rum vehementiam obtundat*, alia verò est, *quæ sanè in totum à morbis* paruis ægros vindicet. Ideoque morbus paruus magnum euacuans non indicat remedium; cum paruis auxilijs alterantibus, & roborantibus auferatur: ergo patet non modo morbum simpliciter acceptum, & magnum vacuans neutiquam indicare præsidium, verum nec etiam id indicare posse, tum morbi causam, tumque magnitudinis morbi causam immediatam, nec etiam virium robur idipsum petere posse. Eanque sanè ob causam deest solum, vt nec etiam, id insinuari possit à symptomatis magnitudine, ostendamus. 4.Met.c.4. 1.de vict.ratio. in morb. acut. 8. Lib. de Arte p. 4. C

CAPVT XV.

Quartum dubium eneruatur. Vbi symptomatis magnitudinem, magnitudinis morbi, quo ad succum, acceptam magnum euacuans non indicare posse auxilium, demonstratur.

Dubium dissoluitur.

Dubij argumentum.

AT verò, vt Galenus depromit *omnis affectus corporis, qui à naturali statu recedit, vel morbus est, vel morbi causa, vel morbi symptoma*. hinc rursus dubitatione dignum esse inuenio, cum symptomatis magnitudo sine morbo vllo, nec magno, nec paruo adesse possit, solum ob eius causam præsentem; proinde symptoma sub eius causæ ratione indicat; vt melancholia, & paraphrenitis symptomata de genere actionum læsarum sunt sine vllo morbo; Pariter diarhæa, & narium, seu hæmorrhoidum profluuium symptomata quidem inueniuntur ex genere excretorum mutatorum absque morbo, similiter color, vel totius corporis, seu alicuius partis, mutatus à naturali statu, & cutis arida, seu laxa, aut rugosa, quæ symptomata in qualitate murata habentur, sine morbo vllo. Si itaque symptomatis magnitudo sine morbo existens magno sanguinea fuerit vrgens, vt melancholiæ, & paraphrenitis, & narium, & hemorrhoidum profluuij magnitudo sanguinea semper sanguinis missionem indicabit: Eodem modo etiam melancholiæ, & ictericiæ magnitudo, vt symptomatum magnitudo cacochyma, eius cacochymiæ purgationem indicat, absque quòd ibi vllo modo morbi magnitudo propria in indicando id concurrat. Quæ omnia Galeni decretis confirmare conabor. Primo enim, vt symptomatis magnitudo tum sanguinea, tum cacochyma sit sine morbo, ex hoc affirmare poteris, id quod actionum naturalium læsiones conspiciuntur D De sympt. diff. cap.1. 1.Meth.c.1.

Primo argumento dissoluitur conclusio.

A spiciuntur absque morbo, qui functio læsa est adesse potest, sed vt ait Galenus. *Symptomata actionum læsiones sunt.* Ergo symptomata absque morbo vllo sunt actionum naturæ læsiones, dum secum eorum causam, vel causas habeant, *& si nihil referat, si quis dixerit morbum esse functionem læsam.*

De symptom. diff. c. 6. & 4. & 9. Meth. c. 8.
De symp. diff. cap. 4.

Secunda confirmatio.

Præterea id, cui subordinatè morbus subest, sine ipso morbo adesse valet, sed sub symptomate morbus cadit, ergo symptoma sine morbo actionum naturæ læsio esse potest: maior patet; at minor ità ex Galeno manifestabitur, *Symptoma omne, quod animali præter naturam incidit. Qua ratione morbus quoque sub generali symptomatis appellatione veniet: est enim is quoque ad quendam modum symptoma.*

De symp. diff. cap. 1.
3. de in morb. ac. cont. 6.

Tertia confirmatio.

Tertiò vt ait Gal. *sæpe affectio ipsa, qua laborant mitior quidem existit, sed symptomata augentur, vt in phlegmone obsessis particulis.* Vnde ibi *symptomatum magnitudines*, morbus verò mitis; Ex qua autoritate quidem, ne dum symptomatis magnitudinem sine morbo magno esse posse, verùm etiam eam sine morbi magnitudine vrgere posse, exhaurire valemus; Ea propter quarto asserendum est, Galenum symptomati maximo, ceù vrgentiori succurrendum semper esse, statuisse; Ergo symptomatum magnitudo per se vrgens etiam magnum remedium euacuatiuum indicare valet. Ea verò magnitudo etiam quatenus vel sanguinea, vel cacochyma esse potest, per se vt vrgens, & sanguinis missionem, & cacochymiæ eductionem indicare valet. Vnde si etiam per se symptomatum magnitudo hæc indicat ideo morbi magnitudo isthæc per accidens indicabit.

12. Meth. c. 1. & 7. de commed. 5. locus f. 18. A.

Quarta Confirmatio.

B Cæterum pro illius dubij solutione, primò perpende symptomata in duplici genere esse, genere generalissimo; Quandoquidem vel in methodo præseruatiua tuendæ sanitatis, vel in methodo curatiua sanitatis restituendæ sunt, etsi primo modo accidentia in sanis existentia, secundo verò modo in ægris symptomata nuncupentur, vt ait Gal. *Quæ verò cõstitutionem vnde actio nascitur, necessariò sequuntur, sanis quidem nobis accidentia, ægrotantibus symptomata nuncupantur, sicuti secundum naturam nos, seù præter naturam habeamus actiones.* Quòd autem hæc symptomata in methodo præseruatiua sint reponenda patet; nam quærens Galenus de *morbosis symptomatis ea ne ad valetudinis tuendæ artem spectent, an ad eam, quæ medendi rationem præscribit*, ita statuit. *Artis, quæ valetudinem tuetur, non leuis portio est ea, quæ de exercitatione præcipit: huius rursus non exigua pars est, quæ lassitudines praecauet, & eius, quæ iam occupauit submonēda* sicuti alia symptomata in ægris ad methodum curatiuam referuntur. Adde vt lassitudines immodicarum exercitationum, sanorum vtique symptomata sint, in methodo tuendæ sanitatis, sicuti lassitudines spontaneæ symptomata sunt morbosa, in eo, quod morbos nuntiant venturos, vt signa: vt ex is Galeni verbis colligo. *Ac immodicas quidem exercitationes lassitudo excipit, sanorum symptoma est, quæ verò sine his consistit morborum itaq; & ab Hippocrate dictum commodissimè videtur. Lassitudines spontè natæ morbos nuntiant.*

Dubij allati soluendi.
Primum fundamentum.

2. Meth. c. 9.

In methodo tuendæ sanitatis accidentia, sunt in methodo vero curatiua medēdi symptomata sūt vocata.

4. de sanitate tuenda c. 5.
Ibidem.

Secundum fundamentum.

Ibidem.

4. de tuenda sanit. c. 3.

Ibidem.
Vide etiam 2. aph. 5.

C Porrò lassitudines illæ spontitæ, quæ symptomata sunt morbosa, si ad sensus earum referantur, tunc sensus illi symptomata herclè harum lassitudinum introspiciuntur: Cum itaque tres lassitudinum species sint, scilicet, vlcerosa, phlegmonosa, ac tensiua, Ideo *vlcerosus quidem sensus symptoma lassitudinis* istius vlcerosæ est, sicuti sensus phlegmonosus vtique symptoma lassitudinis phlegmonosæ est, & vt sensus tensiuus symptoma certè est lassitudinis tensiuæ. Ad hæc perpende has lassitudines ceù morbosa symptomata, in methodo præseruatiua venturos præcedere morbos. Præterea speculor hæc symptomata morbosa, vt accidentia in methodo præseruatiua quidem sine præsente morbo adesse posse, non tamen sine venturo morbo, nec vt symptomata: Cum ipsa ob eorum causam tantùm esse valent. Verū quia symptoma nullum nobis actiones naturæ mouere potest: ideo tunc solum ratione causæ, & per accidens indicat, *nullum* enim, ait Galenus; *symptoma, quà symptoma est, nec curationis rationē indicat, nec primum mutat.* Proinde tunc lassitudinis causa, affectus quidem est, quà lassitudo eius, vt symptoma morbosum adesse valet; hinc ait Gal. *causa vero vnde ea lassitudo nascitur, affectus lassitudinis est.* Vlterius symptomata hæc in methodo præseruatiua, vt rei non præsentis magnitudo, magnum remedium vacuatiuum, nunquam indicare valent, sed tantum signa diagnostica

Tertium fundamentum.

Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

Quartum fundamentum.

Quintum fundamentum.
Sextum fundamentum.

11. Meth. c. 1.

4. de tuenda sanit. c. 3.

Septimum fundamentum.

D sunt venturæ magnitudinis morbi lethalis, qua præsente, tunc curationem attingere non possemus: Quocirca in his lassitudinibus, & venæ sectio, & cacochymiæ purgatio à morbi proximè venturi imminente, duntaxat, indicantur magnitudine, non autē à lassitudinis magnitudine indicantur. Insuper quo ad symptomata morbosa in methodo curatiua reposita, cõtemplor symptomata hæc procul omni dubio sine morbo præsente, seù incipiente curando nunquam adesse posse: Ac id asseueratur, quia in hac methodo curatiua *omnium*, ait Galeni, *horum symptomatum, morbi sunt causa*, si ergo omnium horum symptomatum morbi causæ se habent, sine morbo symptoma, certè esse nequit. Vnde morbi sua natura symptomata hæc morbosa necesse est, vt *præcedant, & causæ rationem respectu eorum* symptomatum *obtineant*. Verum ex natura morbi, & symptomatis inueniemus in cognitionem omnium reliquorum, quæ ad huius dubij solutionē requiruntur. Primo nanque morbus, & symptoma simul conueniunt in eo quod ambo res sunt præter naturales, tamen differunt, cum morbus tantùm noceat actioni per se immediatè, & primo primitate mutante actiones nostras, seù functiones naturæ in præter naturales; Ideo morbus per se indicat; symptoma verò nō nocet actioni per se, sed per morbū, à quo producitur, tanquā à causa; quare sicuti morbus p se actiones, seù functiones nostras lædit, & mutat, ita symptoma vt morbi effectus productus actionum nostrarum læsio, & mutatio est: Ideo nihil per se indi-

Octauum fundamentum.
In methodo curatiua symptoma tantū à morbo est.

De symp. diff. c. 4.

Nonum fundamentum.

Ibidem ex c. 5.

Decimum fundamentum.

Vndecimū fundamentum.

cat,

eat, nisi per accidens ratione morbi, ceu ratione eius causæ. Ergo symptoma vires prosternēs, & A
vrgens primo sedandū, non lædit, nec vrget per se; immo per accidens, vt vrgentia, & vt effectus
morbosæ magnitudinis per se vrgentis. Quæ omnia his Galeni autoritatibus clarè patebūt. *Mor* 2.Meth.c.9.
bum nanque ait Gal. *nominare, qui præter naturam sit, nec tamen actionem obturpet, non morbum,*
sed morbi. Symptoma ergo morbus actionem offendit, non autem symptoma; & alibi ait. *Quicum-* 2.Met.c.vlt. Lib. de ocul. is par.3.c.5.
que enim affectus functioni afficit, is est morbus, non autem syptoma, & postea ait, *morbus tantum no-* De sympt. diff. c.4.
cet actioni sine medicatore. Ergo morbus per se, & immediate actiones nostras malè afficit, &
etiam inquit. *Symptomata, quæ læsæ actionis culpa proueniunt: Morbum autem læsionis, quæ in actio-*
ne est, causam esse diximus. Et alibi exarat *facta autem ægritudo curabitur soluta ea dispositione,* Lib. de arte med.c.88.
à qua primum ea, quæ secundum naturam læduntur; ergo morbus per se immediatè, & primò actio- Idem de symp. diff.c.1.
nes nostras lædit: exinde verò conscribit. *Quippe naturali in affectibus statu mutatio* à morbo *facta* Ibidē de symp. diff.c.1.
actionemque morbus existit, duoque hac quo morbus sit omnino in genere affectus præter naturam, Ibidem.
& functionem lædat ergo etiam per se lædit morbus, vt actiones mutet. *Symptomatum verò pro-*
prium est, vt sit præter naturam: symptoma verò absolutè mutatio est; & alibi memoriæ medici- 12.Met.c.8.
nali prodit. *Vt enim in summa dicam, nullum symptoma, qua symptoma est, nec curationis ra-*
tionem indicat nec primum immutat. Monstratum enim est, ex morbis ipsis curationis indicationem
præstari, veluti, ex causis ipsis prouidentiæ. Ex accidenti tamen symptomata quoque curandi ratio- B

Ad primum argumentum responsio.

nem aliquando mutant, causæ scilicet, nempe morbi *locum eo tempore habentia.* His autem ia-
ctis fundamentis, Respondeo, falsum esse symptomatis magnitudinem per se sine morbo ades-
se posse, hinc, nec etiam sine morbi magnitudine, vrgere posse, quia symptomata semper conse-
quuntur morbos, vt eorum causas proximas, vt vmbra consequitur corpus: Quocirca melancho
lia magna sine cerebri sicca intemperie morbosa, & sine hyppochondriorum, vel cerebri, vel si-
nus venosi generis obstructionibus magnis tanquam morbo magno instrumentali, nunquam
se habere valet; Pariter in paraphrenitide, tum intemperies membranæ meningis calida, &
sicca morbosa, tum morbus instrumentalis magnus, nempe tumor vehemens reperitur. Similiter
diarrhæa tum cum obstructionibus, vt morbo instrumentali, tum cum intemperie calida, & sicca
succorum exeuntium acrimoniam gignente, adest; ratione cuius acrimoniæ expultrix irritatur
facultas ad alui fluorem producendum. Nec sanguinis è naribus, seù hæmorroidibus profusio
excerni valet, nisi venæ morbus solutæ vnitatis fuerit, & hepatis intemperies morbosa, vt mor
bus instrumentalis sit, & morbus is etiam magnus ad succum est relatus, sicuti neque cutis co-
lor mutatur, nisi in venoso genere, morbus sit instrumentalis, nempè obstructiones: Arida autem
cutis, & cutis rugosa à morbo in intemperie sicco emanat: sicuti laxitas cutis ab humida intem
perie emergit. Ea propter nullum magnum symptoma morbosum in methodo curatiua sine C
magno morbo inuenitur, cum sine eo nunquam adesse valeat, quia à morbo, vt ab eius causa

Ad primam argumenti confirmationem.

promanat. Ad primam illius argumenti confirmationem dico, symptoma actionem læsionem
esse, vt morbi effectum. Morbum autem functionem læsam esse ait Galenus impropriè tantùm. Cap.12.

Ad secundam argumenti confirmationem responsio.

Neque morbus sub symptomate cadit, nisi impropriè, vt & morbus, & symptoma simul conue-
niunt, vt ambo sint affectus præter naturam. Morbus autem mitis, & symptomata magna simul
sunt per accidens, non autem per se; quia per se symptomata magna non nisi à morbis magnis,

Ad tertiam argumenti confirmationem.

vt à suis causis proficisci possunt; Nam phlegmone dum suppurationem ingreditur, mitis esse
potest; dolores vero, & febres vehementer, dum pus conficitur, gigni possunt, ratione partis phle
gmone laborantis valdè neruosæ, hinc valdè etiam sensibilis, attamen ea symptomata respectu
phlegmonis, ita vocantur, attamen febres sunt morbi, & dolores etiam à morbo soluente conti-

Ad quartā confirmationem.

nuum nascuntur. Ad quartam verò confirmationem dico symptomati vires prosternenti, pri-
mò excurrēdum esse, nempè vigilijs, ac doloribus, stupefacientibus; nō autem sanguinis missio-
ne, neque cacochymiæ eductione, viribus prostratis, nullam admittentibus euacuationem, qua-
tenus magis vrget virium dignitas, quam morbi magnitudo, vt antea iam dictum est: per sym-
ptoma vrgens Galenus enim non modò symptoma, verùm etiam vrgentem intelligit morbum,
pro quocunque vrgente vires profligante, & vel somniferis; vel roborantibus eripiendo, quod
tamen non nisi à morbo, veluti ab eius causa exoritur. Ex quibus vtique manifestè patet, non D
symptomatis, sed morbi tantum magnitudinem per se vrgere, simulque per se etiam magnum
remedium vacuatiuum genericè indicare, ac etiam specificè, & sanguinis missionem, & succo-
rum purgationem sua natura flagitare, prout sit vel magnitudo sanguinea, vel cacochyma. Ex
hactenus autem constitutis perpende morbi magnitudinem duplicem, & propriam continere
rationem essentialem, primariam, nempè, & secundariam; primaria enim essentia est, vt magni-
tudo morbosa sit, quæ lædendo viget, ac indicat, ceù indicans principale; secundaria verò est ea
quo ad succū accepta, ratione cuius illius succi morbosi, ab ea magnitudine morbosa, magnum
indicatur remedium eductiuum.

CAPVT

A

C A P V T XVI.

Plura ab Argentereo dubia ſtatuta ſoluuntur.

Com. 1. Aphor. fol. 31.

Fol. 34.

ARgentereus autem quærens *quid indicet ſanguinis detractionem*, eandem Augenij antea reiectam habet opinionem; Ideo eam non poſui; tum etiam cum ipſe admodum confuſo quodammodo hanc rem peragiret. Ea propter nonnulla dubia ab eo Autore poſita ad verbum, à me recenſebuntur, vt ea mox facilè diluere valeam. Dum itaque ſuam ità conſtitueri conclusionem. *Perpetuum ergo non eſt remedium vehementium morborum ſanguinis miſſio, ſi purgatio ſæpè locum habet abſque ſanguinis detractione*, ſubinde primum profert dubium hunc in modum. *At ſi eos caſus perpendamus, in quibus vel admittit, vel arcet ſanguinis detractionem Galen: multos inueniemus, qui nullam habent vehementiam, quibus hoc remedium iungit, & quoſdam in eodem genere vehementiores, quibus negat conuenire ſanguinis euacuationem, quam mitioribus concedit.* Prima verò huius dubij probatio eſt. *Nam in primo libro ad Glauconem, præcipit adhibendam eſſe*

Primum Argẽterij dubium.

Prima primi argumenti probatio.

B *venæ ſectionem in Quartana, ſi ſanguis abundet craſſus: ſi verò ſanguis tenuis eſt, & flauus cenſet, ab eo auxilio abſtinendum*; exinde verò huius primæ probationis confirmationem, hoc pacto, tradit: *at verò nemo eſt, qui neſciat febres, quæ fiunt ex ſanguine tenui, atque flauo vehementiores eſſe, quàm quæ ex craſſo conſiſtunt; tardi enim ſunt, & obtuſi morbi, qui ex humore melancholico naſcuntur*; poſtmodum verò ipſius primæ probationis huius primi argumenti ſecundam profert confirmationem. *Quod ſi magnum intelligamus; vt nos oſtendimus in libro de differentijs morborum; intelligi poſſe morbum magnum, qui vires noſtras excedit, & propterea periculoſus nominatur, ea quoque ratione potius ſanguinem mittemus, vbi in quartana ſanguis tenuis eſt, quam ſi craſſus fuerit; magnum enim oportet eſſe à naturali ſtatu receſſum; quando exuperante ſanguine aquoſo, quartana febris oritur, & propterea eos, qui ita afficiuntur magis periclitari in quodam Aphoriſmo, poſtea docet Hippocrates* poſtea verò illius probationis primæ huius primi argumenti, tertiam ſtatuit confirmationem, hoc modo. *Sed enim contempta ea differentia, quæ in maiore, & in minore vehementia eſſe poteſt, in duabus quartanis a diuerſis humoribus factis, ratio vincit in nulla quartana ſanguinem eſſe demendum, ſi morbi vehementia ea eſt, quæ hoc remedium indicet; quippè cum qualibet quartana vehementia careat, ob tarditatem motus, ex humoris craſſitie & frigiditate; & multo quidem minùs in hydrope ſanguinem mittemus; quòd tamen putat ille aliquando neceſſarium.* Deinde verò eius

Huius primæ probationis confirmatio.

Primi argumenti primæ probationis ſecunda confirmatio.

Tertia cõfirmatio primæ probationis primi argumenti.

C argumenti primi ſecundam conſtruit probationem, inquiens. *Cur præterea in tertiana exquiſita potius quàm, in notha, aut in omni quartana ſanguinem non mittimus, eſt tamen exquiſita tertiana longè maior, & vehementior illis, & propterea inter morbos acutos ſæpè à Galeno numeratur.* Inſuper tertiam ponit huius primi argumenti probationem, exarans. *eſt quoque magnus affectus melancholia, in qua ſanguis melancholicus continetur in ſolo capite, aut tenuis etiam in venis. Verùm Galenus prohibet in hoc affectu ſanguinis miſſionem, niſi ſanguis melancholicus in venis contineatur.* Denique huius primi argumenti quartam conſtituit probationem, conſcribens. *Scribit præterea idem auctor in libro ſecundo de medicamentis ſecundum locos capite duodecimo, venam ſecandam eſſe, ſi humoris adeſt multitudo maximè circa venas, idque nulla facta mentione magnitudinis.* At verò ſecundum argumentum Argenterij eſt. *præterea mittit ſanguinem etiam in paruis morbis in podagra, ſcabie, alopecia, & alijs cutis affectibus, in laſſitudine, in febribus intermittentibus, quartana, tertiana, & denique in plurimis alijs morbis, in quibus nulla eſt vehementia, nullum periculum, nulla malignitas, nec partis nobilis malum præſens, vel futurum. Igitur ſi ſanguinem detrahimus in morbis paruis, nec ſemper in magnis, & vbi ſanguis certo modo afficitur, aut in certis locis continetur, conſtat magnitudinem morbi non id eſſe, quod ſanguinis miſſionem nobis oſtendit, tanquam regula, & vt id, quod indicationem præbet.* Tertium argumentum eſt. *Nec illud vero credere oportet, quod*

Primi argumenti ſecunda probatio.

Tertia primi argumenti probatio.

Quarta primi argumenti probatio.

Secũdum argumentum.

D *nonnulli volunt in omni morbo magno ſanguinem quidem eſſe detrahendum, ſed vires obſtare, in quib. nõ mittitur, non enim eò quod vires impediant, ſed quòd non adſit id, quod indicat, abſtinemus ſæpè ab hoc præſidio: nam quis credet vnquam iuuenem quartanarium, aut melancholicum, in quo ſanguis eſt tenuis, ferre non poſſe ſanguinis detractionem, quàm ſenes in vehementi febre, ætate, & morbo debilitati ſuſtinere poſſe dicuntur.* Subinde verò huius tertij argumenti confirmationem ſtatuit, dum ait. *Quis, quæſo, ſanguinẽ mittit in ſchirro hepatis, etiãſi vires validæ ſubſint? quia ergo non eſt, quod indicet ſanguinis detractionem: ideo illum non euacuamus, & nullũ eſt genus morbi, in quo vires non ſubſint validæ, ſi tempeſtiuè hoc remedium adhibeatur.* Portò quartum exarat argumẽtum, ità ſcribens. *An verò putamus indicantis nomine, coindicans intellexiſſe Galenum cùm morbum magnum hoc remedium indicare tradit: quod ſcilicet ſubſit materia neceſſariò in morbo magno, quæ venæ ſectionem deſideret adeò, vt huius generis morbus ſignum ſit talis humoris. At nec hoc quidem verum eſt; nam vt ex Galeni commentario 22. Aphor. huius libri antea annotauimus, & pariter idemmet teſtatur in quarto methodi magnus, & vehemens morbus oſtendit nunc ſubeſſe materiam, quæ purgationem poſtulat, nunc aliam, quæ ſanguinis miſſionem, vel aliud remedium deſiderat, id quod etiam oſtendunt morbi parui: nam in podagra, & cutis affectibus conuenit aliquando purgare, aliquando ſanguinem educere, aliquando vtrun-*

Tertium argumentum.

Tertij argumenti confirmatio.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

que præstare, aliquando ab vtroque abstinere, & victus ratione debita, & localibus remedijs pugnare. A Vlterius quintum argumentum ponit hoc modo. *Alij verò aiunt intelligi morbum magnum, qui eum plenitudine humorum sit, quos Galenus refellit in quarto Methodi, vbi scribit, sanguinem esse mittendum etiamsi nulla adsit plenitudo, modo adsit magnitudo morbi.* Subinde verò ex hactenus ab eo positis præmissis hanc profert conclusionem. *Ergo morbi magnitudo, nec vt indicans, nec vt contra indicans, nec vt coindicans sanguinem ostendere potest à corpore esse auferendum.*

Conclusio ex præmissis desumpta.

Sextum argumentum sanguinis abundantia sanguinis missionem indicat & cacochymię purgationē ait Argenterius.

His autem ab Argenteteo constitutis, illico quærit, quidnam huius remedij indicans sit, inquiens; *Quare videndum est, si ex eo auctore aliquid inueniri possit, quod hoc remedium re vera indicet. Superius diximus, eum in libro secundo de medicamentis secundum locos censere sanguinem esse mittendum; si sanguis abundat in venis; purgandum verò esse, si humorum nocet qualitas.* Et paulò inferius interceptis aliquibus nugis ait, *cæterum in libro quarto Methodi, vt diximus duo ponit, sanguinis missionem indicare vel plenitudinem, vel magnitudinem morbi, quod si ità sit; quomodo vnum, vt ille testatur, vni est contrarium, & propterea vnum potest solùm indicare vnum, & vnum indicari ab vno. Hæc ferè sunt, quæ inueniuntur apud Galenum sanguinis missionem indicare posse.*

Septimū argumentum, cōprobant sextum Argenterij argumentum.

Hoc autem acto, suam ipsius rei infert opinionem, tanquam septimum argumentum, vt ordine exacto, progrediamur, ità scribens. *Itaque cùm omnia, quæ sanguinem extrahunt à corpore æqualiter,* B *subitoque euacuent, sequitur sanguinis missionem indicari à plenitudine, in qua vniuersi humores abundant, & opus est subita euacuatione: cum enim remedium à contrario suo indicetur, nihil inueniemus contrarium æquali, & subitæ euacuationi præterquàm huiusmodi plenitudinem.*

Octauum argumentum.

Nonum argumentum.

Octauum autem argumentum est *Mittitur autem sanguis alia ratione, quàm ob euacuationem, per accidens scilicet ad corporis refrigerium, & transpirationem, quomodo in ardentissimis febribus etiam vbi multitudo sanguinis nulla subest, venam secamus.* Nonum autem argumentum tale est. *Doloris vehementia sanguinis detractione citò liberatur, quod si per omnes affectus, in quibus sanguinem mittimus, discurrere placet, inueniemus in hoc remedio firmum esse præceptum, quod antea ostendimus, in omni euacuatione scilicet sanguinem mitti, vel ad euacuationem plenitudinis; quæ necessariò postulet hoc, & non aliud auxilium, cuius generis diximus esse æqualem; quæ iam vel citò obesse potest, vel per accidens, cum sanguinis missione præstamus, scilicet refrigerando refrigeramus, reuelimus, deriuamus, vel vt alijs remedijs detur locus, vel vt citò perficiamus sanguinem euacuando, quòd per alia auxilia nequit, nisi paulatim fieri.*

Causa cur Argenterius receptus est, vt etiam Augenius allucinatus.

Verùm enim verò vir iste, sua pace, cum morbi vehementiam genericam, quo ad succum appellatam ignorarit, valdè etiam quidem deceptus est; quandoquidem consequenter quoque huius magnitudinis genericæ vniuocantis atque subalternantis vniuocatas vtique, & subalternatas non nouit differentias; quæ C æquè tum eam magnitudinem genericam in magnitudinem sanguineam, & cacochymam diuidunt, tum etiam easmet specificas magnitudines constituunt; quæ quidem duæ morborum magnitudines sicuti formaliter, & specificè seorsum differunt: ità quoque vna sine alia adesse, & indicare valet. Quocirca nugaceum est asserere magnitudinem morbi perpetuò non indicare posse per se, nisi pro ignoratione illius magnitudinis genericæ; quoniam morbi magnitudo ipsa generica, quo ad succum perpetuò eius succi, ceù causæ immediatæ magnam indicat sublationem, per magnum euacuans remedium. Sicuti etiam ridiculum est putare in quacunque morbi magnitudine, etiam cacochyma necessariam esse debere sanguinis missionem, si morbi magnitudo, sanguinis missionem indicet per se; nam tale remedium certè duntaxat à sanguinea morbi indicatur magnitudine, non autem à cacochyma; quemadmodum etiam cacochymiæ purgatio tantum à morbi cacochyma magnitudine insinuatur. Hinc mirum non est, si quandoque morbi magnitudo sanguinea sine alia morbi cacochyma adest magnitudine, & è diuerso ipsa morbi cacochyma magnitudo sine alia sanguinea subest magnitudine. Vnde quandoque sanguinis missio fit, nulla purgatione molienda, sicuti etiam praui succi eductio administratur, nulla sanguinis missione agenda. Interdum verò vtraque morbi magnitudo inuenitur, nimirum sanguinea, & cacochyma; ea propter etiam tunc æquè D tam sanguinis missio, quàm humoris purgatio executioni mandanda est.

Ad primum Argenterei argumētum responsio.

Ad primam primi argumenti probationem solutio.

Cum ab vno tantùm vnicum indicetur remedium, ei contrarium. Ad primum verò argumentum dico omnia negando; cum solum vbi morbi magnitudo sanguinea, vel præsens, vel incipiens, vel imminens, sanguinis eductio administretur: at verò vbi morbi magnitudo cacochyma, aut morbus paruus adest, ibi tale præsidium arcetur. Ad primam verò probationem ipsius argumenti, dico in quartana, vbi morbi magnitudo sanguinea ventura, & imminens quoties febris hęc continua fieret, quę periculo plena se haberet, vt omnis febris assidua est, & qua plurimi obeunt, vt quotidiano experimento clarè perspicitur, quę sanè magnitudo lethalis ventura à sanguine crasso, & melancholico exeunte vena secta, facilè dignoscitur.

Ad primā confirmationē primæ probationis primi argumenti solutio.

Ad primam autem huius probationis confirmationem respondeo, bifariam sanguinem atrum, crassum; & melancholicum in quartana considerari posse; vel enim vt sanguis ille acuti morbi vehementissimi, & celeris, sanguineam parere valeat magnitudinem, & ita procul omni dubio, vt febris vehementior est, potius à sanguine flauo emergere debet, quam à nigro, crasso, & frigido; vel vt magnitudinem morbi sua natura cronici, sanguineam per se lethalem, venturam, & immi-

A & imminentem gignere poſſit; Si ea febris, ob eum ſanguinem, aſſidua fieret; continuatio nanque cuiuſcunque febris, magnitudo quidem ſanguinea eſt, vt Galenus aſſerit, quæ periculo referta eſt. Hinc ipſa etiam ſanguinis miſſionem indicat, tanquam eius cauſæ immediatæ magnam inſinuet ſublationem, tum ad calorem putredinalem tranſpirandum, tum ad putridum, fumidum, & fuliginoſum ſubtrahendum excrementum, tum etiam ad obſtructiones adimendas, Galenus verò intelligit hoc ſecundo modo, non autem primo, eò quòd in febre quartana ſanguis bilioſus peccare nequit. Ad ſecundam verò confirmationem dico, eos patientes in febre quartana à ſanguine aquoſo, ſeù ſeroſo orta perituros, non quidem perire ob ſanguineam morbi magnitudinem, ſed propter cacochymam; quia ſanguinis ſerum, ſeu aquoſitas cacochymia, nempè prauus ſuccus eſt, non quidem ex natura ſanguinis eſt, vt conſpicitur experimento quotidiano, in ſanguine patienribus detracto. Ergo tunc ea ſeroſitas, ſeu aquoſitas ſanguinis maſſæ humoralis, non ſanguinis miſſione educitur, verùm tantùm aluina purgatione hydragogicis ſolutiuis acta. Ad tertiam autem probationem eadem reſponſione ad primam confirmationem aſſignatam ſatisfaciam. Cum quartanæ vehementia non niſi in continuitate illius febris lethalis conſiſtat. B Ad illa autem verba, vbi ait, *& multo quidem minus in hydrope ſanguinem mittimus, quod tamen putat ille aliquando neceſſarium eſſe*; dico ſi Argentereus exactè Galeni ſententiam, ex Hippocrates decreto exhauſtam, perpendiſſet has nugas re vera non dixiſſet; eò quòd, vbi ſanguinis craſſi ità copioſa plenitudo ſubeſt, vt facilè calor naturalis ſuffocetur, ex quo exinde pituita ex eo ſanguine à calore naturali deſtituto, tam copioſa promanare poteſt, vt hydropen gignere poſſit: tunc ſanè priùs quàm ſanguinis calor naturalis extinguatur, venam brachij dextri internam confeſtim ſecare deuincimur, ad prohibendam eam magnitudinem cacochymam venturam, ac etiam ſimul ad auferendam ſanguineam morbi ipſius magnitudinem, incipientem, vt loco proprio, nempe libro tertio capite decimo tertio ipſius operis dicam. Ad ſecundam primi argumenti probationem reſpondeo, in tertiana exquiſita, ſicuti etiam in eryſipelate legitimo tantùm morbi vehementiam eſſe cacochymam, ſola bilis purgatione eripiendam, licet ibi morbus acutus ſit, in quartana verò, vbi ſanguis craſſus, ater, & melancholicus abundat, ibi eſt magnitudo ſanguinea, cui annectitur magnitudo cacochyma, ab humore melancholico prodita, vnde ibi tum ſanguinis miſſio, tum purgatio conuenit. Ad tertiam verò probationem dico, ſimiliter in melancholia eſſentiali à capite eſſentialiter læſo, exorta, in venoſo autem genere C ſanguine optimo, ſimulque florido exiſtente, ibi quidem ſolam morbi cacochymam adeſſe magnitudinem patet, ſola melancholiæ purgatione adimendam, Ad quartam probationem reſpondeo, quòd quoties venam ſecandam eſſe ſtatuit Galenus ſine magnitudinis ſanguineæ expreſſione, per ſe tale remedium indicantis, vbique Galenus ab ea magnitudine hoc auxilium indicare ſuppoſuit; vt etiam quarto Methodi medendi capite ſexto, & ſexto Epid. com. ſecundo Cont. 30. Ad ſecundum verò argumentum dico, totum falſum eſſe; podagra etenim quatenus vrget, morbi magnitudo æquè tum ſanguinea, tum cacochyma eſt, pro ut noſtras motrices valdè offendit actiones, & functiones; ac etiam in eo vt doloribus podagricis admodum calamitoſis adeò infeliciter miſeri ægri vitam degunt; vt etiam valdè vrgeat: vrgentia nanque non modo lethalis introſpicitur, verum etiam vbi hominis vehementer lædit functiones, tum principes, tum motrices, ſenſitrices, & cætera. Quocirca podagra, vt integrè propria vrgens magnitudo vtraque adimenda, perpetuò etiam vtrunque indicat auxilium. In laſſitudine verò vlceroſa, phlegmonoſa, ac tenſiua magnitudo vtique morbi ſanguinea, imminens ſubeſt. Pariter in febribus intermittentibus, quartana, ac tertiana, & in alijs his ſimilibus, in quibus tametſi nulla præſens vehementia le- D thalis nullumque periculum præſens, atque nulla malignitas præſens adſit; attamen ibi ſemper magnitudo ſanguinea ventura, vel incipiens, vel imminens eſſe poteſt integrè propria, per ſe lethaliter vrgens. Præterea febres omnes interpolatæ, etiam vt actu valdè noſtras offendant actiones vrgent, & magnæ ſunt, non autem paruæ, immo parui morbi parum noſtras lædunt actiones; Vnde hę, vt magnę integrę proprię magnam ſuę cauſę ſubtractionem indicant. At verò ſcabies alopetia, pruritus, & alij morbi cutanei eodem modo ſunt magni, & vrgentes, quo etiam modo vlcera, cacoethea crurum, aut brachij magna, & vrgentia ſunt: Verum hæc magna, & vrgentia ſunt propriè, non tamen integrè, nec exactè, propriè, verum quatenus participant de vrgentia, in eo vt vrgent, tędioſa vrgentia, quę valdè infeliciter homines vitam traducere ſinunt. Vnde Galenus ex Hippocrates decreto ſtatuit vlcus tale cacoethe rebelle, & contumax morbi magnitudinem eſſe, vt libro ſecundo capite decimo ſexto, & decimo ſeptimo videbis. Ad tertium verò argumentum reſpondeo, id argumentum de magnitudine morbi cacochyma, purgationem indicante tantum concludere, non autem de magnitudine morbi ſanguinea, verùm ſi hoc argumentum concluderet, procul omni dubio contra Maſſarię opinionem inſinuaret. Ad huius verò tertij argumenti confirmationem dicas, eodem modo eam duntaxat de magnitudine cacochyma veritatem continere;

2. ad Glauc. cap. 23.

Ad ſecundam cõfirmationem primæ probationis primi argumenti.

Ad tertiã confirmationẽ primæ probationis primi argumenti.

4. de vict. rat. in morbis acut. t. 112.

Ad ſecundã primi argumenti probationem.

Ad tertiam primi argumenti probationem.

Ad quartã probationem primi argumenti.

Ad ſecundum argumentum.

Ad tertium argumentum.

Ad tertij argumenti confirmationem.

C 2 quia

quia scirrhus legitimus magnus est morbi magnitudo cacochyma, nullatenus verò sanguinea. A

Ad quartum argumentum responsio.

Ad quartum verò argumentum dico, id contra Bottoni opinionem concludere. Ad reliquum verò argumentum respondeo, vt Argenterius ad distinctionem magnitudinis morbi sanguineæ, ab alia magnitudine cacochyma factam confugere debebat; nam si hoc fecisset quàm plurima errata non perpetrasset, cum morbi magnitudo sanguinea materiam sanguinis missionis subesse ostendat, sicuti morbi magnitudo cacochyma etiam materiam purgationis agendæ adesse demonstrat; nam magnitudo morbi sanguinea materiam sanguinis missionis moliendæ inesse denotat, prout sanguis copia peccans coindicat simul cum magnitudine primariò, & per se indicante, non autem indicat per se, cùm solùm plenitudo maior, & minor sanguinis magnitudinis sanguineæ iuncta, sanguinis missionem per accidens coindicet maiorem, & minorem sanguinis quantitatem esse detrahendam sub ratione magnitudinis sanguineæ primario indicantis. Pariter sic cacochymia, magnitudini cacochymæ annexa coindicat per accidens, non autem per se.

Ad quintum Argenterij argumentum responsio.

Ad quintum verò argumentum dico, primam argumenti partem omnino Argenterij opinionem, in septimo argumento positam, ruere. Vnde nego conclusionem, vbi ait. *Ergo morbi magnitudo, nec vt indicans, nec vt contraindicans, nec vt coindicans sanguinem ostendere potest à corpore esse auferendum.*

Ad sextum argumentum.

Ad sextum argumentum dico Galenum dixisse *sanguinis missionem indicare, vel magnitudinem morbi* nihilo secius ibi solùm vnum est, præcipuum, propriè, & proximè per se B indicans, vt est morbi magnitudo sanguinea. Et ideo ab vna tantùm magnitudine, vnum tantùm sibi contrarium indicatur remedium. A plenitudine verò sanguinis tantùm per accidens sanguinis eductio coindicatur. Ideo Galenus eo loco vtrunque assumit, nempè tum principale indicans per se, tum etiam coindicans per accidens; vt est sanguinis plenitudo præsens; quæ coindicat respectu magnitudinis sanguineæ superuenturæ.

Ad septimum argumentum.

Ad septimum autem argumentum dico, quòd vbi ait Galenus sanguinem esse mittendum, etiam si nulla adsit plenitudo, dummodo morbi magnitudo fuerit, quod etiam alibi confirmat. *4. de vict. rat. in mor. acut. t. 19.* Vnde consequentiam nego; primò quia non valet dicere quæ sanguinem extrahunt à corpore æqualiter, subitoque à suo contrario indicari, cum perpetuò magna succi superuacui subtractio agenda ab vrgente proprio per se indicetur; cum itaque plenitudo non vrgeat, nec etiam consequenter indicet. Vnde solum magnitudo morbi sanguinea cruoris vtique detractionem propriè indicat, cum ea tantum propriè vrgeat. Præterea morbi magnitudo sanguinea, vt propriè vrgens indicat magnum sanguinem, euacuans remedium, quatenus sanguinis plenitudo iam in naturam illius magnitudinis sanguineæ omnino transmigrauit, non tamen generalissimè magnum euacuans sanguinem indicat remedium, cum id solum generi magnitudinis sanguineæ competat. C Proinde generalissimè magnitudo sanguinea, vt propriè vrgens primariò sanguinis exuperantis, ceu eius causæ immediatæ, sibi iunctæ, & sanitati contrariæ, subtractionem indicat; quæ quidem indicatio subtractionis primariò communis est magnitudinis sanguineæ, nedum quò ad copiam, verum etiam quo ad qualitatem, impuritatem, & motum. Secundariò autem magnum euacuans sanguinem, remedium postulat, quatenus sanguinis euacuatio modus est, & causa, sine qua sanguinis peccantis subtractio fieri nequit. Quocirca æqualis, & subita euacuatio, tanquam subtractio, contraria est magnitudini morbi, per se indicanti, prout ea sibi iunctam, & sanitati contrariam sanguinis plenitudinem habet, tanquam eius causam immediatam subtrahendam, ob quam indicat; Nec tamen obijcere poteris. Ergo si magnitudo propter plenitudinem vrget, & plenitudo magis vrget; Nam id non sequitur, quia non omnis plenitudo per accidens vrget; verùm tantum illa plenitudo vrget, quæ vel actu annexa est magnitudini sanguineæ, vel potestate imminenti ad ipsam magnitudinem iungenda est plenitudo.

Ad octauum argumentum.

Ad octauum autem argumentum dico, aliud esse corpus refrigerari sanguinis missione molienda, cum tunc per accidens refrigeretur corpus, vt ait Galenus decimo Meth. cap. 10. & aliud esse afferere indicans, calefaciens sanguineum magnam sanguinis calidissimi D exuberantis refrigeratiuam, & citam sublationem indicare, per causam sine qua non, aut per modum magnæ sanguinis euacuationis æqualis, & subitò faciendæ. Fateor enim & ego sanguinis missionem euacuatiuam per se esse. Refrigeratiuam verò, depuratiuam, & reuulsiuam per accidens, idest ratione euacuationis sanguinis, & tamen indicationis magnitudinis sanguineæ, per se indicantis est indicare sibi contrarium, vt magnitudo sanguinea copiosa, magnam, & copiosam euacuationis subtractionem agendam indicat, calefactiua verò magnitudo refrigeratiuam, & magnam sanguinis calefacientis subtractionem indicat. Verùm quia non potest sanguis is subtrahi nisi per euacuationem copiæ, ideo euacuatio copiæ sanguinis, ibi non est primaria intentio; sed est quodam consequens, & causa sine qua non, prima intentio executioni mandari nequit, & quod dico de magnitudine, quò ad qualitatem, ità de magnitudine sanguinea impura, & de fluente, seu fluxura morbi magnitudine intelligas.

Ad nonum argumentum.

Ad nonum autem argumentum respondeo, ex iam dudum allatis octaui argumenti responsionibus, solutionem ità manifestam esse, vt ipsa solutio nullam denuò explanationem desideret. Ad illam verò particulam, in qua Argenterius habet, *vel aut alijs remedijs*

detur

A *detur locus, vel vt citò perficiamus sanguinem euacuando:* dico quoties magnitudini morbi sanguineæ quoque alia cacochyma magnitudo inherescit, tunc certè sanguineæ magnitudini per se indicanti, priùs satisfacere deuincimur, tanquam maiori vrgenti. Postea verò aliæ cacochymæ incumbere magnitudini tenemur. At verò quoniam interdum impedimenti ratione, nimirum cruditatum respectu cacochymiæ euacuatio executioni mandari nequit, quin priùs cacochymia cruda detersorijs præparantibus, præparetur, ac etiam fluxilis reddatur, ideo tunc *secanda vena est, etiam si plenitudinis signa non adsunt; præstat enim vitiosi succi maiore parte emissa ad detergendas obstructiones accedere: cùm alioquin metus sit, si obstructionibus liberandis priusquam venæ sectione euacuaueris, studeas, ne ipsas magis impinguas.* Ideoque tunc sanguinis missio indicatur à magnis obstructionibus, à copia exortis, liberandis; ex quibus omnibus patet nunquam à morbis paruis sanguinis missionem indicari; verum tantùm à magnis.

C A P V T X V I I.

Methodus qua morbi magnitudo allata quò ad succum propriè vrgens primò adimenda, cognoscitur, & quid nam vrgens propriè sit; dilucidatur.

B

INdicantis autem per se, propriè, & proximè, &c. magnam succi superuacanei petentis eductionem doctrina vndiq; & prorsus dilucidata; Idcirco necessariò nũc via, qua indicans id agnosci possit, iure meritò exploranda venit. Norma verò huius rei assequendæ procul omni dubio eadem erit, qua indicans id valdè, seù lethaliter nostras offendendo actiones, etiam simul propriè vrget. Quoniam vrgens non nisi est, quod morborum ægro vitæ non leue discrimen impendet, vel quod ægri vires saltem profligat, seu resoluit, vnde ea sunt; *quæ magis vrgent, quæ maius periculũ afferunt:* cum autem isthæc, vt morborum magnitudines, vel admodum hominis actiones, functionesue lædentes, vel lethaliter afficientes, non adesse valeant, quin etiam eorum plura, & varia, & vehementia quoque symptomata inuehant. Et simul etiam nisi propria morbi idea, & species, & mos, & motus in incremento adeo augescat, vt non modo propriæ substantiæ vitium suo proprio, & originali temperamento iunctę magna appareat læsio, verùm etiam magnus recessus à statu *naturali distans* euidenter, & conspicuè pateat. Ideo ex his omnibus quęcunque

7. Methodi cap. 12.

3. Aphor. 19.

Quot modorũ generibus morbi magnitudo dignoscatur declaratur.

C morbi magnitudo ellucescit. Præterea ex vehementer lęso notificatur loco; nam non simul ex causa magna morbi magnitudinis immediata, apprehenditur. Symptomata magna namq; morbi essentię magnitudinem propriè consequentia perpetuò adesse debent, vt illius magnitudinis symptomata propria gręcè patoguomonica appellata; ex quibus in syndromęn, seu concursum simul conspirantibus, & morbi magnitudo, & morbus, & morbi causa, & sedes lęsa, & horum omnium dispositio facilè agnoscitur, vt his verbis Gal. fassus est: *in quibus omnibus exercitari oportet eum, qui facilè voluerit inuenire, discernereque, & causam, & affectum, & sedem affectam. Etenim fieri non potest, vt omnia per syndromas, idest concursus doceantur, quamuis eorum, qui ab experientia, &c. qui verò accuratè, & præcedentia, & præsentia cognouerit accidentia.* Idest symptomata, *atque sic ad curandorum morborum experientiam via, & ratione peruenerit, inueniet, & locum affectum, & simul ipsam dispositionem.* Proinde ait Gal. *magnitudinem verò quam, & vehementiam vocant, & morem, & modum appellant,* quę prępualet, ac viget in morbis tum acutis, tum cronicis, *tum ex propria morbi specie, tum ex superuenientibus ei symptomatibus spectanda censeo.* Alio verò in loco scriptum reliquit *cum igitur morbi idea, & magnitodo, & motus, & mos fuerint distincti; & idea quidem ex proprijs accidentibus cognita, magnitudo verò ex eorumdem quantitate.* Idea enim Platonis more propria species inuenitur. Deinde verò primò quomodo morbi magnitudo ex propria morbi specie vehementi nobis nota fiat, nos docet, deinde quomodo ex accidentibus magnis, & plurimis, magnitudo ea ellucescat dilucidat, qui in ita exararit. *Ex propria quidem morbi specie, ea symptomata propria, quæ propriam ipsius complent naturam, contemplando:* subinde verò exemplo symptomatum, quę in syndromen conspirant pleuritidis propriam, id explanat: *veluti exempli causa, in pleuritide ad lateris dolorem pungentem, & febrem acutam, & tussim, & spirandi difficultatem.* Quoties igitur isthęc grauia fuerint symptomata ibi necessariò non nisi vehemens morbus pleuriticus erit. Ibi tamen Gal. cum febre acuta etiam pulsum durum semper, interdum verò etiam serinum supposuit, & celerem, & inęqualem. Subinde dilucidat magnitudinem morbi exactè dignosci posse, *ex superuenientibus symptomatibus si multa, si diuturna & valida, & maligna etiam extiterint* symptomata superuenientia, quę tam morbi vniuersale incrementum, quam morbi magnitudinem pręsentem esse denotant, his quatuor generibus introspiciuntur, nimirum *multa* numero, *diuturna* perduratione, parum, adęquatis adhibitis, cedentia pręsidijs, *valida* sua efficatia, & *maligna* tum lethalia, tum mali modi, seu moris, contradistinctaque à symptomatibus simplicibus. Quę omnia ità illicò dilucidat. *Sit enim vt accessio consuetam*

1. de loc. affectis c. 6.

2. de crisibus c. 3.

3. de crisib. c. 4.

D

Ibidem nempè 2. de crisib. c. 3.

Ibidem.

De pulsis ad Tyr. c. 2. & 2. de crisib. c. 10.

Ibidem.

A *anticipet horam,longior etiam fiat,atque vehementior,malignior que,& cum multis,prauiſque ſymptomatibus perturbet ſit etiam, vt declinationis tempus breue fiat, nec exquiſitè toleratu facilè; neque omnino à ſymptomatibus acceſſionis liberum, neminem futurum arbitror, qui de huiuſmodi ægrotantibus quærat,num quid morbos in eis ad magnitudinem creſcat* exemplo enim acceſſionis febris, nos docet modum, quo, his ſymptomatibus, morbus creſcendo fiat magnus,à nobis dignoſcendus, vt magnus eſt: Nam ſi aſſueta febris acceſſio *cum multis,prauiſque ſymptomatibus* superuenientibus *perturbat* ægrum,clarè conſpicitur, vt *morbus in eis* ſymptomatibus *ad magnitudinem creſcat*, adeo,vt morbi magnitudo emergat. Diuturna præterea dum fit acceſſio *longior, etiam anticipet horam* conſuetam: *Atque vehementior* efficatia,*malignior que* acceſſio euadet,tunc etiam eā morbi magnitudinem grauiorem iam factam eſſe patet. Hæc autem morbi magnitudo lethalis nunquam in declinatione vniuerſali habetur,ſed ſolū dum morbus incrementum ſuſcipit. Ideo cum cauſa morbum augens, incrementi cauſa ſit, hinc in pleriſque cauſa augens morbum, ac ſimul gignens magnitudinem morbi,cauſa eſt: aut ſit multitudo humoris putreſcentis, qui cauſa principalis generans eſt quantitate peccans; in qualitate autem cauſa eſt augens,vel ingens calor ſanguinis,omnium calidiſſimi,inflammabiliſſimique augeat,& non gignat morbū: vel gignat cauſam morbum generantem,dum ſanguis torreſit in acuta febre, ac in bilem flauam,cum tranſmigrauerit,augetur cauſa morbi. Vlterius calor igneus hepatis hanc bilem etiam gignendo copioſam,idem facit. Plura verò ſymptomata,ait Galenus,cum præter ſymptomata propria ab eo poſita pleuritidis,etiam alia eſſe poſſint,vt ait Hippocrates nempe dolor ad *humerum, & ingulum, & ad alam* vergens: & vrina cruenta dum *dolor per ſpinam ad pectus peruadit, ad inguinaque dolor eſt,& vrinam cruentam reddit.* Dolor præterea ad inferiora vergēs. Intenſior enim,ac maior morbus longe erit,ſi dolor ſupra diaphragma fuerit, ac tunc exquiſita, pleuritis erit, cui venæ ſectio confert. Et ſicuti in pleuritide per ſymptomata hæc magnitudo patet,ita in cæteris morbis eodem modo magnitudo cognoſcitur. Cæterum vlterius,vt in pleuritide magna patet,etiam morbi magnitudo omnium morborum à loco vehementer affecto nobis nota fit. At verò locus læſus quinque ſignorum generibus deprehenditur Galeni decreto. Nam Galenus habet *didiciſtis affectas ſedes quinque modis poſſe deprehendi nempè ab excrementis* exeuntibus mutatis, *atq; ijs* accidentibus *affectis partibus adnaſcuntur,item actionum læſione,quibus cōnumerantur, & color præter naturam,& figuræ.* Ego verò primò à partis figuratione,ſeu formatione ordiar,an rotunda figura parti ſit,vt eſt lien, hepar, vterus,& ventriculus,an non vt meſentereon,& pancreon,omentū, muſculi abdominis, &c. an ſpongiformis pars ſit ſua natura mollis,rara, vacua,& parua, vt pulmo,mammę,lien meſentereon,& hepar ſe habent,quę dum excrementis replentur,ex vacuis plenę,ex mollibus durę,ex raris denſę,& ex paruis amplę euadunt; an potius ſua natura pars ſit denſa,dura,& plena,vt renes,nerui,tendones,ligamenta,&c. Poſtea à ſitu proprio harum partium, locus læſus noteſcit. Nam in parte dextra hepar,in ſiniſtra lien,in media regione meſentereon, in ſuperiori parte pulmo,ventriculus,& aliæ particulæ,in inferiori verò veſica,& vterus tactus ſenſui apparent. Deinde ab actione læſa,vel ſaltem,ab vſu partis deprauato,abolito, ſeu imminuto ſedis obnoxia inuenitur. Poſtmodum ab excrementis exeuntibus mutatis. Denique ex accidentibus quę ex ea parte affecta conſecuntur, inter quę color mutatus,& qualitas mutata connumeratur,locus offenſus dignoſcitur. Quoties ideo loci læſi magna appareat offenſio,tunc neceſſariò morbi magnitudo propriè accepta procul omni dubio quoque ſemper erit. Succus etiam vel copia,vel qualitate,ſeù depuritate, vel motu peccans,ceù cauſa,& ſignum,vnà cum ijs prænarratis ſignis,connotans morbi magnitudinem oſtendit. Signa uerò diagnoſtica,quibus his modis tum ſanguinem,tum cacochymiam preſentem ſe habere nobis notitiam tradant, locis proprijs dilucidabo. An uerò magnitudo propria perfectè urgens,uel urgeat quatenus mortifera,tamē etiam ut curabilis eſt,uel in eo ut noſtras ualdè lędat actiones,ex iiſdem allatis fundamentis facillimè comprehendi poterit.

Magnitudo morbi,quæ tempore vniuerſali morbi contingit.

Sanguis quot modis morbi magnitudinem ſanguineam gignat morbū augendo, non autem gignendo morbum,minimo tantum morbi magnitudinem gignendo.

B

2. de morb. 468. & 469.

Idem 3. de vict. rat. in morb. acut t. 20. & 4. de vict. rat. in morb. ac t. 73. vel ad mammam.

2. de mor. 468.

1. de morb. 447. ex Foes.

1. de morb. 448. & de morb. ac vict. rat. 369. ex Foeſio.

Gal. 5. de locis affect. c. 3.

3. de loc. affect. c. 3. & 2. ad Glaucon. 2.

C

Idem Hippoc. li. de priſca medicina ex Marnello §. 6. t. 39. & 40. & Foes. pag. 16.

D

Finis Libri Primi.

DE MORBI
SANGVINEA MAGNITVDINE EXACTE,
Propriè vrgente, suaque natura sanguinis missionem expostulante.

LIBER SECVNDVS.

In quo

De eadem magnitudine sanguinea tum vt sanguinea, tum vt morbosa, in suis generibus, ac speciebus, nec nòn differentijs distincta adamussim peragitur.

CAPVT PRIMVM.

De morbi sanguinea magnitudine, tum vt sanguinea, tum vt morbosa, in hoc opere; De alia verò cacochyma in alio opere agere proponitur.

A QVoniam hucusq; de morbi magnitudine exactè propria uerba fecerim, æquè tum de generica quò ad succum accepta, tum de sanguinea, tum de cacochyma specificè quatenus magnitudo indicans est modis iam statutis. Imposterum itaque summa cum ratione, quodlibet huius magnitudinis genus, & simul quæcunque species, ac differentię explorandæ, ac statuendę uenient. Quam sanè ob rem in hoc opere sanguineę magnitudinis undique doctrinam tradam; in alio uero opere sequenti alię cacochymię dilucidationem aggrediar. Verum cum unaquęque morbi magnitudo sanguinea utique duas contineat relationes, nimirum & ad sanguinem uitiosum, ceu ad immediatam eius causam, & ad morbum, cuius est uehementia: & quia ipsa in eo ut ad sanguinem spectat notior quidem nobis, & facilior, & uniuersalior introspicitur, quam alia ad morbum comparata sit: Ideoque prius magnitudini, ut sanguineę incumbam, posterius ei ut morbosę studebo. Doctrinę nanque ordo seruandus hunc in modum semper habetur à faciliori, & à nobis notiori semper exordium desumẽdo.

B

CAPVT II.

Magnitudinis morbi sanguineæ, vt sanguineæ quatuor genera esse demonstratur.

CÆterum magnitudinis morbi sanguineę, ceu sanguineę, quę causa est uenę sectionis agendę, quatuor quidem genera, me quidem iudice, introspiciuntur. Quandoquidem tot sunt huius uehementię genera seorsum distincta, quot sunt etiam causę modi sanguinis peccantis mitten-

mittendi,quibus ea plura conſtituuntur genera. Verum quatuor modi cauſæ genere ſeiuncti inue A
niuntur,quibus ea multa ſtatuuntur genera,ſanguinis peccantis educendi ablationē indicantia, ergo quatuor magnitudinis morbi ſanguineæ, quæ cauſa eſt venæ ſectionis moliendæ genera ſunt viciſſim ſeiuncta. Maior enim ita probatur: Morbi magnitudo ſanguinea indicat per contrarium ædequatè quatenus à ſanguine peccante proficiſcitur, dum ſanguis in naturam huius magnitudinis tranſmigrat eſſentialem. Ideoque quot modis ſanguis ipſe peccans magnitudini ipſi inhæreſcit,tot etiam ſanguis ipſe cauſa facultatis indicatricis ipſius magnitudinis repetitur. Minor etiam probatur ex Galeni decretis; Cum ipſæ quatuor modos cauſarum ſanguinis peccantis inuenerit; quandoquidem nobis poſteris prodidit ijs verbis, *memineris verò mihi ad ea,* 9.Meth.c.1 1.
quæ dicenda ſunt,etiam quorum cauſa venæ ſectionis petitur; nam quoniā hæc ſanguinis vacuandi cauſa adhibetur; ſanguis autem inutilis natura eſt vtique probè hanc adminiſtrari conueniet, ſic, vt quod inutile natura ſit,emittat. Fit autem ſanguis naturæ inutilis,bifariam, vel cùm propriam qualitatem ad vnguem non ſeruat, nec amplius nutrire, ſicuti prius, cum vtilis eſſet, poteſt: Vel ita multitudine creuit,vt aut vires premat, aut tum venas,tum arterias,vel diſtendat, vel ſcindat, vel obſtruat,hac in his quidem miſſio ſanguinis vtilis eſt,ceù euacuantium præſidium vna in alijs,ceu quòd humorum vehementiorem impetum ad diuerſam partem reuocet, vel per propinqua deriuet,ideſt ad latera. Per hæc verba,etenim patet Galenum tres modos ſanguinis peccantis genere ſeorſum diſtinctos conſti- B
tuiſſe,nempè quò ad qualitatem,quantitatem, & motum. Hinc etiam per oppoſitum tres genere inter ſe ſeiunctos venæ ſectionis ſtatuit modos,nimirum vnum euacuatiuum,alterum qualitatis moderatiuum,& poſtremum reuulſiuum,ſeù deriuatiuum. At verò Galenum vlterius inuenio alium ſanguinis peccantis modum alibi conſtituiſſe, vt potè *ſanguis impurus excremento-* 4.de tuenda ſanit.c.4.
ſuſque eſt, cuius etiam ſanguinis impuri,& excrementoſi in liene exiſtentis alio in loco ita meminit, *quemadmodum enim ſanguis purus excrementoſo eſt calidior, ità, & partes dextræ,quæ ex ipſo nutriuntur ſiniſtris fiunt calidiores*. Per ſanguinem enim impurum,& excrementoſum intelligit, vt excrementoſum contra diſtinctum à ſanguine puro alimentali. Quem ſanguinem impurum,& excrementoſum *omnes Medici in venæ ſectione dicere aſſolent,interdum ſeroſum,interdum pituitoſum, interdum melancholicum, aut bilioſum*, ſicuti de ſanguine puro, & alimentali dicunt *nonnunquam verò, & naturalem ſanguinem effluxiſſe dicentes*,ſicuti etiam ſanguis ipſe excrementoſus, & impurus inflammationem alicuius particulæ noſtri corporis efficere poteſt; impurus enim eſt tum colore,tum ſua ſpecie peccans,de quo Galenus cum verba fecerit,dum inflammationem pleuræ efficit *tuſſiendo excreatur*,per excreatum dignoſcitur *qualis ſit,qui inflammationem facit humor*,nēpè ſanguis impurus, & excrementoſus alibi à Galeno declaratus, *declarans an videlicet bilioſus, aut melancholicus,aut pituitoſus,aut cruentus*;per cruentum ſanguinem purum quidem,& alimentalem,ſimulque naturalem intelligit;*etenim ſi bilis abundat,pallidum, aut flauum* excreatum appa-
ret: ſi atra bilis nigrum ſi pituita, ſpumoſum,& candicans: ſi ſanguis rubrum ſputum reijcit. Ergo præter eos tres modos ſanguinis peccantis,& venæ ſectionis adeſt etiam modus iſte, vt potè ſanguis exrementoſus,& impurus;qui educitur à venæ ſectione deputatiua. Verùm aliquem video,ingenio præditum huic inſtituto obijcientem, aſſerendo quod ſanguis ille excrementoſus, & impurus compræhenditur ſub eo genere ſanguinis,qualitate peccantis. Vnde aliud genus venæ ſectionis non eſt conſtituendum à venæ ſectione ſanguinis qualitatem peccante,moderante; quia ſub hac venæ ſectione cadit; Nam primo reſpondeo,vt per impuritatem ſanguinis,& per excrementoſum ſanguinem non intelligo qualitatem, ſed ſpeciem ſanguinis contradiſtinctam à naturali ſanguine, eò quòd ſicuti Galenus de humoribus excrementoſis educendis ait *deijcere alium oportet, ratione habita de abundantis ſucci copia pariter, & ſpecie* ſicuti inquam hunc humorem excrementoſum debemus reſpicere, *vel flauam bilem, vel atram, vel pituitam, vel aquoſam ſuperfluitatē*, educendam: ita etiam hunc ſanguinem excrementoſum,& impurum, vel *ſeroſum, vel pituitoſum, interdum melancholicum, aut bilioſum*, iure merito perpendere debemus. Preterea etiam reſpōdeo, vt facilioris doctrinæ gratia, vt infra videbis, hoc quartum genus venæ ſectionis conſtituendum ſumma cum ratione eſt ſub quo genere etiam *fumoſa, putrida, fuliginoſaq; ſuccorum excrementa, quæ tranſpirant*, venæ ſectione in febre putrida molita, vt impura educenda reponam. Conſtat ergo, vt ſicuti quatuor genera ſanguinis peccantis educendi,& pariter ſicuti quatuor ſunt genera venæ ſectionis,ſimulq; ſanguinis miſſionis,peccantis,proportione adæquata: ita etiam quatuor ſint magnitudinis morbi ſanguineæ, ſanguinis miſſionem indicantis, quatuor genera ſunt adæ- D
quatè his quatuor generibus proportionatur; nempè quò ad copiam,ad qualitatem,ad impuritatem,& ad motum determinatum; Nam licèt Galenus exordium deſumpſerit à qualitate ſanguinis peccantis;nihilominus,quia venæ ſectio euacuatiua eſt per ſe,& principalis: alia verò venæ ſectio qualitatis vitioſæ moderatiua,& alia ſanguinis impuri, & excrementoſi depuratiua, & altera ſanguinis fluentis,ſeù fluxuri deriuatiua,ſeù reuulſiua; tales ſunt venæ ſectiones,quatenus euacuatiuæ ſunt. Ergo ratione cauſæ immediatæ magnitudinis morbi ſanguineæ tanquam reſpectu indicati educendi à magnitudine morbi ſanguinea quo ad copiam explorati ipſius magnitudinis morbi ſanguineæ quo ad copiam acceptæ dilucidationem capite ſequenti ingrediar. Mox verò de ea magnitudine quo ad qualitatem, agam. Subinde verò ad aliam quo ad im-

purita-

Margin notes: 14. de vſ.part. cap.7. — 6.Epid.com.2. t.38. — 5.de loc.aff.c.2. — Obiectio. — Solutio. Prima reſpōſio. — 4. de tuenda ſa. cap.4. — 2.Aph.37. — Secunda reſponſio. — 6. Epid. com.2. t.38. — 8. Metho. med. cap.4.

A putritatem tranſitum faciam: ac denique alterius magnitudinis ſanguineę, quo ad motum doctrinam tradere enitar.

CAPVT III.

Magnitudinis morbi ſanguineæ genus quo ad copiam, dilucidatur.

SAnguinem autem plenitudine peccantem, morbi ſanguinem gignentem magnitudinem, bifariam quidem Galenum poſuiſſe patet, his verbis. *Vel ita multitudine, vt aut vires premat, aut tum venas, tum arterias, vel diſtendat, vel ſcindat, ſeu rumpat, vel obſtruat, hoc in his quidem miſſio ſanguinis vtilis eſt*, ſi morbi magnitudo ſanguinea à ſanguine eo modo peccante emerſerit, vel præſens, ſeu incipiens, aut imminens, *vbi enim æquabiliter inter ſe ſucci ſunt adaucti, id & plethos, & plethoram Græci vocant, nos plenitudinem, & ſuccorum redundantiam dixerimus*, quę ſanguinis naturalis, & alimentalis plenitudo facilè vt ait Galenus acutorum morborum certè magnitudinem parere valet. Verùm cùm ea ſanguinis reddundantia ità adaucta, multis, multiſque modis peccando eos producere valeat morbos magnos: proinde eos plenitudinis cōnumerare modos teneor; Quot enim modi erunt, tot etiam modis ſanguinea morbi oboriri poterit magnitudo; ac etiam tot modis adęquatè in contrarium magnitudo hęc ſanguinis eductionem per ſe, propriè, & proximè indicabit. Iſti autem modi peccandi huius plenitudinis ad duo genera viciſſim diſtincta rediguntur, cum plenitudo ipſa, vel quò ad vires ab ea oppreſſas, vel quo ad vaſa introſpiciatur. Nam *aut vires premat, aut tum venas, tum arterias vel diſtendat, vel rumpat, vel obſtruat*. Ea verò, quę ad vires preſſas refertur, etiam ex facultate preſſa, ſeu onerata vocatur; & ea quò ad vaſa ex vaſorum capacitate à Galeno appellatur, dum ait. *Aſclepiades interrogetur, vtrum dicàt eam nè quæ ex facultate, an eam quæ ex vaſorum capacitate æſtimatur*: Magnitudo igitur morbi ſanguinea quo ad copiam vel à viribus oppreſſis, ſeu à facultate oppreſſa, ſiue onerata habetur; Aut à vaſis diſtenſis, aut ruptis, aut obſtructis actu, vel poteſtate propinqua inſpicitur. Pręterea vtraq; ea plenitudo vtique vel *in toto corpore*, vel *in ſola eius parte* determinata *conſtat*. Vniuerſalis nāq; *quæ ex facultate eſt* onerata, ſeu preſſa, calorē onerando ſeu opprimendo naturalē cenſetur, vt cū *facultates ferè omnes, quibus gubernatur animal, ſuſtulerit*. Particularis verò, vt dum alicuius partis

C facultas peculiaris oppreſſa oneratauè erit. Pariter *quæ ex vaſorum capacitate duplex quidem illa ēt eſt: Aut enim ad menſuram refertur, quæ ſecundum naturam ſit, aut hoc vno, nudoque intelligitur, nempè quod nō intra vaſa capiatur*, & cum non in vaſis capiatur, aut diſtendat, aut rūpat, aut obſtruat, *poteſt horum vtrunque, aut in toto conſiſtere corpore, aut in vna* parte determinata, *pluribuſue eius partibus* determinatè exiſtere. Ac etiam omnibus his modis quot ſunt plenitudines, tot etiam omnino proportione adęquatæ morbi ſanguineę oriuntur magnitudines. Cęterum differt plenitudo quo ad vires ſeù quò ad facultatem vniuerſalis, ab alia quo ad vaſa plenitudine ſimiliter vniuerſali, in eo quòd iſta ſummè copioſa quò ad uaſorum capacitatem eſt, ſanguineam morbi progignens magnitudinem per ſe, propriè, & proximè ſanguinis miſſionem inſinuantem vſque ad animi deliquium; illa verò non valdè copioſa babetur, ideo ſine extenſione, ſineque ruptione, atq; ſine maximis obſtructionibus, & ſine quo vaſa omnino plena ſint, ſanguineam morbi procreat magnitudinem, quæ vſque ad animi defectum ſanguinem mittendum non perſuadet. Hæc autem magnitudo vires, & facultatem oppreſſam, & oneraram reddit; Quocirca etiam magnitudine quo ad vaſa extenſa, larga venæ ſectione ſublata, adhuc manet magnitudo quo ad vires oneratas: vt in laſſitudine phlegmonoſa eſt videre, quæ eſt morbi magnitudo imminens, actu tamen vaſa omnia extenduntur: in qua vena ſecta etiam ampliſſimè adhuc alia magnitudo replestionalis quo ad vires manet, in pleriſque febri acutæ annexa. Præterea magnitudo hæc quo ad

D vires poteſt eſſe, vbi ſanguis in vniuerſo vaſorum genere moderatè copioſus eſt iterir ſpiritibus decoratus, at poſtea ſpiritibus diſſolutis, vel ingentiſſimo æſtiuo tempore exiſtente, multis per ambitum corporis ſudoribus efflorеſcentibus; vel nimio Veneris peracto complexu, gigui valet. Vlterius ipſa plenitudo, quo ad vires (vt reor) etiam aliquo modo qualitate peccans reperitur, etſi non ſemper, cum facultates ab ea magnitudine morbi, quo ad vires lædentur, non vt à ſummè copioſa, verum etiam quoquo modo vt qualitate vitioſa ſit, vnde partim onerando, partimque proprium temperamentum in intemperamentum mutando, facultates offendit: vt in laſſitudine tùm vlceroſa, tum tenſiua vſu venit, quæ ſunt morbi magnitudines imminentes; & in febribus aſſiduis acutis, quibus venæ ſectio confert, non tamen facta vſque ad liporhymiam cuius meminero lib. 3. huius operis cap. 20. Magnitudo autem quo ad vaſa vniuerſalis diſtendens vtique inuenitur, tum poteſtate in laſſitudine phlegmonoſa, tum actu in ſynocha febre, tum in febre etiam ardente, & in alijs ijs ſimilibus, quorum doctrinam diluam lib. 3. cap. 14. Magnitudo verò ſanguinea repletionalis aliquam rumpens venam in magnis ſanguinis profluuijs per anaſto-

9. Methodi c. 1

13. Meth c. 6. & lib. contra Iulianum c. 6.

B

Magnitudo ſanguinea copioſa & extenſiua & obſtructiua. & ſcindens eſſe valet quo ad vaſa.

Alia vero quo ad vires eſt.

Lib. contra Iulianum c. 6.

Ibidem.

Magnitudo hęc vtraque vel vniuerſalis, aut particularis.

Ibidem.

Differentia harum magnitudinum.

anaſtomaſim euenientibus, quidem clarè perſpicitur. Magnitudo autem morbi quo ad copiam magnas in vniuerſo genere venoſo producens obſtructiones; hinc etiam naturalem ſuffocans, ſeu extinguens calorem adeſt; ex quo potiùs magnitudo refrigeratiua reperitur imminens, venæ ſectionem calfactiuam indicans, vt lib.3.cap.13. dilucidabo. Differentiæ autem magnitudinis morbi ſanguineæ repletionalis particularis quo ad vires acceptæ ab alia quo ad vaſorum capacitatem relata, patent,ex hactenus conſtitutis,nam illa eſt opprimens, ſeu onerans vires,& facultatem partis affectæ, per ſe indicans venæ ſectionem exoneratiuam. Iſta verò magnitudo venularum,ſeù arteriarum extremarum partis læſæ,& inflammatæ diſtenſiua, & interdum apertitiua, quandoque verò obſtructiua, in oppoſitum venæ ſectionem indicat diſtenſionem, & ruptionem imminentem tollentem, aut deobſtruentem; quarum venæ ſectionum, integram tradam doctrinam lib.3.cap.15. At verò,nè decipiamur,animaduertere debes,vt Gal.aſſerat,quandam plenitudinem inueniri quo ad venarum capacitatem, diſtenſiuam,quæ tamen non eſt ſanguinis puri, immo ſanguinis tantum flatuoſi conſpicitur, cui venæ ſectio nullatenus competit. Magnitudo ſanguinea verò quo ad copiam, quælibet, vel vehementer magna, vel non, aut modico inter vtrunque modo conſpicitur. A

Lib. de plenitu dine c.10.

C A P V T IIII. B

Plenitudinum omnium dudum ſtatutarum ſigna diagnoſtica traduntur.

PLenitudinis autem quo ad vaſa vniuerſalis, morbi ſanguineam ſibique proportionatè adæquatam parientis magnitudinem ſigna diagnoſtica vtiq; duplicia habentur. Alia namque præcedunt hanc plenitudinem, vt cauſæ eius procatarticæ: Alia verò præſentia hanc oſtendunt plenitudinem. Quandoquidem ſi larga cibi, & potus Euchymi, hoc eſt probi ſucci, facilis digeſtionis, ac minimi excrementi ratio præceſſerit, vitaque in otio degat, mentis tranquillitate, validoque calore innato probè concoquente exiſtente, tunc certè neceſſario ea plenitudo exoritur. Præſens autem plenitudo ipſa dignoſcitur quidem quoties totius corporis venæ fuerint latæ,plenæ,prominentes, rubeo colore tinctæ, difficilè digitorum compreſſioni cedentes. Nam alia non vera plenitudo flatuoſi ſanguinis eſt; & ibi venæ ſunt latæ etiam,& prominent,cum autem ſanguine plenæ minimè ſint, immo tantum flatu, ideo digitorum compreſſione facilè cedunt. Vlterius hæc plenitudo quo ad vaſa etiam à rubeo magis iuſto rubidiori cognoſcitur colore,totius habitus corporis; Ac etiam interdum ad phlegmonoſam habitus is vergit laſſitudinem tumoroſam. Inſuper ex temperamento corporis totius calido,& humido,& ex habitu nihil obeſo,omnino carnoſo,magniſque decorato muſculis, agnoſcitur. Denique verò ex carne alimento plena, hinc etiam denſa, ſimulque dura plenitudo hæc notificatur. Quæ omnia ſigna alibi cum de coindicantibus magnam ſanguinis copiam educendam,agam; Galeni autoritatibus illuſtrabo lib.3. huius operis cap.2. Alia verò plenitudo vniuerſalis, quo ad vires oppreſſas, facilè agnoſcitur,cum ibi omnes ferè facultates imminutæ obtorpeſcant, vel in laſſitudine vlceroſa, vel tenſiua ſit, vbi morbi magnitudo ſanguinea imminens,ſeu incipiens eſt; vel in morbo aliquo etiam præſente ſit magno, ſanguineæ iuncto vehementiæ; Porrò etiam dignoſcitur ipſa prout quadantenus de ijs allatis participet ſignis,plenitudinis quo ad vaſa. Quocirca ſæpè dum adempta eſt ipſa quo ad vaſa plenitudo, ampla venæ ſectione, vt laſſitudo phlegmonoſa hoc modo ablata,adhuc manet alia quo ad vires plenitudo,cum ſæpè poſt laſſitudinis phlegmonoſæ ſublationem, febris non exigua maneat, ab ea plenitudine quo ad vires,promanans. Ad hæc ipſa agnoſcitur dum moderata ſanguinis copia adfuerit, ſpirituum antea deperditione iam facta, vel nimio Veneris vſu, vel calore æſtuante ingentiſſimo,aut aliquo alio modo; cum ſanguis, etſi non copioſus valdè ſit, attamen tunc ſpirituum defectu adeo vires premit, vt virium facultates opprimat, ſimulque labefactet. Si verò plenitudo ſanguinis quo ad vires ſimplex non fuerit, immo qualitati malæ intemperatæ iuncta ſit,tunc ipſa ex ſignis malas ſanguinis denotantibus qualitates,comprehendi poteſt; de quibus ſignis capite 6.huius libri verba ſcriptis mandabo. Hæ autem plenitudines determinatæ particulares, tum quo ad vaſa,tum quo ad vires, differenter dignoſci valent,per doctrinas huc vſque,harum plenitudinum vniuerſalium traditas. Nam ſi ea ſigna vniuerſi corporis ad partem plenitudine læſam coarctaueris, vtranque peculiarem inuenies plenitudinem, ſanguineam morbi ſibi proportionatam progignens magnitudinem. Tunc enim ea plenitudo morbi inflammationem propriè appellatam ſemper producet magnam, ceù ſanguineam producet magnitudinem. Quæ tam plenitudo, quàm magnitudo ſi cutanea fuerit, æque tum ſenſu viſus, tum tactus depræhenditur; ſicuti dum alicuius partis internę, vel plurium partium internarum tum plenitudo, tum magnitudo adfuerit, ex his quinque ſignorum generibus ellucеſcere valet: nempè ex natura, ſeù figuratione, vel formatione

C (margin, beside "alia non vera plenitudo")

D (margin, beside "blationem, febris non exigua")

partis,

A partis, morbi sanguinea affectæ magnitudine, & simul læsæ plenitudine: & à situ tactu percepto,
illius partis obturpatæ: & à facultate, seù functione ipsius membri offensi valdè obnoxia; & ab
excrementis exeuntibus valdè mutatis, & ex his, quæ valdè præternaturaliter, ex ea parte admo
dum inflammatione à plenitudine affecta, mutata emergunt. Vt exempli causa ponatur, ex ea
peculiari plenitudine exortam, socrarem hepatis inflammati sanguineam morbi pati magnitu-
nem, tunc sanè magnitudo hæc primò ex natura, seù figuratione, siuè formatione substantiæ ieci
noris propriæ dignoscitur. Quandoquidem hepar spongiformis naturæ, & formationis, figura-
tione rotunda annexæ se haber; paruæ, vacuæ, mollis, & raræ etiam naturę perspicitur. At verò
in hepate pręter naturaliter ea plenitudine superueniente, eanque morbi magnitudinem parien
te, ibi quidem seruata ea figuratione rotunda, ex substantia inani, rara, molli, & parua, fit plena,
densa, dura, simulque ampla. Insuper à situ manibus tacto regionis iecinoris proprię, in dextra
hypochondrij parte existentis, & percipitur magnitudo morbi hepatis in tumorem elati. Ter-
tio ex sanguificatrice hepatis læsa dignoscitur facultate, cum tunc sanguificatio celebrari ne-
queat. Vlterius ex vrina exeunte mutata, ex citrino colore in rubeum, ac inflammarum colorem
conuersa. Demum ex cibi inappetentia, & nausea dignoscitur: cum hepate ita obnoxio existen-
te ceu nutrimenti officina, ægri ali nequeant, nec etiam tunc ventriculus cibum recipere, nec sto-
B machus eum appetere valet. Ibi etiam febris adest ex genere febrium synocharum. Eanque sanè
ob causam eadem Methodo quæcunque morbi sanguinea magnitudo peculiaris dignosci po-
test. An verò à particulari plenitudine quo ad vasa, an potius quo ad vires ea magnitudo pro-
manet patebit ex hoc, vt in ea quo ad vasa, venę, & arterię distensę sint, vel rumpantur, aut ob-
struantur; Sicuti in ea quo ad vires relata, vires oppressę, & oneratę introspiciuntur, & hinc fa-
cultas necessariò lęditur. Cum autem ea magnitudo vel vehementer magna, vel non, aut medio
modo se habeat, facilè eadem Methodo agnosci poterit.

C A P V T V.

Morbi sanguinea magnitudo generica cum suis differentijs quo ad qualitatem dilucidatur.

C SEcundum autem huius sanguinę magnitudinis genus quo ad qualitatem esse
9.Meth.c.12. *dixim*us; *sicuti* sanguis ipsius magnitudinis causa est immediata *cum propriā*
qualitatem adunguem non seruat, nec amplius nutrire, sicuti prius, cum vtilis esset,
potest. Qualitas autem sanguinis omnino naturalis, ac alimentalis, in duabus
vtique constat conditionibus, vt libro de Medicinę certitudine iam ostendi:
cum temperamentum sanguinis, nè dum ex primis consurgat qualitatibus, ve
rum etiam ex mixtione substantiatum elementorum, qua sanguis mitè, suauiterque dulcis no-
strum alere valet corpus. Quocirca sanguis tandiu alere potest, quam diù temperamentum ca-
lidum, & humidum habet, simulque mitè, ac suauirer dulcis adest. Si itaque plus ęquo calidior,
humidiorque sanguis venarum euadet, hinc etiam dulcior, vt sanguis est arteriarum, tunc pro-
bè humanum alere nequit corpus; immo febris symocha, & magna gignitur. Ac tunc morbi san
guinea aderit magnitudo, vel pręsens, aut incipiens, seu imminens calefactiua, & humectiua,
per se venę sectionem refrigeratiuam, & siccatiuam indicans. Si pariter calidus, & siccus intem-
peramento fiat, sanguis tunc certè vt igneus, etiam substantia acer, & mordax, & asper eua-
dit: ex quo, & lassitudinem vlcerosam, & febris ardentis, ac tertianę assiduę, magnitudinem san
D guineam procreat; tunc enim morbi sanguinea magnitudo vtique calefactiua, & siccatiua emer
1. ad Glauconē git, vel pręsens, vt est omnis febris tertiana assidua, quia assiduitas est sanguinea magnitudo, cui
5.13. venę sectio confert; vel sit incipiens, seu imminens vt est febris tertiana actu interpolata, pote-
state uerò proxima imminens ventura continua. Cui similiter venę sectio, aut sanguinis mis-
sio conuenit: Vlterius omnis inflammatio, tum vniuersalis, tum particularis, in qua sanguinis
etiam tum putrefactio, tum deustio, tum colliquatio fit, talis magnitudo in qualitate intempe-
rata, in caliditate, & siccitate reperitur. cui uenę sectio necessaria introspicitur, & usque ad ani-
mi deliquium administranda, ut lib.3.cap.14.& cap.15. uidebis. Quoties uerò frigidi, ac hu-
midi intemperamenti uitiosam acquirat essentiam, etiam consequenter lene, & crassa, & gluti-
nosa substantia erit; ac tunc sanguis is, & obstructiones magnas, & lassitudinem tensiuam gene-
rabit, & hyposarcidium, & paraplexiam, aphoniam magnam, & alias sanguineas morbi magni
tudines refrigeratiuas, & humectiuas seù pręsentes, seù incipientes, uel imminentes faciet: quę
per se uenę sectionem in contrarium calfactiuam, simul exiccatiuam insinuabunt, ut lib.3.cap.
13.uidebis. Duplex uerò sanguinea est magnitudo refrigeratiua, & humectiua, nempè uel uni
uersalis, & suffocato calore naturali à sanguinis copia, & crassitie ipsa exoritur, de qua lib.3.cap.
13.dicam; uel particularis à sanguine pituitoso obstruente prodita, cuius memineto lib.3.c.21.
& cap.22. Pariter quoties sanguis intemperamentum frigidum simulque siccum terrenum, me-
lancho-

laneholicum,ſeu attrabilarem,acrem,aſperum,ac mordacem acquiſierit, tunc ſanè ſanguis ille, & vigilias,& melancholiam magnam, & lepras, & ſcabiem, & pruritum, & alias ſanguineas ijs ſimiles producet magnitudines refrigeratiuas,& ſiccatiuas,vel præſentes,aut incipientes,ſeù imminentes,per ſe venæſectionem calfactiuam,& humectiuam flagitantes. Cuius venæ ſectionis, etſi non peculiariter meminero,tamen illam calfactiuam, & humectiuam eſſe ſupponere debebis,vbique,vbi de venæ ſectione ſanguinis atri,ſeu melancholici, emiſſione agam. A

C A P V T VI.

Magnitudinis ſanguineæ allatæ quo ad qualitatem ſigna diagnoſtica traduntur.

MAgnitudinis autem ſanguinæ calfactiuæ,& humectiuæ ſignum oſtenſiuum ſanè laſſitudo phlegmonoſa habetur, & ſynocha febris, tum putrida, tum non putrida imminens,ſeu incipiens,non autem iam facta,cum tunc dum præſens facta eſſet,non quidem humectiua reperiretur,immo in contrarium exſiccatiua. B Vt autem ibi magna intemperies ſanguinis calida, & humida exiſtat, ex hoc deprehendas,nempe,vt venarum ſanguis,ſpirituum ſanguinis tum cordis,tum arteriarum copia,ac dulciſſima ſuauitate,& ingenti caliditate,dulcior,humidior,ſimulque calidior iuſto euadat; à ſpiritu enim ſanguis humidus, & liquidus,& dulcior, vnà & calidior fit,vt lib.de certitudine Medicinæ iam oſtendi. Quocirca ſanguis quo ſpiritibus plurimis magis decoratus erit,eò etiam liquidior,humidior,tenuior,dulcior,atque calidior longè erit, & quo minus his ſpiritibus ſanguis particeps inueniatur,eo minus etiam liquidus, & humidus, ac dulcis, & calidus reperietur. Eanque ſanè ob cauſam tunc ſanguis ille ita magis æquo humidior, & calidior per totum vniuerſum corpus ſeſe extendendo laſſitudinem phlegmonoſam parit; & cum etiam dulcior ſit,ideo facilius putreſcit,quia etiam valdè pinguis,& oleoſus ſe habet. Magnitudo autem ſanguinea intemperamentum calidum,& ſiccum aſperitati quidem, & mordacitati annexum continens. Ex tenore ſenſibili modicè calido,& humido,& ſuaui,& leni,ceu ex tenore ſanitatis ſenſibilis deperdito,& inſenſum acrem vlcerosæ laſſitudinis tranſmigrato,nobis noteſcit, & ex vlceribus exortis, ex febribus omnibus, verum potiſſimum, ex ardentibus,ac ex tertianis aſſiduis;ex inflammationibus prætere ex putredine,& deuſtione,& colliquatione ſanguinis ea dignoſcitur magnitudo.Sed ex *calore in vaſis,& viſceribus aucto,& ab inflammato ſtatu cæli præter modum calido* talis magnitudo agnoſcitur;vt magnitudo febrium ardentium. At verò magnitudinis ſanguineæ intemperamentum frigidum, & humidum,craſſitiei,lenitati, & viſcoſitati iunctum obtinens duplex eſt,vel vniuerſalis,& incipiens,non autem adhuc facta,quia tunc venæ ſectio non conuenit,cum tunc ægri certè pereant,& nullo medicamento ægrotantes ſaluari poſſunt: ac talis magnitudo ijſdem ſignis antea ſtatutis magnitudinis ſanguineæ repletionalis quo ad vaſorum capacitatẽ relatæ, hæc magnitudo vniuerſalis incipiens refrigeratiua,& humectiua deprehendi valet,cum ea tantum à ſanguinis copia calorem innatum ſuffocante proficiſcatur,vt libro 3.cap.13.uidebis: Vel autem particularis alicuius membri;ut uel hepatis,uel uentriculi, uel meſenterei, aut cerebri, aut uteri; ac tunc ea magnitudo à pituitoſo ſanguine emanet. Quæ ex his quinque ſignorum generibus à Galeno traditis facilè dignoſci poterit,ut pote à natura partis læſæ,à regione eius,à facultate eius affecta,ab excrementis exeuntibus mutatis, & ab accidentibus,quæ ex læſa ea parte neceſſariò emergunt. Quò autem ad magnitudinem ſanguineam intemperata qualitate frigida, & ſicca exiſtentem,ex ſanguine terreo, melancholico, ſeu atrabilari,dignoſcitur,& etiam ab affectionibus ab his ſanguinibus productis, elluceſcit. D

8 Methodi c.4. C

Gal. 1. Epid. com.2. cont.19.

3.de loc.aff.c.3.

C A P V T VII.

Sanguineæ magnitudinis impuræ genericæ, eiuſque differentiarum doctrina ſtatuitur.

Magnitudo morbi ſanguinea impura.

TErtium autem magnitudinis ſanguineæ,ut ſanguineæ genus quo ad ſanguinis impuritatem,eſſe,iam demonſtraui. Galeni decreto,ita exarantis *ſanguis impurus, excrementoſuſque eſt*, impurus enim genericè,excremẽtoſus uerò ſpecificè. Nam quemadmodum ſanguis impurus communis æquè tum ſanguini excrementoſo, tum putrido habetur, ita etiam ſanguinea magnitudo à ſanguine impuro emanans,impura appellatur,& ea magnitudo etiam ſpecifica proportione eius cauſæ reſpondens,ſi à ſanguine excrementoſo proficiſcatur,excrementoſa erit,ac ita alia à ſanguine putrido emergens, putrida iure meritò uocari debet: Vnde hæc generica magnitudo ſanguinis miſſio-

4.de tuen.ſanit. c.4.

Quæ vel excrementoſa vel putrida eſt.

A missionem depuratiuam indicabit, altera verò specifica sanguinis excrementosi eductionem depuratiuam postulat, sicuti alia magnitudo sanguinis putridi detractionem insinuat. Verum tametsi Galenus dixerit *sanguis purus excrementoso est calidior*, quia in parte sinistra impurus, & excrementosus residet, vt sanguis melancholicus, seu atrabilaris: in parte verò dextra sanguis purus inest; & calidior apparet. Attamen id naturaliter à Galeno intelligitur, cum præter naturaliter etiam in parte dextra sanguis impurus, & excrementosus introspiciatur, tum biliosus, tum atrabilaris, tum pituitosus, tum serosus; cum sanguinem impurum, & excrementosum *interdum serosum interdum melancholicum, interdum biliosum, interdum pituitosum* videamus, in sanguine venæ sectione detracto. Verum de pituitoso sanguine id aduertere debes, vt sanguis in secunda, vel tertia eruditatũ regione pituitosus excrementosus est; in prima verò regione sanguis malus propriè à Galeno nuncupatur, vbi ait *incisa vena bonum sanguinem emittit: malum verò qui in primis maximè venis circa iecur, & quod mesentereum vocant colligitur*. Ratio autem est, quia malus is sanguis ibi colligitur, cum in mesentereo primam alterationem chylus in sanguinem conuertẽdus acquirat, non ab hepate omnino sanguine concoctio, proinde malus sanguis, cum ab hepate coctus non sit: qui per venas hemorroidum emittitur, si magnitudo morbi sanguinea ibi gignatur, vt est mesenterei ædema phlegmonosum. Alius vero pituitosus sanguis excrementosus vel in

B toto genere venoso, vel in aliqua parte tertiæ regionis residet: si in vniuerso corporis sinu venarum immineat magnitudinem incipientem pituitosam sanguineam adesse, tunc venæ sectio in brachio dextro agenda est, vt lib. 3. c. 13. dicam. Quoties verò in venulis extremis alicuius partis determinatæ ipse sanguis impurus, excrementosus, pituitosus extiterit, & ibidem magnitudo, ab eo sanguine, morbi sanguinea promanet; tunc sanè per epicrasim vena secanda vt lib. 3. c. 21. & c. 22. Perpende autem quod vbi sanguis impurus serosus adest, ibi non potest esse magnitudo sanguinea, immo cacochyma purgationem indicans. Vlterius speculor, vt vbi sanguis impurus pituitosus inueniatur, ibi non vehemẽter magnitudo sanguinea reperiatur, immo modicè magna paucam sanguinis quantitatem educendam esse indicans: Verum ad obstructiones tollendas *etiam si plenitudinis signa non adsint* vt totò detersoria adhibere valeamus auxilia, primo vena secanda est, vt Galenus 8. Meth. c. 4. decreuit. Magnitudo vero morbi sanguinea putrida, sanguinis putridi, seu fuliginosi, aut fumosi missionem depuratiuam flagitãs, vtiq; à sanguine putrefacto, seu fuliginoso, aut fumido oboritur, vt ex Galeni his autoritatibus est colligere. Ait enim Galenus 8. Meth. *fumosa, fuliginosaq. succorum excrementa, quæ* venæ sectione *transpirat succis ipsis imminutis, pauciora restabunt*, ibi enim à morbi magnitudine sanguinea impura putrida, sanguinis

C excrementosi fumosi. & fuliginosi, eductio molienda indicatur; quo sanguine imminuto, pauciora excrementa ita fumosa, ac fuliginosa manebunt. Immo in hac magnitudine morbi quidem *committendum non est, vt in ijs maneat venis, vt potè ex dimidio corruptum, sed potius plurimum eius expellatur. Idcircò detractionem sanguinis etiam secundo die iteramus, aliquando verò, & tertio, &c.* vt lib. 3. c. 20. & c. 15. & sparsim alijs in locis, in toto eo libro 3. in medium afferam.

4. de vsu part. c. 7. — 6. Epid. com. 2. c. 38. — 4. de tuenda sanit. cap. 5. & 12. Meth. c. 3. — 8. Methodi c. 4. — 4. de tuen. sanit. c. 10.

Ac excrementosa vel biliosa, vel melancholica, aut pituitosa.

Sanguis excrementosus naturaliter in parte sinistra.

Accidentaliter vero in quacunque parte.

Sanguis pituitosus in secunda ac tertia cruditatum regione excrementosus est: in prima vero regione malus.

C A P V T VIII.

Magnitudinis morbi sanguineæ generis explanati impuri, simulq; eius differentiarum notæ diagnosticæ explorantur.

D MAgnitudo autem sanguinea generica impura, non difficilè, ex sanguinis impuri affectibus non leuibus ellucescit. Impura verò sanguinea magnitudo, an excrementosa, an putrida sit, etiam ex affectionibus excrementosis, & putridis seorsum distinctis facilè nobis patebit. Quandoquidem ex totius corporis colore flauo excrementum biliosum, ex colore verò nigro excrementum melancholicum, seu atrabilare, adesse significatur; ex colore verò viride icteritiam adesse, ex his vtrisque excrementis compositam ostenditur. Insuper ex liene tumefacto, & ex fæcibus nigricantibus exeuntibus melancholicum, seu atrabilare excrementum dignoscitur, sicuti vbi iecur in tumorem elatum erit, & excrementis flauo colore tinctis præsentibus, ibi facilè excrementum biliosum flauum comprehenditur. Ac vbi magnitudo sanguinea impura ex aliquo horum excrementorum originem habet, ibi etiam certè ea impura sanguinea magnitudo, vel melancholica, vel atrabilaris, aut biliosa flaua erit. Alia verò magnitudo impura putrida, ex signis manifestis putredinis febrilis patefit.

A

C A P V T IX.

Dubium eneruatur.

Dubium. CÆterum quiſpiam dubitare poſſet, quoniam id genus magnitudinis morbi ſanguineæ impuræ nunquam ex ſe ſola inuenitur, immo cum alia magnitudine in qualitate accepta calfactiua, aut refrigeratiua, ſiccatiua, vel humectiua, ergo ipſa magnitudo imputa non eſt ex ſe ſola conſtituenda, ſed ſub alio genere magnitudinis ſanguineæ quo ad qualitatem aſſumptæ. Cui reſpōdeo duob. modis

Solutio. nos poſſe conſiderare magnitudinem ſanguineā morbi impuram nimirū, vel vt ſecundario referatur, & ſic non modo ſub genere magnitudinis morbi ſanguineæ quo ad qualitatem, ſed ēt ſub alio genere quo ad plenitudinem reducitur ſub quo oēs morbi magnitudines vt ſanguineæ rediguntur; Nam ſanguis primò copia peccans. Poſtea qualitate calidiſſima, ac inflammabiliſſima ſanguineā febris tum ſynochæ, tum ardentis proceat magnitudinem: Ac in febre ardenti ſanguis biliofus primò vt bilioſus calidus, & ſiccus conſideratur, ſecundò vero vt excrementoſus, & vt putridus educendus; Quocirca primo ibi perpenditur venæ ſectio vacuatiua, B
& vitiū exoneratiua, ac deobſtrectiua, ſecūdo verò, vt refrigeratiua, & humectiua tā calorem vacuando febrilem, & putredinalem, ſimulq; putredinis malitiam depellendo: quā fuligines, ac fumos retentos tranſpirare faciendo; Tandē pugnā, ac diſcordiam adimendo, quæ inter calorē naturalem, ac præternaturalem aderat, vt potiſſimū eius remediū. Tertio vero ea venæ ſectione depuratio magnitudinis impuræ accipitur, dum ea ſanguinis impuri, vel excrementoſi, aut putridi prædominium habebit: vel ſanguis dominans bilioſus, vel melancholicus ſit. Hoc.n. modo ipſa magnitudo morbi impura primario deſumitur, vt in maſſa ſanguinea coinquinata, vel adſic magnitudo impura vel excremētoſa, vel putrida eripienda in prima intentione indicantis, & ſic ea magnitudo ſeparata eſt in prima intentione, quia tunc magnitudo quo ad qualitatē ſecundario capitur. Quocirca ea depuratiua venæ ſectio prima eſt in corporis impuri, & coinquinati purificatione, ſeu depuratione. Cæterum modo occaſio notandi adeſt, vt venæ ſectio illhæc oīa ægro emolumenta inferat, quæ nullo alio auxilio conſequi poſſunt, immo venæ ſectio itā excellens, ac præſtans remedium eſt, vt cruda infixa, craſſa, viſcida ac lenta excremēta, in aliqua particula, nēpè in venis extremis alicuius particulæ, collecta, impacta, & calcata, quæ nullatenus medicamento vehementi ſolutiuo cedunt, facillimè venæ ſectioni cedunt, vt ſuo loco proprio oſtendam. C

9.Meth.c.3.& 4.Meth.c.5.

9.Meth.c.5.

11.Meth.c.14.

C A P V T X.

Magnitudinis morbi ſanguineæ genericæ fluentis, ſeu fluxuræ, per ſe ſanguinis eductionem deriuatiuam, ſeù reuulſiuam, indicantis, doctrina patefit.

QVarta verò generica ſanguinea eſt magnitudo, quæ ſua natura ſanguinis euacuationē flagitat reuulſiuam, ſeu deriuatiuam tanquam ea, quæ vtiq; *humorum vehementiorem impetum ad diuerſam partem reuocet, vel per propinqua deriuet*: Quę ſingula verba dilucidanda ſunt: Ait enim *humorum* non autem ſanguinis *vehementiorem impetum* cum magnitudo morbi ſaguinea fluxura, vel ſinēs ſine ſanguine copia peccāte adeſſe valeat; Vnde etſi *humorum vehementiorem impetum* videamus, cum humores quo ad multitudinem præualeant, nihilo ſecius quo ad motum vehementem, ſanguis ſua natura ob ſpirituū commiſſionem actu calidiſſimus, ſimulq; poteſtate fluxiliſſimos, prædominium obtinet, ceu vehiculum ſaltem ſit *humorum vehementiorem impetum* efficiens. Quod Galenus his verbis dilucidare voluit, *etiam cum mediocritatem ſuccorum continet, totū corpus, ſi morbi magnitudo ſuadeat, ſanè euacuamus. Siquidem dolor, & calor membri* attrahentis, *in quo phlegmone ſedet, etiam ſi purū ab excrementis totum corpus ſit, fluxionis cauſa fiunt*; & alibi id confirmando inquit. *Nos aūt, & ea non exiſtente* nempè non exiſtente *plethorica appellata ſyndrome, venam ſecamus, cum dolor vehemens hominē ſtatim prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulſum ſit, vel alius quiſpiā articulus contractus redditusq; ſit*. Idem in caſu ab alto, & in plaga competere ait Galenus. Cui ſententiæ aſcribere voluit Cornelius Celſus itā exarans. *Si ex ſuperiori parte aliquis deciderat, ſi contuſus ſit, ſi ex aliquo ſubito caſu ſanguinē vomat, quamuis paulò ante ſumptū cibum, tamen protinus ei vena ſectione demenda materia eſt, nè ſi ſubſederit, corpus affligat*. Ratio aūt eſt, vt appertiſſimè nobis dilucidat Galenus; quia omnibus noſtri corporis partibus ſanguis in genere venoſo vniuerſi corporis exiſtens cōmunicatur. Quocirca facilè à partibus læſis, aut calore, aut dolore attrahētibus attrahitur, & hinc vt calidiſſimus, & fluxiliſſimus facillimè ad partem læſam attrahētē alios ducit humores. Vnde eas partes offenſas etiam inflammatas reddit, vt in eryſipelate phlegmonoſo, & in ſcirrho phlegmonoſo, necnon in œdemate phlegmonoſo contingit; Nam etſi alij humores principaliter, ibi ad

læſas

9.Meth.c.11.

D

13.Meth.c.5.

4.de vict. rat. in morb. acut. t. 19.

4.Meth.c.6.
Lib.2.c.10.

9.Meth.c.11.

13.Meth.c.5.

Paulus lib. 4. c. 21. & celſus lib. 5. c. 16.

A læſas fluant partes, attamen ſanguis in ipſis tumoribus ſubdominans, vt vehiculum ducens eos humores, ſe habet; in quibus omnibus venæ ſectio conuenit. Si verò ex humore birioſo ſinceto fiat eryſipela, & ex pituita fluente gignatur œdema, & etiam ex humore melancholico meraco, ſcirrhus fiat, tunc ipſi tumores quidem legitimi ſunt à cacochymia tantum ſola exorti. Quibus tantum purgatio competit, non autem ſanguinis miſſio, ut Galenus aſſerit. Verum ad ſecundam partem textus Galeni declarandam accedamus, ubi ait, *ad diuerſam partem reuocet.* Galenus hic à ſitu, ſeù poſitu partis læſę ad quam fluit ſanguis cum humoribus, per contrarium motum reuulſiuam ſanguinis detractionem inuenit, inquiens. *At ex poſitu indicationeque ipſa negligenda non eſt, nam per quæ euacuare oportcat, atque commodo ipſa præcipuè demonſtrat; fluentium igitur adhuc humorum Antipaſis, ideſt, retractio.* Ipſa autem reuulſio quatuor continet conditiones, quarum prima eſt, ut ſit per contrarium peragenda: Alia eſt, ut *à membris quæ illi è directò* ſunt *quod ab ipſo Hippocrate Cat'ixim dicitur, hoc ipſum eſt ſecundum rectitudinem* fieri debeat. Poſtrema uerò eſt, ut per longitudinem executioni mandari debeat. Quam ſanè ob rem duę reuulſionis inueniuntur ſpecies, nimirum ſurſum, ac deorſum. Tertiam autem textus Galeni particulam dilucidamus, ubi ſcribit *vel per propinqua deriuet.* Sicuti enim reuulſio fluxurę magnitudinis morbi ſanguineę fit, ità deriuatio ęquè tum fluẽtis magnitudinis morbi ſanguineę, tum etiam fluxę euacuatio eſt ideo à parte propinqua. *Parocheteuſis, adeſt deriuatio medela eſt*, quia euacuatio procul omni dubio à parte propinqua exercetur. Deriuationis itaque quatuor ſunt conditiones eò quòd prima eſt, quòd à propinqua parte, adminiſtratur. Secunda, quòd per contrarium. Tertia uerò quòd ad latera, ſeu obliqua efficere debeatur, igitur deriuatio per contrarium ad latera, non autem per longitudinem fieri debet: Quemadmodum enim reuulſio per longitudinem, ita quidem deriuatio ad latera fieri debet. Poſtrema uero conditio eſt, ſeruata *Catixi*, nimirum rectitudine. Sex autem deriuationis introſpiciuntur ſpecies, ut potè antrorſum, retrorſum, deſtrorſũ, ſiniſtrorſum, introrſum, & extrorſum, quarum omnium loco proprio fusè meminero lib. 3. c. 23. & c. 16. & lib. 2. de magnitudine cacochyma c. 6. Cęterum inter ſanguinis miſſiones, uenę ſectio utique confeſtim, fluxiones reuellit, ut ait Galenus. Magnitudines autem morbi ſanguineę fluxuræ, & fluentes, nec non fluxę, per ſe ſanguinis miſſionem reuulſiuam, ac deriuatiuam indicantes, duorum modorum generibus oboriuntur, uel nanque per modum attractionis, & ita uel à calore, aut à dolore attrahente, fit; uel per modum receptionis, & tunc à parte aliqua ualida tranſmittenti, ſimulque à parte imbecilla, ſeu defecta, aut humiditate laxata recipiente fluxionem, morbi magnitudo emergit, ut lib. 3. huius operis cap. 16. exactius dicam. Perpẽde autem morbi magnitudinem *fluxuram imminentem* eſſe; fluentem uero incipientem; ſicuti ea iam fluxa facta, pręſens eſt. Ac utraque per ſe cruoris emiſſionem iudicat.

2. ad Glauc. c. 2. & 4. Meth. c. 1.

2. ad Glauc. c. 2.

Reuulſio quatuor conditiones habet.

Reuulſionis duę ſpecies.

Deriuationis natura pate-fit.

Hippocrates li. de humorib. 58. 2 Glauc. c. 2.

Deriuationis quatuor conditiones.

B

Hippocrates de loc. in homine 420.
Et 2. de morb. 447. 448.
4. Meth. c. 6.
Hippocrates li. de humorib. p. 58. & Gal. 2. ad Glauc. c. 2.
De expræſ. cõſ. c. 3. ſpe. 78. A.
13. Meth. c. 5.

Deriuationis ſpecies ſex repe-riuntur.

C

CAPVT XI.

Generis ſanguineæ magnitudinis allati notæ diagnoſticæ traduntur.

Com. 3. in Hip. progn. cont. 46.

MAgnitudo autem morbi ſanguinea iam fluxa facilè nobis innoteſcit, quoniam *decumbentes membris quibuſdam fluxiones inflammationem, ſacrum ignem, ſcirrhum, cancrum*, & alios ijs ſimiles *committentes* tumores, iam factos, apertè cõſpiciuntur. Nam ſi cutanei ſint ij tumores, tum ſenſu uiſus, tum tactus patẽt: Si uerò interni adſint, tunc ex natura formationis loci affecti; & ex regione illius membri obnoxij, & ex facultate offenſa, ſeù ſaltem ab uſu læſo ipſius particulę affectę, & ab excrementis exeuntibus; ac denique ex ſymptomatibus, quę ex ea parte afflicta naſcuntur, non difficilè dignoſci ualent. Magnitudo uerò morbi ſanguinea fluens, ac incipiens ab ea magna incipiente inuenitur inflammatione ſeu tumore phlegmonoſo incipiente, iiſdem ineuntibus ſignis, quę eadem methodo allata inueſtigari poſſunt. Non ità uerò facilè morbi ſanguinea indagatur magnitudo fluxura, ac imminens. Tamen primò ea quoque inquiritur ex hoc; ut eò facilius fiat, in calidis, & humidis corporibus, quia temperamentum *humidum, & calidum fluxionum vitijs obnoxium eſt*. Inſuper corpora otioſa facilius hac morbi corripiuntur magnitudine, cum ibi humiditas cumuletur. Porrò ubi duę intemperies ſeorſum inęquales inueniuntur, vt hepatis caliditas, & in uentriculo frigiditas intemperata, ibi facilè ea magnitudo effici ualet, cum ubi fluxio reſideat, ibi unica intemperies non redundet. Vlterius ubi pars aliqua defecta eſt, ſeu imbecilla, aut intemperata frigiditate, & humiditate, & laxata facilè ea emergit. Denique quoties, uel dolor, aut calor ingens in aliquo fuerit membro, tunc facillimè ea confugit, immo ea neceſſariò fit. Pręter quam quòd etiam ſicuti ipſa his ſignis, ut pręſentibus, morbi magnitudo ſanguinea iam fluxa, & pręſens indagatur, & ut incipientibus, etiam incipiens magnitudo dignoſcitur, ità quoque ipſa imminens fluxura magnitudo quidem, ipſiſmet imminentibus notis, cognoſci poteſt.

D

3. de ſanit. tuen da c. 12. & 6. de ſanit. tuẽda c. 1. 3. de ſani. tuenda c. 8.
Lib. de inæqu. intemp. c. 2.
9. de cõp. Med. per g. c. 4. claſ. 5. 3. 312.
Et 6. de ſanit. tuen. c. 4.
13. Meth. c. 5. & 2. de Diſ. febriũ c. 11.

A

CAPVT XII.

Sanguinis miſſio adeò præſtans eſt à morbi vrgente ſanguinea magnitudine indicata, vt cruditates, quæ medicamentis non cedunt, ipſi cedere venæ ſectioni cogantur.

Sanguinis miſſionis præſtantia, iterum dilucidatur, partim enim c.6 explanata eſt partim que c.1.

Quot conditiones optimæ venæ ſectionis ſint, vide lib.2. c.39.iſtius operis.

Cap.24.

VErum venæ ſectionis excellentia antea obiter notata, hic exactè perpendenda eſt; cum talis efficatiæ ipſa venæ ſectio ſit; vt nedum crudorum copiæ eductiua ſit, vt antea dixi; At verò etiam renitentium tumorum, minoratiua, hnmotumq; collectionis hoc facientium tumores euacuatiua ſe habet; Purgatio verò tantum humorum turgentium, ſeù fluentium, præparatorunque eductiua reperitur. Quandoquidem tumorum renitentium collectiones in morbis magnis, ac vehementibus ſolam quidem venæ ſectionem mouere, ac partim euacuare poſſe, aſſeuerarunt. Hippocrates, & Galenus vt apertè cuilibet perlegenti horum Autorum verba patebit: ac textu ſequenti idem corroboratione affirmando inquit. *Quicunque autem ſtatim per initia morborum inflammationes, medicamento purgante, ſoluere tentant, ij quidem de inflammata parte nihil detrahunt, eum nihil cedat ea, quæ adhuc cruda eſt affectio.* Vnde concludit ſolum morborum acutorum inflammationes, quas intelligit morbos magnos, ac vehementes, nempè tumores renitentes, ac duros extra anteriori poſitos, tantum venæ ſectione tolli poſſe ſine medicamento purgante. Præterea etiã idem t.27.& 28. Hipp. affirmat, nempè venæ ſectioni cedere cruda, & craſſa, non autem medicamentis ſolutiuis. At verò partim euacuatis cruditatibus, venę ſectione facta *ſi non leuetur* per vomitum educendæ cruditates, nihil verò per aluum, & ſolum clyſmis vti debemus, ait Hippocrates. Nam in venæ ſectione humores crudi vnà cum ſanguine euacuantur, qui collecti ſunt, in tumoribus, ac obſtructionibus: Non autem adhuc ita infixi ſunt, vt venæ ſectione extrahi non poſſint, & ſi infixi ſint quoad medicamenta ſolutiua, vt purgatione educi nequeant. At enim Hippocrates. *Nam pertundere in brachio ſplenitidem appellatam venam, aut iecorariam ad vtranque ſanè morbus vergit nempe pulmonis inflammatio, & morbus lateralis ſine ſputo. Hinc confert venam pertundere in brachio. &c. ſicque lateris, & aliarum partium dolor leuior contingit.* Subinde cauſam reddit. *Vena enim quicquid in ea ineſt pituitæ, & bilis, & ſanguinis morboſi vnà cum his magna ex parte foras emittit.* Ibi enim intelligit pituitam & bilem craſſefactam à frigido externo, & à calore interno, ac in venulis, & carne infixam, & compactam, vt eſt videre ex ijs verbis. *Cumque rigorẽ, & perfrigerationem ſenſerit, tum caro, quæ eſt in latere, tum venulæ conuelluntur, & quicquid in ipſa carne, aut in eius venulis bilis, & pituita ineſt, id magna ex parte, aut totum intro ad caliditatem propulſam, carne extra condenſata ſecernitur, &c. cum verò, quæ ad latus impacta ſunt putruerint.* Et quæ dicit de tumore laterali, ita de cæteris tumoribus renitentibus inflammatorijs intelligas. Non meminit verò melancholiæ, quia ſanguinis fex eſt. Quocirca patet cruditates humorũ infixas, & compactas in venulis exiſtentes in tumoribus renitentibus, ſeu duris, venæ ſectione, extrahi.

B

4.de vict.rat.in M. a.t.29. t.22. ac etiã in epiſt. ad Dem. vera trypurgidem. aut.1272.

Idẽ Galenus affirmat 2.de cris c.9. & alibi & Hipp. etiam alijs in locis & Aetius. vt antea dixi c.5.

22.

t.29.

Hippocratis idem de morb. t.48.

8.Meth.c.4.

4.de vict rat.in M.a.t 98. Hippocrates.

C

Hippocrates 4. de vict. rat.in M.a.t.22.& alibi vt antea dictũ eſt, & t.22.

9.de morbis 448.Idem 4.Meth.c.4.

2.de morb.pag. 448.

Pag.447.

Cruda purgantibus medicamentis non cedere; verum tantum venæ ſectioni cedunt.

Hippocratis auctoritas id probans.

Tertius Hippocratis locus.

Quartus Hippocratis locus.

Humores crudi craſſi, viſcidi, ac lenti in tumoribus collecti, & compacti renitentibus & in obſtructionibus infixi venæ ſectioni moueri, & euacuati.

Quarti Hippocrates loci verba.

Quod etiam Galenus confirmauit, cum exarauerit 4. de tuenda ſanit. c.10. *vena autem ſectio ſuccos omnes*, tum ſanguinem, tum bilem, tum melancholiam, tum pituitam, & ſerum, vt 6. epidem com.2.t.38. *è vaſis emittit*, & alio in loco ait. *Ergo vt tranſpiret maiore iam auxilio eſt opus, vbi robur ægro non deeſt, ſecanda vena eſt, etiam ſi plenitudinis ſigna non adſunt:* ibi enim humorum meminit, qui craſſi, viſcidi, ac lenti, & copioſi aliqua in parte collecti, & etiam quatenus copioſi ſunt obſtructiones, putredinem efficiunt, vnà & fuliginum prohibitam tranſpirationem facilè concitant: qui etſi compacti, ac infixi ſint; attamen eos venæ ſectione moueri, ac educi maiori ex parte ſtatuit Galenus, pergens: *Præſtat enim vitioſi ſucci maiore parte emiſſa* Et poſtea inquit, *fumoſa, fuliginoſaque ſuccorum excrementa, quæ tranſpirant ſuccis ipſis imminutis* venæ ſectione molita *pauciora reſtabunt*. Quocirca Galenus expreſsè autumat, venæ ſectionem crudos humores in extremis venulis venæ cauæ (de quibus etiam dixit alibi) exiſtentes mouere, emittere, & imminuere, putredinisque calorem, & malitiam arcere, fumos, ac fuligines introcluſos tranſpirando, obſtructionesque depellendo, vel à pituita promanet, vel à bile, aut à melancholia. Hinc altercationem inter calidum innatum, & calorem putredinalem ſanandi præſidium potiſſimum venæ ſectionẽ eſſe affirmauit Galenus, vt antea quoque dictum eſt. Nec deeſt alia Galeni autoritas noſtrum inſtitutum corroborans, ait enim. *Inciſa vena bonum ſanguinem emittit malum, qui in primis maximè venis circa iecur, & quod meſentereum vocant colligitur, in totum trahit corpus.* Si ergo per venæ ſectionem canæ adminiſtratam, malus ſanguis crudus, craſſus, glutinoſus, pituitoſus venis anguſtiſſimis venæ portæ meſenterei inhæreſcens moueatur, & à venulis ijs extrahatur, dum in totum genus venoſum fertur, vbi ſanguis ſecundæ regioni ineſt, & alius crudus ſanguis in prima regione reſſidet; ergo eò magis crudus ſuccus per venæ ſectionem euacuabitur, vbi ſanguis craſſus, & crudus is ſuccus in vnica parte ſimul mixti ſint.

Galeni locus idẽ aſſeuerans.

Alius Galeni locus.

Locus Galeni alter. Deterſoria medicamẽta ante venæ ſectionem in obſtructionibus à copia ortis magis obſtruunt.

Euacuantur. n. cruditates à venę ſectione, quibus euacuatis, poſtea deterſoria tuto danda.

Ideò præſtãs remedium eſt obſtructionũ à copia ortarum, vt ait Galenus. 10. Meth. c.2.

Quartus Galeni locus.

Quintus, & ſextus locus.

Septimus locus octauus locus.

Alius Galeni locus vt venæ ſectione cruditates moueantur; qui nonus locus eſt.

8.Meth.c.4.

D

4.de ſanit.tuenda c.9.

9. Meth.c.5. & 4.Meth c.5.

11. Meth.med. c.34.

9.Meth.c.5.

6.de ſan.tuend. c.5. antea citato.

CAPVT

A

CAPVT XIII.

Cur vnà cũ sanguine, etiam humores crudi educãtur, ac de causa istius rei.

VErũm penirioti studio, quæso, causam quæramus, cur in venæ sectione, hæ cruditates educantur, non autem in purgatione. Quam esse dico cõterminationem, & continuitatem simul iunctam, & spiritus sanguineos simul calidissimos, & fluxilissimos, vnà & motiuissimos cæterorum omnium, quæ in nostro corpore inueniuntur: Vena enim quidem semper propinqua secatur, in morbis allatis. Causa verò, cur vnà cum sanguine morboso etiam foras educitur quicquid crudum ipsi sanguini admixtum est; eadem est causa sanguinis extractionis; Quæ meo quidem iudicio duplex est, vt potè efficiens, quæ est post foramen iam factum, vacui vis, & continuatio sanguinis mobilis, ac fluxilis, vel fluxilitas continua sanguinis (quod satius est asserere) quæ continuatio incipit in foramine tunicæ venæ incisæ, ac labitur vsque ad extremum venularum, quæ propagines sunt venæ incisæ, & hæc materialis causa mediata, hoc est, adæquatio continua sanguinis fluxilis, incipiens à principio, ac desinens in fine ipsius continuationis; & sicuti vis vacui
B in sanguinem fluxilem meritò spirituum vitaliũ per partem æquabiliter agit, tanquã in sanguinem continuum fluxibilem, prout fluxilem continuum, ita ẽt fluxile cõtinuum æquabiliter vim vacui vtiq; recipit. Quocirca foramine iam facto, illico vis vacui agit, & fluxile continuũ recipit, ac vis vacui actionem patitur. Vnde illa æquabiliter agit, ista verò æquabiliter patitur. Hinc cum actio, & passio eorum vsq; quo sanguis fluxilis est extenditur, fiat, propter spiritus calidissimos, ac fluxilissimos sanguini admixtos; Cum autem hæc actio, & passio, per sinum venæ incisæ vsque ad partis instrumentalis inflammatæ sinus vacuitatem potentialem, actu repletam, per totum eum repletionis tumiditatis spacium extensiuum, extendatur; Proinde ex ea actione, & passione, vena secta, ea vacuitas actu repleta, & potentialis, ex potentia ad actum vacuitatis deducitur: Cruditates verò venulis extremis illius sinus venæ sectæ simul cum sanguine inhærescentes, plus, ac minus mouentur, ac educuntur, prout facilius, seù difficilius vnà cum sanguine exeunte moueantur, & fluant. Vnde quoque magna ex parte vacuitas ea repleta sinus venularum, ac retinens, seu dura inanitur certè, euacuatione malorum succorũ crudorũ, propter spiritus allatos egredientes, cruditatesq; educentes. At verò si intimiori studio rem introspiciã, videbo etiam partim à spiritu igneo facto sanguinis morbosi putrescentis partis duræ, seù tensæ,
C fumoso, & fuliginoso euaporabili, exitunq; flagitante eam sanguinis augere extractionem. Cum spiritus ille igneus fuliginum vehementi transpiratione eius exitum festinando, eam sanguinis,
9. Methodi c.4. simulq; cruditatum egressionem adaugeat, quia *facilè fumosa, fuliginosaque succorum excrementa transpirant*. Duo autem nunc dubia consurgunt. Primum est quòd vacuum non datur, vbi enim visilia non adsunt corpora, ibi quidem aer est. Secundum verò est, vt natura etiam concurrat ad deteriorem reijciendum sanguinem, in venæ sectione, nec tamen, de hac causa sanguinis missionis dictum est. Pro solutione autem dico à me vacuum, non propriè assumi, neec absolutè, immo vacuum sanguinis, & carnis accepi, aerem pro vacuo dessumendo, Vnde hoc modo vacuum est, tum sanguine, tum carne vacans. Ad secundum respondeo, me allocutum esse, de prima causa sanguinis excretionis, vena secta, ab Artifice molita, nõ autem à Natura facta. Supposui nanq; facultatem sanguinem expellentem, ac irritatam, tum à dolore perforationis ferro tunicæ venæ sectæ, tum à ligatura brachij dolorifica à chyrurgo peracta.

Causa cur cruditates ven. sectioni educãtur, non autem in purgationibus. Vide lib. hoc 2. c.26. istius operis, vbi conditiones venæ sectionis adesunt.

Causa venæ sectionis, ac detractionis humorum, qui cum sanguine extrahitur.

Duplex est efficiens, quæ vacui vis est.

Et materialis, quæ sanguinis, & cuilibet sanguini admixti crudi fluxilitas continua; sanguis enim per se fluxilis est spirituum etiã ope. Cruda verò, quæ per se immobilia sũt sanguinis, & fuliginum, & humorũ, & ignei putridi in tumore duro residentiũ auxilio, fluxilia fiunt.

Ex quib. causis adæquatio continua sanguinis emergit.

Alia causa etiã concurrit augendo exitum sanguinis.

Primũ dubiũ.

Secundum dubium.

Ad primum dubium.

Ad secundum dubium.

CAPVT XIV.

D

Magnitudinis morbi sanguineę morborũæ genera, etsi nouem sint, attamen sex posteriora genera etiam vt differentiæ declarandæ assumuntur.

DEclaratis autem magnitudinis morborum sanguineis generibus; deest solũ, vt huius magnitudinis genera ad morbos coarctata, dilucidamus. Quę vt iam dictum est lib. 1. c. 13. in quinto dubij argumento, octo genera à Galeno expressa, inspiciuntur. Duo. n. priora genera generalissima sunt, per se vrgentia essentialiter, & sua natura, vel vrgentia curatiua curabili iam facta, vel præsente, vel incipiente, principio incepto; vel vrgentia pręseruatiua impedibili superuẽtura, vel incipiẽte principio non incepto, aut imminenti. Et quatenus hoc modo genera ista vrgent, per se ẽt exactè, & integrè, propriè, & proximè sanguinis eductionem quærũt, quæ ita à Galeno constituũtur
11. Meth. c.3. *magnitudinem verò duplicem esse, vel propriæ substantiæ virium ratione, vel declinationis à naturali habitu*. Substantia autem virium propria triplex est; nimirũ, & corpora solida, & spiritus, & species
Ibidem. carnosa: vt Galenus ait. *Quoniam virium substãtia, tũ ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis completur*. In corporibus enim solidis calor innatus sua natura inest, qui virium omnium nostri corporis primus motor corporeus salubris, vel insalubris reperitur; in spiritu verò, ceù in calidi

Virium corporis humani substantia triplex quæ declaratur.

innati ſubſtantia adeſt: in ſpecie autem carnoſa, vt in partium ſolidarum indumentis inuenitur A caloris naturalis, vt lib. de Medicinæ certitudine, iam dictum eſt. Ergo Galenus primum genus ex ea propria virium ſubſtantia læſa exhaurit, ſecundum verò à diſtantia receſſus à naturali ſtatu deſumit; & hæc duo genera ſubalternantia ſunt omnium reliquorum magnitudinis morbi ſanguineæ generum ſubalternatorum tum vt ſanguineorum, quæ hactenus explanata ſunt, tum vt morboſorum, quæ nũc à nobis dilucidanda veniunt. Verum aliud genus eſt à Galeno ſuppoſitum non expreſſum ſuppremum magnitudinis morboſæ ſanguineæ, quòd tertium eſt, ex facultate afflictæ partis læſa deſumptum; Vnde nouem ſunt genera, cum alijs ſex generibus huius magnitudinis: tria nanque genera ex parte offenſa in ſua ſubſtantia virium propria, ſuo proprio, ac originali temperamento iuncta, accepta recenſet Galenus hoc modo. *Cum enim trifariam nõ hæc modo vitia, verum etiam reliqua omnia grauia, magnaque reddantur, nempe, vel propter afflictæ partis præſtantiam, vel propter affectus magnitudinem, vel propterea quòd ſunt cacoethæ.* Alia vero tria genera ex affecta actione, facultate ue obnoxia conſtituit, exarando. *Alia quæ ex læſa actionis præſtantia præſtatur, alia, quæ ex propria affectus eſſentia, ac tertia, quæ læſum corpus gubernat, æſtimatur:* Quæ omnia ſex genera modò exactè diluenda ſunt, vt antea pollicitus ſum. Verum, vt clariori doctrina poſteriora genera illhæc elluceſcant; ipſa non vt ſex genera, immo vt ſex differentiæ ſecundi, ac tertij generis ſubalternatæ horum generum allatorum ſubalternantium dilucidandę ſunt: His B nanque declaratis, etiam hæc duo ſubalternantia genera maniſeſtiſſima erunt. Vnà & aliud primum genus, quod à receſſu diſtante à naturali habitu deſumitur, patebit.

4. Methodi c. 6.

9 Methodi c. 17. Cap. 15. & c. 16.

C A P V T X V.

Prima differentia morbi ſanguineæ vehementiæ, quæ ex membro in ſua virium ſubſtantia proprio ſuo originali, & proprio temperamento annexa deſumitur, patefit.

PRima ergo differentia primi generis, ex læſæ particulæ propria virium ſubſtantia originali, proprioque temperamento iuncta accepta quidem eſt *propter præcelleñtiam partis*. Præcellentia enim, aut præſtantia partis læſæ tum ob præſtantiam proprij officij, tum ob conterminitatem, aut ſympathiam partis læſæ alicuius nõ ita præſtantis, trahentis tamen in conſenſum ſecum, lædendo partem aliquam principalem: Vnde vel ſint partes principales, quæ perdurationis humanæ ſpeciei facultatem obtineant, quæ indiuidualem conſeruationem habent, vt cor, cerebrum, & hepar, aut ſpecificam, vt teſtes viri; & matrix mulieris, vel fuerint non principales partes, tamen C principalibus ijs ſubordinatæ, ac deſeruientes, aut ſint præparantes, vt ſtomachus, ſeù ventriculus hepati, ac pulmo cordi, aut latoriæ, vt arteriæ cordi, venæ hepati, & nerui cerebro inſeruientes: Vel ſint nec principales, nec principalibus inſeruientes, ſed tantum principalibus ſubordinatæ, vt tendones ſeù chordæ, & caro muſculorum, viſcerum, & glandularum, & cartilagines, & membranæ, ſeu paniculi: Siue ſint, nec principales, nec principalibus deſeruientes, nec ſubordinatæ, vt ligamenta articulorum, & oſſa, & adeps, aut ſeuus, aut pinguedo: Omnes iſtæ dum læſæ fuerint, aut per eſſentiam, vt partes principales, aut partes principales lædantur ob læſionem aliarũ aliquo modo morbum grauem, & magnum partium præſtantiarum reddere valent; exemplo enim vulneris Hippocrates nos docuit, vt morbi ſolutę vnitatis ſanguinea imminente magnitudine, ſanguis educendus ſit; vt Galenus refert, ita exarans, *etiam ſanguinem detrahi intèrdum ſuadet propter has cauſas. Id ita intelligas: primum quidem, ſi hæc eius verba relegeris. Omni enim ait Hippocrates recenti facto vulneri, niſi in ventre ſit, expedit ex ipſo ſtatim ſanguinem plus, minusùe effluere.* Ideoque dum ſanguis ex vulnere effluit neceſſe eſt, vt ſanguis generis venoſi ad eam vulneratam fluat partem inflammandam; proinde ad imminentem eam morbi ſanguineam venturam inflammatoriam partis vulneratæ prohibendam magnitudinem fluxuram, ſanguinis quidem miſſio reuulſiua molienda eſt, vt his verbis Galenus ait. *clarè iam ſenis mentem intelligas de* D *ſanguine, cum magna ſunt vulnera, detrabendo.* Si autem de quacunque parte inſigni vulnere læſa ſanguinem mittendum eſſe decreuerit, ergo eò magis eodem modo peragendum eſſę intelligas, vbi pars magno vulnere, aut vlcere, affecta eſſet. Hoc autem exemplũ de vulnere declarat, quòd vbi magnum vulnus adeſt, ibi imminens inflammatio, aut imminens ſanguinis maximum profluuium eſt; ideo illicò ſanguis educendus eſt; non autem magnum vulnus, ſeu magnum vlcus ſanguinis detractionem indicat, cum ibi morbi magnitudo impropria ſit, ac impropriè vrgeat, vt iam dixi lib. 1. cap. 13. in fundamentis, & ſolutionibus dubij ſecundi. Pars verò preſtans, aut pars etiam vel parti pręſtanti ſubordinata, vel inſeruiens ſi morbi intemperamenti, à ſanguine proditi, vel malę conformationis ſanguinea ſit magnitudo, vel iam fluxa, vel fluens, aut fluxura, tunc ſanè per ſe magnitudo ipſa tum vrget, tum ſanguinis eductionem indicat: vel deriuatiuam, vel reuulſiuam, tanquam eius cauſę immediatę magnam inſinuat ſublationem. Quoties ergo

Dilucidatur morbi magnitudo partiũ læſarũ, ratione præſtantiæ, aut præcellẽtiæ partis læſæ.

Præſtantia partis læſæ in ſua ſubſtantia, quęnam ſit.

Præſtantia partis læſæ à magnit. morbi ſanguinea, vel partis principalis, aut partib. principalib ſubordinatæ, & deſeruientis, vel tantum ſubordinatæ, aut alterius partis læſæ, quæ nec principalibus inſeruiat, nec ſubordinata ſit.

4. Meth. c. 6.

4. Meth. c. 6.

Ibidem.

A cor, aut hepar afficiantur morbi magnitudine sanguinea lethali, vel cerebrum sua aliqua princi-
pi facultate valdè offendatur, tunc semper magnitudo sanguinea, exactè propriè vrgens primò
eripienda erit; & vt exactè propria etiam sua natura exactè propriè sanguinis missionem ex-
optans erit.

CAPVT XVI.

Secunda differentia morbi efficatiæ sanguineæ, ex loco, sua substantia propria, suoque temperamento proprio iuncta, affecto, exhausta dilucidatur.

SEcunda autem differentia magnitudinis sanguineę, ex particulę propria substan-
4.Meth.c.6. tia cum suo temperamento ostensa desumpta habetur *propter affectus magnitu-*
dinem partis lęsę: quæ tum in morbis solutę vnitatis, tum in intemperamenti à
B sanguine, vel fluxo, vel fluente, aut fluxuro geniti, vel genituri; tum in morbis
malę conformationis introspicitur. Verum dubitatu dignissimum esse inuenies, Dubium.
Ibidem. quia Galenus Hippocratis decreto statuit. Morborum solutę vnitatis magnitu-
dines partium lęsarum, vt vulnus, aut vlcus magnum, amplumúe, *vel suturis*, *vel deligaturis esse*
coniungendum. Si ergo magna coniunctio, seu glutinatio est indicatio magni vulneris, & magni Solutio
vlceris; ergo isthęc sanguinis missionem non flagitant. Cui respondeas vulnus, seu vlcus magnũ
per se magnam partis afflictę vnionem flagitans impropriè morbi magnitudinem esse, ideo eam
per se non vrgere, clarè conspicitur, nec per se magnam succi superuacui indicare sublationẽ, pa-
tet, cum ea magnitudo passibilis qualitas passionem inferens minimè sit propria quoad succum
peccantem; quia tantum propria magnitudo reperitur quoad succum peccantem, eaque tantũ
integrè, propriè vrget, essentiali vrgentia, vel curatiua magnitudinis curabilis, vel pręseruatiua
magnitudinis venturę impedibilis. Hinc etiam ea sola est, quę magnum euacuans insinuat pręſ-
fidium, vt lib.1.cap.13. iam dictum est. Quatuor autem de causis vulnus, seu vlcus magnum, vt Quatuor de causis vlcus, & vulnus magnũ, sanguinis missionem indicat.
antea ibidem dictum est, ratione magnitudinis morbi quoad succum relatę, magnum educens
petit auxilium; Scilicet, vel profluuij vrgentis sanguinis pręsentis, aut incipientis, seu imminen-
tis lethalis vrgentis reuellendi, sistendique ope. Nam *illa prius curari præcipiens Hippocrates, quæ* Prima.
C *magis vrgent, hoc est, quæ maius periculum afferunt sicuti & nunc profluuium sanguinis. Ad hoc igi-*
5.Aphor.19. *tur prius obsistendum est, atque ita deinde, quod passum est, ad bonam temperiem est reuocandum.*
Sic de magno recenti facto vulnere asseuerandum venit, prius etenim magnum vulneris lethale
eripiendum profluuium est, exindè consolidandum est; Secundo autem modo quatenus vulnus, Secunda.
seu vlcus magnum phlegmonosum, simulque mortiferum euadere potest, & pars vlcerata à suc-
co intemperata ob morbi magnitudinem sanguineam ad vulneratam partem fluentem, seu flu-
4.Meth.c.6. xuram, deriuandam, seu reuellendam, ait enim Galenus. *At verò iam dictum est, quæ magna vlce-*
ra sunt, ea vel suturis, vel deligaturis esse coniungenda. Quin etiam quibus corrumpendi ossis periculo
impendet, ea vtique cum magnitudine phlegmones sunt. Iam quæcunque excedunt, ea tum cacoethe
sunt, tum malorum succorum soboles. Itaq; si in vulneribus, & vlceribus magnis, & in vlceribus ca-
coethieis, nempe rebellibus, & in ossis corruptione, sanguis exhauriendus sit, id sanè ab his affe-
ctibus, vt magnis non insinuatur, quippè quòd solum id à phelegmone imminente, seu incipien-
te indicatur, cum isthęc vitia omnia malorum succorum; nimirum & sanguinis peccantis, & ca-
cochymię soboles sint. Quandoquidem sicuti ipsa, vt soboles sanguinis peccantis (qui sangui-
neam in his, & phlegmonosam procreat magnitudinem) per accidens sanguinis reuulsiuam, seu
D deriuatiuam, quęritant eductionem; Sic etiam, vt ipsa soboles sunt prauorum succorum, per acci
dens, cacochymię reuulsiuam, seu deriuatiuam exoptant purgationem; videlicet, in eo vt in his
magnitudo cacochyma, vel erysipellatodes, vel œdematodes, aut scirrhosoitodes, vel incipens,
4.Meth.c.6. uel imminens emergat, ut Galenus ex Hippocratis decreto, inquit *insuper adijcit. In omni vlcere*
cui erysipelas superuenit, purgari oportet, qua parte vlceri maximè conducit, siue id per superna, siue
per inferna sit: cuius etiam rei discrimen in lib. de humoribus Hippocrates nos edocuit, auertere nos in-
bens ad contraria, deriuare verò ad latera, & istis duobus modis per accidens indicat: & Impropria
morbi magnitudo est. Sicuti alijs duobus sequentibus modis morbi est propria, tamen non in-
tegra; immo imperfecta est: & ideo etiam imperfectè indicat. Quia tertio modo uulnus, seu ul- Tertia.
cus magnum, ut soboles sanguinis peccantis, seu succi uitiosi, uel utriusque recipiuntur; ac tunc,
uel à magnitudine morbi sanguinea, uel à cacochyma fluẽte, uel fluxura, uitia isthęc augeri pos-
sunt, & hoc modo per se, & propriè, tamen imperfectè uel sanguinis, uel cacochymię, uel utrius-
que simul deriuatiuam, seu reuulsiuam indicant eductionem. Quarto autem modo uulnus, seu Quarta.
ulcus magnum, uel alia antea statuta ijs similia, quatenus uel sanguinis peccantis, uel cacochy-
mię soboles sunt à morbi sanguinea, aut cacochyma magnitudine, uel fluente, & incipiente, uel
fluxura, & imminente, impediantur, ne ab exficcantibus, neque glutinantibus curentur, neque
sanentur;

ſanentur, dum ſicuti his præſidijs curantur, ita denuò gignantur, & hæc vitia quidem ita conſeruantur ab impedimento quo ad ſuccum fluente, ſeu fluxuro adimendo. Et etiam hoc modo vulnus, & vlcus magnum, per ſe, & propriè, tamen imperfectè tantum ſanguinea vel cacochyma narrata morbi magnitudo incipiens, aut imminens ſanguinis, vel cacochymiæ deriuatiuam, ſeu reuulſiuam flagitat euacuationem. De quibus duobus his poſterioribus exarat, modis, Galenus hunc in modum. *Ad eundem modum ſi aut alterius cuiuslibet particulæ occaſione, aut etiam totius corporis, cum in eo ſanguis, malìue ſucci redundant, vitioſum aliquid exulceratis partibus influxerit, medendum prius eſt, vel ei quod fluxionis eſt cauſa, vel etiam toti corpori. Ita igitur & varices, qui ſæpè ſupra exulceratum locum ſunt, prius ſanabimus, vt deinde mox vlcus ſanemus. Cæterum nulla harū curationum ipſius eſt vlceris. ſed alterius cuiuſquā affectus, qui vlcus, vel gignit, vel certè auget.* idem quoque aſſeuerando ait. *nam nunc quoque ipſum tum augeat, tum faciat*. Auget autem, ſeu gignit vlcus magnum, vel morbi ſanguinea, vel cacochyma magnitudo, vel vtraque ſimul incepta, fluēs, & incipiens, vel fluxura, & imminens; ideo deriuationis, ſeù reuulſionis ſtudio, vel ſanguis, aut cacochymia, vel vtraque educitur. Sed dubitatur, quia ſanguis non modo auget, ſed etiam gignit magnitudinem ſanguineam iam fluxam dum ea fluens, in actu fluxam in parte vlcerata, vel in partibus, parti vlceratæ, adiacentibus iam transmigrata eſt, cuius meminit Galenus hoc modo conſcribens. *At, ſi iam fluxio reſtitit, atque in membro inhæſit, deriuare per vicina magis expedit: cum in propinquiora translatio ſit*: & paulo inferius, hinc ait. *Et ab his, quæ inueterata ſunt vlcera, vt ſanguis crebro fluat efficere prodeſt, vtcunque opportunum videbitur, tum ab ipſis vlceribus, tum à circumpoſitis vlceri partibus*, quia ait Hippocrates, *& ab inueteratis vlceribus ſanguinem mittendum eſſe*, ad eam ſanguineam morbi magnitudinem iam fluxam ſubtrahendam. Ergo magnitudo vlceris, ſeù vulneris quo ad ſuccum cruentum vlceri, ſeù vulneri iunctum detrahendum, etiam fluxa, & facta, & præſens eſt, dum impedimentum eſt curationis vlceris, & vulneris. Cui reſpondeo Galenum dixiſſe, *ſi iam fluxio reſtitit, atque in membro inhæſit*, non autem dixit, in vulneribus, vlceribusùe eam fluxionem iam fluxam eſſe; cum nullum vlcus ſibi iunctum cruentum habeat ſuccum, venæ ſectione euacuatiua educendum: immo tantum in vlcerato, ſeu vulnerato membro fluxionem reſtitiſſe iam fluxam eſſe, ſtatuit: Membrumque ideo cruento ſucco detrahendo ſibi annexo, ita intemperatum, atque adeò ſuo innato calido priuatum, euadit, vt vlcus incurabile reddatur; Proinde tunc ſanguis non educendus eſt, vt vlcus magnitudinem ſanguineam præſentem factam contineat; Verum tantum ad membri illius vlcerati intemperamentū ſanguineum eripiendum, & vt id membrum ſuo calore naturali, originali reſtituatur, & hinc etiam, vt vlcus poſtea conſequenter curabile redigatur. Ideoque ibi ſanguinea iam facta magnitudo non eſt quidem morbi ſolutæ vnitatis, ſed intemperamenti, cum ſanguine ſubtrahendo. Quocirca in vlcere, ſeu vulnere magno, ſanguinea magnitudo tollenda tantum vtique incipiens eſt, ſeu imminens, & imperfecta, ſeu defecta fluens, & fluxura, non autem fluxa, nec facta.

Margin: A; 4.Meth.c.[illegible]; 4.Meth.c.[illegible]; Dubium.; B; 4.Meth.c.[illegible]; Ibidem.; Ibidem.; Solutio.; C

C A P V T X V I I.

Tertia morbi ſanguineæ magnitudinis differentia, ex parte, ſua ſubſtantia ſuo originali temperamento iuncta, læſa, deſſumpta, declaratur.

Tertia verò morbi ſanguineæ magnitudinis differentia ex membro ſua ſubſtantia virium propria, eius proprio, & originali temperamento annexa, ſpectans inuenitur *propterea quòd ſunt cacoethæ* morbi magnitudines. Hæc autem morbi magnitudo cacoetha appellata, vt à ſimplici morbi magnitudine contradiſtinguatur, accipitur; Vnde magnitudo cacoetha quidem maligna, & mali modi, & mali moris ſe habet; ac etiam ea eſt, quæ vtique medicamentis rectè adhibitis, nihil mitior euadit, non cedens; neque ab ijs curatur, nec ſanatur; proindè rebellis, & contumax eſt periculo plena, non tamen mortifera conſpicitur. Quæ omnia ex Galeni autoritate aſſeuerare tentabo. Nam quo ad nomen, inquit *præcipuo vocabulo cacoetha, ideſt maligna appello*: Hanc verò magnitudinem malignam non eſſe mortiferam, ait. *cacoethes morbos, ideſt malignos appellamus, quicunque periculum minantes, ſpem ſalutis non adimunt, Nam quòd ſummè periculoſum exiſtit; non cacoethe, ſed mortiferum dicitur.* Ergo ipſa periculoſa eſt, non tamen lethalis. Sed *vlcera, quæ omnibus ritè, decenterque factis, non ſanantur, à Medicis cacoethe, ideſt maligna, contumacia, rebelliaq; dicunt*: non tamen periculo plena eſt, quam exactius declarat ita *cacoethe vlcera ex dyſepuloteis clarius intelliguntur: quæ enim ex humorum confluxu, vel multorum, vel acrium oriuntur ſine eo, quòd locus affectus hanc diſpoſitionem habuerit, vt licet bonum ſit, quod influit: tamen ipſum locum affectum corrumpat*. Quare mala diſpoſitio membri læſi cauſa eſt, & ſoboles, vt id, quod bonum eſt influēs ad eam partem, in qua eo bono, iam fluxo corrumpitur, quo vtique corrupto, neceſſariò non niſi eò magis eam affectam corrumpit partem. Ideo conſcribit. *Dyſepulota nomino, quæ dictam diſpo-*

Margin: 4.Meth.c.[illegible]; 1.de criſib. c. 3.; D; 1 de com.medi. per g.c.18.; Com.1.prot.c. 14.; Ibidem.; 1. de com. medic.per g.c.18.; Ibidem.

fitionem

A *sitionem iam obtinet præcipuo vocabulo cacoethe; idest maligna appello*. Morbi autem magnitudo cacoetha mali modi, seu mali moris habetur Hippocratis, & Galeni decreto, dum subinde memoriæ medicinali prodidit; *nam morbum constat cacoethe esse, vbi cum rectè omnia administrentur, nihilo fiat mitior*. Similiter morbum mali moris vocauit, & simul putredinis membrorum. Pariter febres cacoethas mali moris febres, & malignas nuncupauit, quæ febres in plerisque acutæ introspiciuntur. Cæterum hanc cacoetham dilucidauit magnitudinem, hoc modo. *Quin etiam cacoethe statim fieri quæcunque in articulis accepta vulnera sunt*. Talia nanque vulnera rebellia, contumacia, atque incurabilia inspiciuntur, cuius rei causam reddens Galenus scribit. *Vbi enim tendones, & nerui carne vacua, atque ossea loca* vacua *sunt hic dolores vigiliarum conuulsionis, & delirij periculum instat. Iam exceduntur ea, tum cacoethe sunt, tum malorum succorum soboles*. Quamobrem ibi etiam vulnera talia, periculo plena, & maligna sunt. Cacoethæ autem omnes morbi magnitudines æquè, tum vulneris, tum vlceris difficulter cicatricem admittunt. Aduerto autem licet Galenus tantum de morbi solutæ vnitatis magnitudine cacoetha allocutus sit; quæ impropriè magnitudo est, vt iam ostensum est; vel propriè sed non exactè magnitudo inspicitur: nihilominus etiam morbi intemperamenti, à sanguine intemperato proditi sanguinea cacoetha inuenitur magnitudo; vt intemperamentum calidum, & humidum cerebri diuturnum à sanguine in cerebrum fluente ortum apparet. B Sicuti etiam cerebrum intemperatum in caliditate, & siccitate à sanguine bilioso genita conspicitur, ac etiam diu ita intemperatum manet: sic etiam cerebrum intemperatum fit in frigiditate, & siccitate, à sanguine melancholico producta, quia sæpè diuturno tempore cerebrum ita intemperatum existit; Et id, quod de cerebro dixi, sic de quacunque humani corporis parte intelligas, ad quam sanguis intemperatus accedat. Vnde febris mali moris, quæ intemperies est calida, & sicca cordis, & totius corporis, quatenus magna est à sanguine augente febrem, & hinc gignente suam magnitudinem sub hac differentia cadit. Item de morbi malæ conformationis sanguinea cacoetha, intelligendum est magnitudine; vt in phlegmone, œdematoso, vel scirrhoso quotidiano experimento patet; cum tumores illi periculo non vacent; nec medicamentis rectè admotis cedant. Vnde contumaces, rebellesque se habent. Magnitudo verò sanguinea iam facta cacoetha propria in morbo, in intemperie, & malæ conformationis inest: in morbo verò solutæ vnitatis impropria inest, & per accidens.

Ibidem. 3. Epid. com. 3. cont. 32. 3. de causis puls. c. 37. 4 Meth. c. 6.

2. de composit. med. per g. cap. 18.

CAPVT XVIII.

Sanguineæ morbi magnitudinis prima differentia à facultatis læsæ substantia desumpta dilucidatur.

C PRima autem morbi sanguineæ magnitudinis differentia à facultatis affectæ substantia exhausta quidem est; *quæ ex læsæ actionis præstantia spectatur*. Quæ à me declarabitur ex declaratione præstantiæ propriæ substantiæ membri offensi antea in medium allata secundum distinctionem earo quadruplicem omnium partium nostri corporis constituram, necnon ex diuisione substantiæ propriæ virium, facultatumue à Galeno facta, in spiritum; in partes solidas, & in genus carnosum: atque tandem ex cognitis viribus, facultatibusue tum animalibus, tum vitali, pulsatili, ac irascibili, tumque naturalibus omnibus simul suppositis; ex his enim omnibus facillimè magnitudo morbi ex læsæ actionis præcellentia orta elucescit: qualis enim actio læsa, talis quoq; virtus, aut facultas affecta necessariò esse debet, prout actio læsa talis sanè vitium sit proprium talis virtutis, seu facultatis læsæ: atque qualis virtus læsa, talis quoque pars affecta esse debet: cum nulla facultas partis corporis nostri affici possit, quin etiam substantia propria illius facultatis eius partis, vel spiritalis, aut solida, aut carnosa læsa sit: & si facultates omnes principaliter solum à spiritu, & à corporibus solidis promanent, vt antea ex Hippoc. & Galeni sententia dictũ fuit, à specie verò carnosa, quatenus caro subordinata, ac inseruiẽs est substantiæ, spirituum, corporumque solidorum, non autem secus; D tametsi ex specie quoque carnosa affecta actionis læsæ præstantia, ac morbi magnitudo ex actionis læsæ præcellentia prodita conspiciatur. Præterea cum ea triplex virium substantia in quacunque corporis parte tum similari, tum dissimilari adesse quidem debeat; ac in plerisque omnes hæ tres substantiæ in virtute, seu in actione læsa, afficiantur: attamen interdum quoque vna læditur sine alia: Vndè ex quo quandoque præstantior longè est actio læsa virtutis solidorum corporum, quam actio affecta uirtutis spirituum est: Aliquando verò in oppositum præstãtior actio læsa virtutis spirituum habetur, quam alia. Cæterum præstantior actio læsa erit in morbi magnitudine, aut minus præstans, sicuti ex parte læsa præstantiori, ac ex facultate læsa præstantiori, aut minus præstante pendet: Nam si alicuius partis principalis, non modo indiuidualiter gubernantis totum corpus, verum etiam specificam conseruationem possidentis actio lædatur, vel sit hepatis sanguificatio læsa totum corpus humanum nutritione gubernans, vel sit cordis vitalis actio læsa uitaliter totum corpus gubernans, uel sit cerebri animalis

aliqua

7. Meth. c. 12.

12. Meth. c. 3.

Nulla actio, nulla que virtus afficitur, nisi quoque substantia propria illius virtutis, & partis eius lædatur.

Quæ substantia triplex est.

Ista differentia in alias subdiuiditur.

Et sicuti ista triplex substantia præstantior se habet: sic etiam actio eius facultatis substantialis præstantior est.

Pars solida spiritus, & species carnosa cum simul sint in mẽbro læso, etiam in plerisque omnes hæ tres virium substantiæ vnà læsæ sũt. Tamen interdũ vnà læditur alia verò non afficitur.

Intemperatior actio læsa facultatis læsæ partis principalis.

Magnitudo morbi præstantior, actionis præstantioris læsæ cuiuscunq. corporis partis exploratur, simulque dilucidatur & à minus præstantiori diuiditur.

aliqua actio læſa organicè totum corpus tegens longè præſtantior ſemper erit actio læſa, ac mor- A bi magnitudo. Poſt hæc verò præſtantior actio læſa virtutis affectæ partis non principalis, ſed principalibus tum inſeruientis, tum ſubordinatæ erit, aut ſit actio læſa partis præparantis, vt chylificatio ventriculi læſa, quæ vitium facultatis coctricis ventriculi eſt, ac materia ſanguificationis hepatis; & pulmonis læſi reſpiratio læſa; ratione cuius etiam ſpiritus inſitus cordi, & ſpiritus vitales, & pulſatio neceſſariò læduntur, vel ſit actio læſa virtutis læſæ partis latoriæ, vt actio facultatis influentis ſenſitricis, aut motricis à cerebro emanantis, ac per neruos deferentis, læſę hoc eſt, ſenſatio, aut motio læſa defectu facultatis animalis influentis læſæ, ſenſitricis, vel motricis ex neruorum læſione exorta; vel actio facultatis influentis cordis per arterias lambentis, tum vitalis, tunque pulſatilis. Actio verò influens ab hepate producta, nulla quidem inuenitur, quæ per venas defluat, cum nulla facultas influens hepatis naturalis reperiatur: immo cuilibet corporis noſtri parti à Deo, & à natura magneſcies, ſeu virtus attractrix data fuit, qua ſa... ab ipſo hepate, & à venis alimentum, & ſanguinem ſibi potentia ſimilem, quæcumque corporis pars attrahere poteſt: non autem à cerebro, nec à corde vllam actionem, neq; facultatem vitalem, neq; animalem attrahere valet: ſicuti ſolum eam ſanguinis venarum, ac arteriarum nutrimentalem vim attrahere quit: Minus verò præſtantia erit morbi magnitudinis actionis læſæ facultatis, læſæ partis, quę neque principalis ſit, neque principali parti inſeruiet, verum tantum principali parti ſubor- B dinata pars ſit, vt eſt actio læſa facultatis affectę ſubſtantię tendonum, carnis, muſculorum, viſcerum, & glandularum: pręterea cartilaginum, ac membranarum; item lienis, chyllis felei, inteſtinorum, rennm, veſicę, vaſorumque vreterum, ſpermaticorum, & cutis: necnon partium omnium, quæ ſenſorię partes quinque ſenſuum externorum ſunt, tametſi etiam adhue minus pręſtantia ſit magnitudinis morbi actionis lęſę virtutis affectę partis, quę neque principalis, neque principali inſeruiet, neque etiam principali ſubordinata ſit, vt actio affecta virtutis laborantis ligamentorum, articulorum, oſſium, adipis, & pinguedinis. At verò hęc ſanguinea magnitudo, quę ſua natura vrget, vt propria, & perfecta, quo ad ſuccum educendum, etiam propriè ſanguinis miſſionem neceſſariò inſinuat; Quę tantum eſt morbi in intemperie à ſanguine peccante, emanante, & morbi malę confirmationis; non autem morbi ſolutę vnitatis, cum morbi ſolutę vnitatis magnitudo, vt vulnus, & vlcus magnum vbi aliqua facultas pręſtans lęſa ſit, impropriè tantum magnitudines ſint; ideo non vrgent ex ſe, ideò nec etiam ſanguinis miſſionem indicant; de magnitudine iam facta loquendo. Aduerte autem vitalem, & naturales facultates læſas lethaliter: & animales principes facultates valdè lęſas magnitudinem morbi ſanguineam efficere exactè propriam, vrgentem primò eripiendam; vbi verò vlcus veteratum fuerit, non ualdè lędens actiones, tunc non eſt integra urgentia. Sed in fieri tantum vrgentia inſpicitur. C

Actio læſa facultatis læſę partis non principalis minus pręſtatior quę principali inſeruit, & principali ſubordinata eſt.

Actiones læſæ partium præparantium.

Actiones læſæ virtutum partium, quæ latoriæ ſunt; & facultatū influentium tum cerebri, tum cordis, per neruos, & arterias defluentes inueniuntur.

Actio influens ab hepate administrata nulla inuenitur.

Minus adhuc præſtantia actionis læſæ facultatis partis ſuium principali ſubordinatę habetur.

Minus tam n... quoque pręſtantia magnitudinis morbi actionis læſæ virtutis partis nullatenus ad parte principalem ſe lapſæ.

C A P V T XIX.

Magnitudinis morbi ſanguineæ differentia ſecunda à facultatis læſæ ſubſtantia habita examinatur.

SEcunda autē morbi ſanguineę magnitudinis differentia à facultatis, ſeu ab actionis obnoxię ſubſtantia deſumpta quidem eſt, *quæ ex propria affectus eſſentia*, magna, ſeu graui, aut uehementi, periculo plena, difficiliſque curationis *æſtimatur*. Hinc febris continuatio, cum ob ſanguinis peccatum dum augeſcit, emanet, periculoque non uacet, ac difficilis curationis ſit, ideo morbi ſanguinea habetur magnitudo, propriè, perfectè, ſua natura, & proximè vrgens; neceſſariò etiam iiſdem modis ſanguinis eductionem exonerariuam, deobſtructiuam, fuliginumque & fumorum tranſpiratiuam, nec non caloris febrilis, & putredinis euentatiuam, & refrigeratiuam, ſimulque deterſorij auxilij præparatiuam indicat. Quoties igitur morbi eſſentia propria, ratione faculta- D tis, actioniſuè lęſę magna, ſeù grauis, aut præualida, ſiue efficax, aut uehemens fuerit, diſcrimini uitę iuncta, ac difficilis curationis quo ad ſanguinem peccantem promanans, ibi quoq; perpetuò morbi magnitudo ſanguinea urgens erit, ſua natura ſanguinis detractionē inſinuans, uel ſit magnitudo morbi malę conformationis, uel intemperamenti, ſanguinis intemperati ope, geniti; Magnitudo autem morbi ſolutę unitatis ſanguinea facultatis lęſę, utique dum à ſanguine fluente gignitur, prout ſanguinis acris, & mordacis ulcera facultatem lędentia augentis ulcerum ſoboles ſit, imminentis magnitudinis ſanguineę impedibilis ratione, ſanguinis eductio reuulſiua, ſeù deriuatiua molienda uenit; & ſic propria morbi magnitudo ſanguinea dici poteſt, ſed imperfectè, non autem quatenus ulcus magnum pręſens, ſua natura magnam indicans unionem, propria quo ad ſuccum, ſeu quo ad ſanguinem, uel quo ad cacochymiam reperitur: immo impropria, ut antea dictum eſt.

1. ad Glauc. c. 13.

CAPVT

A

CAPVT XX.

Magnitudinis ſanguineæ morboſæ tertia differentia ex affectæ facultatis ſubſtantia relata, perpenditur.

Gal. in 1. pror. Hippocratis cõ. 2. cont. 1.

TErtia verò differentia magnitudinis morbi ſanguineæ, ex offenſæ actionis facultatisue ſubſtantia deprehenſa, herolè eſt, *quæ ex facultate, quæ læſum corpus gubernat, æſtimatur*. Facultates autem noſtrum obnoxium regẽtes corpus, procul omni dubio à tribus principalibus promanant membris, vt potè à cerebro, à corde, & hepate, ceũ à tribus omnium noſtratum actionum, ſeũ functionum principijs *cum iſthæc tria ſint, vt didiciſti principia; cerebrum quidem functionum earum, quæ ex voluntate oriuntur, cor vitalium appellatarum, iecur verò earum, quæ alimoniæ inſeruiũt, quas, & naturales vocant*; quarum actionum iam memini cap. 18. huius libri. Hæc autem principia in embrione

B triginta dierum ſpatio ità conſpiciuntur, vt in abortibus iuxta ſe locata cernuntur. Quocirca ex his primis principijs *arteriam, & venam, & neruum principia continentia* prodita, *& veluti elementa eius phyſiologia, quæ de homine inſtituuntur ponenda eſſe* patet: Cum à cerebro per neruos ſenſatio, & motio conficiatur, à corde verò per arterias, & pulſatio, & facultas vitalis extendatur; Sicuti ab hepate per venas nutritio prodit. Ea propter *ex vena, arteria, & neruo contextæ ſunt omnes animalis particulæ*. Verùm potiſſimùm *ex arteria, vena, & neruo, muſculi irrigantur*. Tamen à cordis facultate animoſa iraſcibili quoque appellata totum gubernatur corpus, ſine arteriarum virtute, cum ab imminẽti aliquo, ac terribili vitæ noſtræ periculo, illius facultatis animoſæ auxilio, audacter noſtrum reparare deuincimur corpus. Inſuper à cerebri ſanè facultate principi totum humanum regitur corpus, abſque neruorum ope, vel facultas imaginatrix, ſeù rememoratrix, vel intellectiua potentia, ſiue ſpeculatiua, ſiue factiua, ſiue actiua fuerit. Morbi ergo ſanguinea magnitudo ex parte cuiuſcunque harum facultatum læſæ comprehenſa emergere poteſt, vel ſit quo ad copiam, aut qualitatem, ſiue impuritatem, aut motum determinatum: vel ſit præſens, aut incipiens, ſeu imminens. Ac tunc operæ pretium eſt perpendere, vt magnitudo hæc propria perfectè ſit per ſe, propriè, & proximè vrgens, eſſentiali vrgentia primò tollenda, lethali, vel valdè hominis animales offendente actiones; vt etiam conſequenter, per ſe, propriè, proximè, vbiq; ſem-

Gal. de fœtuum format. c. 3. & li. 1. de ſemine c. 9.
2. Methodi me. c. 5.
7. de vſu part. c. 8. & 16. de vſu part. c. 11.
3. de motu muſcul. c. 2.

C per, & ſua natura ſanguinis eductionem indicet. Ac ipſa quidem in morbis malæ conformationis, & intemperamenti cum materia cruenta ineſt. In morbis autem ſolutæ vnitatis magnitudo iam facta præſens; nulla quidem quo ad ſuccum ſiue ſanguinea, ſiue cacochyma inuenitur, ideo ea impropria magnitudo vocatur. At verò in vulneribus, & vlceribus magnitudo non dum facta, & imminens, ſeu incipiens ventura, tum ſanguinea, tum cacochyma adeſſe valet propriè, cum ea à ſucco promanet eripiendo, hinc etiam propriè, per ſe, & proximè illius ſucci, tanquam eius cauſæ immediatæ venturę impedibilis magnam inſinuat euacuationem; non tamen propria eſt vndiq; perfecta, quoniã eſſentiam vrgentem minimè continet, tum quia ea quo ad ſuccum vrgẽtia non reducitur ad actum, immo in alterius naturam delabitur: Eanq; ſanè ob cauſam nullam vrgentiam actu primo adimendam obtinet magnitudo ipſa, nec lethalem, nec admodum noſtras lędentem actiones, neque vllam vrgentiam eſſentialem quo ad ſuccum perſpectam poſſidet, nec ſanguineam, nec cacochymam. Quę res ſicuti in ea magnitudine deficientes ſunt, ita ad magnitudinem morbi perfectè propriam conſtituendam certè requiruntur.

CAPVT XXI.

D

Vnicum venæ ſectionis, ſeũ ſanguinis eductionis, indicans quidem eſſe, tamen alia plura perpendenda ſunt; quæ libro ſequenti dilucidare polliceor.

CVm autem hactenus, hoc in libro, vnum tantum eſſe demonſtrauerimus, quod venę ſectionem, aut ſanguinis miſſionẽ exactè propriè indicat. Plures nihilominus ponderare ſcopos deuincimur, ſi tutò, citò, iucundè, ac feliciter ſanguinis miſſionem adminiſtrare velimus. Quandoquidem tametſi morbi magnitudo ſanguinea enarrata adſit, vel pręſens, vel incipiens, aut imminẽs vt principale indicãs, vel quo ad copiam, aut qualitatem, ſeũ impuritatem, aut motum; non tamen perpetuò ea exiſtente indicante, venam ſecare audemus; quoniam interdum aliquid adeſt tale præſidium agendum prohibens, & contraindicans vocatur. Quocirca antiquiores Medici ſcriptores, cum de venę ſectione tum ſimplici, tum ad ſanguinis mittẽdi copiam, relata, verba fecerint, multos quidem recenſent ſcopos neceſſariò ſemper ponderandos, priuſquam hoc remedium admini-

miniſtrandum ingrediamur ; Quos tamen omnes Galenus adamuſim ad duos tantum præcipuos, & maximos perſtringit ſcopos, inquiens. *Cæterum primi, principiſque mittendi ſanguinis ſcopi ſunt, morbi magnitudo, & laborantis robur: & hanc eſſe primam, dicendum eſt, ſyndromen, non plethoricam; in illa enim* ſyndrome ex parte tum magnitudinis ſanguineę, tum virium roboris, *& hæc* plethorica *comprehenditur, vt quæ morbi magnitudinem adaugeat*, vt lib. 1. capite 9. oſtendi, vbi nanq; adeſt virium conſiſtentia, & magnitudo morbi ſanguinea augeſcens, ibi etiam ſanguinis redundantis, eam magnitudinem augentis, ſignum diagnoſticum neceſſariò habetur. Ac etiam quoties morbi magnitudo ſanguinea ſit, etiam conſequenter ex neceſſitate ſanguis peccans, vt cauſa gignens, & augens eam magnitudinem, erit. Vndè morbi magnitudo ſanguinea, vt indicans princeps inſpicitur. Virium autem robur permittens pręcipuum inuenitur, nec non ſimul ſignum plethoricę coindicantis introſpicitur. Sed virium robur, & magnitudo morbi ſanguinea per accidens talia ſigna ſunt. At verò quandoque magnitudo ſanguinea reperitur, ſimulque plethorica nihilominus, aliquo externo errore, per accidens, virium robur deſideratur, vt in amplexu Veneris contingere ſolet. Quocirca tametſi vnicum indicans pręcipuum ſit, attamen in eo pręſidio adhibendo, multa alia diligenter conſideranda ſunt, nimirum, & coindicantia, & permittentia, compermittentiaque, & repugnantia, ſeu prohibentia nuncupata, ſimulque comprohibentia; Nam quoties ipſa repugnarint, aut nihil ſanguinis educendum eſt, aut paucus eſt mittendus ſanguis; Sicuti vbi magnitudo morbi ſanguinea, & permittentia vna conſpirauerint nullum venę ſectionis moliendę impedimentum adeſſe poterit; Et ſi copioſior ſanguis extiterit, tunc etiam maior coindicans erit. Eanque ſanè ob cauſam huius auxilij ſcopi compoſiti conſpicuè apparent, ex indicanti principali, & ex permittenti pręcipuo, & ex prohibenti, ſeù contraindicanti, necnon etiam ex coindicantibus, compermittentibus, & comprohibentibus: De quibus cunctis lib. ſequenti agam.

A

4. Meth. c. 8. & de curat. per ſang. miſſ. c. 9.

B

Finis Libri Secundi.

DE MOR-

DE VRGENTE MORBI MAGNITVDINE SANGVINEA

Sanguinis eductionem per se indicante

Ad quantitatem, ad modum, ad locum, & ad tempus sanguinis mittendi relata.

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Vt exquisita mensuræ, modi, loci, ac temporis missionis sanguinis notitia habeatur ne dum indicantis, verum etiam coindicantium, permittentium, compermittentium, prohibentium, & comprohibentium certam esse necessariam cognitionem tradendam demonstratur.

A CVm nulla indicatio rectè administrari valeat, nisi prius eius quinq; exactas possideamus dignotiones, nempe quę nam sit, quanta executioni mandanda sit, & modus, locus, ac deniq; tempus, quibus accuratè eam adhibere indicationem debeamus: Ideo diligenter magnitudine morbosa sanguinea, sanguinis missionem per se vbiq; & semper, sua natura indicante, quidem explorata; Nunc eandem magnitudinem ad sanguinis detrahendi mensuram, copiamùe, modum, locum, atq; tempus spectantem, indagare ęquum erit. Copiam dico maiorem, seu minorē; modū vero, an vnica vice tantùm sanguinis missio molienda sit, vel pluribus potius vicibus, aut vnico die, aut pluribus executioni mandanda sit, præterea celeriter &c. vbi parcè, ac vbi nihil administranda sit, prohibentis gratia. Pro quarum speculatione cōtēplor nos semper tria generatim ponderare debere; nimirum indicans, & coindicantia, permittens, & cōpermittentia, atq; prohibens vnà, & cōprohibentia sanguinis eductionis. Nā prout indicans sanguineum magis, & minùs peccauerit, maiorem quoq; ac minorē sanguinis quantitatē vacuādam postulabit, quatenus indicās id vel copiosum, seu intemperatū, aut impurum, vel fluens quidē intensionis maioris, seu minoris existimatur. Insuper in eo, vt coindicantia maiora, seu mitiora sanguinis detractionis reperian-
B tur; maiorē quoq; seu minorem sanguinis mensurā coindicabūt. Præterea sicuti aliàs prohibens, atq; cōprohibentia quātitatem sanguinis maioris, seu minoris prohibitionis esse valent; varij ēt modi eductionis causa quoq; esse possunt, quo ad plures vices mittendi sanguinis maioris, ac minoris quantitatis, pro qualibet vice, quo vsq; per vices quantitati sanguinis detrahendi ab indicante, & à coindicantibus indicatæ satisfaciamus, postquam vnica tantū vice prohibentis, & cōprohibentiū culpa, ei satisfacere nequeamus. Cū itaq; sanguinis mittendi nobis notior, declaratuq; facilior quantitas sit, quā modus, locus, atq; tempus sit; Proinde prius de his maiori, & minori sanguinis mittendi copiæ deseruientibus, agam. Eanq; sanè ob causam penitiori studio, coindicantia vnà cū indicante sanguinis missionis amplioris, seu minoris, simulq; permittens, atq; compermittentia, & prohibens vnà cum cōprohibentibus explorare cogor. Prius ergo mensuræ maioris, ac minoris sanguinis educendi indicantia, & coindicantia dilucidanda veniunt. Contra-

CAPVT II.

Maioris, seu minoris mensuræ sanguinis detrahendi indicantia, simulq; coindicantia inuestigantur. Hinc coindicantia ipsa omnia examinantur. A quo mensura maior, aut minor sanguinis missionis molē deprehendatur.

A Distantia verò recessus, à statu naturali perspecta maiori, seu minori, tū indicantis, tū coindicantium, maiorem quoq; aut minorem sanguinis educendi mensurā, nos elicere posse,

pro comperto habent. Indicans autem principale per se tale remedium indicans magnitudinē morbi sanguineam vtique esse iam ex demonstratis, satis manifestum esse, reor. Cum autem plures sanguineæ morbosæ sint magnitudines, vt lib. 2. iam vidisti; feras tantum eam magnitudinē à statu naturali magis seu minus recedētem, maiorem, seu minorem sanguinis educendi copiam indicare posse: Ideo Galenus ita hanc sanguineam magni fecit magnitudinem, per se, & proximè indicantem, vt nulla humorum cruditas sit tanta, quanta esse vesit, quæ tale præsidium prohibere possit, vt lib. 2. istius operis iam dictum est. Coindicans verò tale præsidium potissimum sanguinem herele peccantem, seu illius sanguineæ magnitudinis causam syllogisticam assignari debere, iustum est: Nam etsi videatur tantum copia sanguinis habitus plethoricei coindicans esse, Hippoc. & Galeni decreto. Nihilominus sicuti copia sanguinis, vt coindicans ad quantitatē sanguinis educendi refertur: Sic etiam pariter maius sanguinis peccatum cunctis alijs quoq; modis acceptum, nempe tum qualitate, tum impuritate, tum motu maiori, maiorem etiā sanguinis copiam educendam esse, coindicat. Plethoricus namq; habitus sanguinis quidem missionis coindicatiuus est; qui vtiq; dignoscitur à cutis nigredine, à venarumq; latitudine, etsi gracilis habitus esset: vt sanguini melancholico euenit, cuius notæ à Galeno traditæ fuerunt, exarante. *Macri verò, & nigri, & hirsuti vena lata, & interdum rufo colore.* In quibus plurimus sanguis sanè detrahendus est, vt ait Galenus, etsi pluribus vicibus. Mulieri etenim febricula affectæ, per interualla iam 8. mense eius ægritudinis elapso, extenuatissimæ quoq; inappetentiamq; habenti, sanguinem tribus diebus assiduis, singulo die detrahere fecit, quousq; sanguinis vncias 38. detraxerit, integra ipsius mulieris sanitate, iterum accepta. Primò enim die ad lib. 1. ÷ secundo die ad lib. 1. Tertio autem die ad vnc. 8. Cum in ea muliere venæ sanguine præditæ, ac prominentes essent, coloreq; liuidæ; recisaq; vena, sanguis vtique egrediens ita vstus, & cacochymus apparebat, vt colore, & crassitudine liquidæ picei similis inspiceretur. Quod quidem ex stratonico eius Præceptore, ratione, & experimento, rectè operante, Galenum doctum fuisse, mihi visum est. Cum Galenus ipse aliorum experientias sequutus sit, præsertimque suorum Præceptorum. Inquit enim. *Cum vnus Præceptorum meorum, quos Pergami habui Stratonicus nomine, Sabini Hippocratici discipulus venam in cubito hominis secuisset, spectassetque sanguinem crassum, atrumque excerni: postero die rursus parum detraxit, tum tertio die, & quarto similiter parum &c.* Cæterum dubitatu dignum hic est; hunc sanguinem crassum, & atrum copiosum non esse plethora peccantem, immo impuritate excrementosa cacochyma vitiosum; Cui respondendum esse reor hic nos loqui, non de plethora exquisita, ad quantitatem solum spectantem educendam, aucta massa quatuor humorum æquabiliter, sed de quacunque sanguinis repletione, copia peccante, tum ad quantitatem, qualitatem, impuritatem, tum putredinalem, tum excrementitiam, tum denique ad fluxionem relata, vt generalem hic doctrinam supra propositam amplectamur, licet etiam de sanguine impuro copioso, excrementosoque, tam melancholico, tam atra bilari, quam nigro adusto, in venis genito; res intelligatur: post sanguinis generationem, ac per adustionis modum orto; vbi longè plus euacuari debet, quam sanguis biliosus, pituitosus, & serosus: cum sanguinis fex, & limus sit, minùs à sanguinis natura distans, quam biliosus, & pituitosus, atque serosus: nec non magis sanguineam massam coinquinet, quam biliosus, pituitosus, ac serosus. Cæterum præterea habitus plethoricus, qui sanguinis eductionis coindicatiuus est, dignoscitur sanè eò magis, ex rubeo colore, aut ex rubeo, & nigro simul commixto. & 6. epidem. comm. 3. t. 21. ait Hippoc. *sanguinis ex naribus eruptio, vel his, qui subuirides, nigrique sunt, vel rubri, & virides, vel subuirides*, euenit: ibi enim sanguis nedum qualitate, sed etiam quantitate peccans educendus, vt ex Galeno in commen. habetur. Per subuirides Galenus palidos explanat, viridis autem habitus, ex melancholico, & ex bilioso flauo commixtis fit. Rubeus verò sanguinea massa copiosa est. Pariter autem ex venis latis, prominentibus, hinc etiam sanguine plenis difficulter compressioni digitorum cedentibus, talis habitus plethoricus denotatur. Insuper quoque ex habitu, qui nutritus, musculosus, carnosus, carnisque texturæ porositatum densæ, ac duræ sit, manifestatur; Ad hæc autem maior coindicans est sanguis impurus, & excrementosus, qui ex ijs tribus differentijs à Galeno positis prout parum crudus, seu semicrudus, aut plurimum crudus sit, tum ante sanguinis generationem per cruditatis modum genitus, vt pituitosus existimatur, tum post sanguinis generationem in iecinore celebratam, per adustionis modum ortus, vt biliosus, atrabilaris, & melancholicus habetur: In prima enim differentia, cum ibi magna sanguinea morbi magnitudo repletionalis oboriatur, audacter sanguis mittendus, & copiosè: in secunda verò, cum ibi magitudo sanguinea morbi, vel imminens, vel incipiens, seu præsens non ita facilè sit repletionalis: Ideò consideratius sanguis educendus. In tertia vero differentia, cum ibi tantùm magnitudo morbi cacochyma repletionalis adesse possit, vt libro secundo capitulo sexto dictum est: hinc nulla sanguinis missio vacuatiua molienda est, nisi morbi copiosa sanguinea sit magnitudo fluens: Quod quidem his verbis Galenum statuere voluisse, liquet. *Nam quoniam alij priùs quam ad exactam sanguificationem nutrimentum peruenit, veluti semicocti sunt, alij prorsus incocti, crudique, alij paulò absunt à sanguinis forma. Rursus alij sanguinis faciendi, siue (vt ita dicam) sanguifi-*

cationis

Coindicās missionem sanguinis sanguis herele est, peccans, tum copia, tum qualitate tū impuritate, & motu & quiete.

Et sanguis his omnibus modis peccans magis, & minus, sic ēt maiorem & minorem quantitatem sāguinis detrahendā coindicat.

Sanguinis peccantis notæ.

Galenus vnc. 38. sanguinis detrahere fecit, ter, tribusque diebus, semel in die, cum ibi tales notæ fuerint sanguinis nigri tal venis facti.

Galenus id, à suo Præceptore stratonio faciente, doctus est.

Dubium.

Solutio.

Habitus plethoricus sanguinis eductionis coindicans habetur. Habitus plethorici notæ.

Habitus plethoricus exactè; à quibus notis dignoscatur.

Quomodo sex cruditatum differentiæ à Galeno 4. de tuenda sanitate c. 4. positæ: sint aut nō sint, vt sanguis excrementosus aut minus coindicans sanguinis missionem. Tertia differentia cum omnino cacochyma fit, ... est sanguinis missionem.

A

Lib. 1. c. 11.

Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 18.

Hipp. 4. de vict. rat. in mor. acu. t. 29. t. 35. 36. & t. 74. Gal. iisdem locis. & 9. met. c. 5. & c. 6. & 1. ad Glauc. c. 15. Locis citatis supra.

De cur. rat. per sang. miss. c. 21. 3. de loc. aff. c. 6.

B

6. Epidem. com. 3. t. 29. &

2. de cōpo med. 5. loc. f. 334. A. & F. & 431. D. Lib. de atra bile cap. in fine.

De cur. rat. per sang. miss. c. 21.

C

9. Meth. c. 6. & 1. ad Glauc. cap. 15.

D

4. de tuenda sanit. c. 4.

Ibidem.

4. de tuend. c. 4.

A *cationis veluti vltima pars, qui vtiq; exceſſu caloris proueniunt: quorum alij paululum, alij plùs, alij plurimum à ſanguine receſſerunt. Vbi paululum vel citra ſanguinem reſtitutum, vel vltra proceſſum eſt, audacter mittendus eſt ſanguis; vbi plus conſideratius eſt agendum; vbi verò plurimum in his nullus omninò mittendus eſt*. Inſuper etiam ſi in prima, aut ſecunda differentia à Galeno ſtatuta ſanguinem impurum, & excrementitium accipiemus, maiorem melancholici ſanguinis menſuram educere cogimur, quam in bilioſo, & pituitoſo, & maiorem in bilioſo, quam in pituitoſo, vt lib. eodem c. 21. videbis. Ad coindicans vlterius ſanguinis emiſſionis ſæpe molitæ conſuetudo refertur, cum ex Hippocratis decreto conſuetudinem quidem naturam aduentitiam iam ex pluribus, & frequentatis actibus acquiſitam eſſe, habeatur. Vnde Diuinus ſenex medicinalibus monumẽtis, his verbis prodidit. *Qui ſtatis temporibus ſanguinẽ perfundunt ſiticuloſi hi. Difficiles & exoluti ſi non profuderint, epileptiſi moriuntur*. Idem quoq; alio in loco ſtatuit. Nanq; à copia ſanguinis comprimẽte ſpiritus calidi innati, & animalium facultatum, ſuffocanteq; et vertigines, & aphoniæ paraplexie, & apoplexiæ oboriri poſſunt, vt ait idem Hipp. Locum verò hunc Hippocratis primum explanando Galenus exarauit. *Quibus vacuatio ſanguinis conſueta retenta fuit, his morbos fore plethoricos manente ipſo, ad eas corporis partes, quæ retentis exeretionibus propinquæ ſunt, vel ad eas, quæ imbecilliores exiſtunt; particulatim verò de ijs, qui ex hemorrhoide, vt pote excrementis exiſtentibus melancholicis aliunt, vel melancholiam, vel phtiſim, vel hyderum, vel varices, vel cancrum, vel elephantem &c.* efficere poſſunt. Porrò aũt Hippocrates ait. *Ex venis in anno ſanguinem fundere ſolitis aliquantum apparentibus tenebricoſæ vertigines obortæ paruam, ac ſenſim factam partium reſolutionem indicant; Ex quo liberat venæ ſectio*. Vlterius alibi ait. *Largæ ſanguinis ex naribus eruptiones per vim ſuppreſſæ interdum conuulſiones acceerſunt: Vnde liberat vena ſectio*. Ergo ſanguinis excretionis aut à natura facta cõſuetudo, vel ab arte adminiſtrata ſanguinis quidem detractionis coindicatiua reperitur. Iſthæc autẽ coindicantia, ſimulq; indicans, ſicuti magis, ac minus receſſum à ſtatu naturali diſtantem habuerint; maiorem quoq; ſeu minorem menſuram ſanguinis detrahendi coindicant. De ijs autem Auerr. quoque 7. collig. cap. 3. inquit.

B

1. ad Glauc. c. 14. Li. quæ in med. ofconi. 3. t. 20. 1. prorheth. cõ. 3. t. 39. Coacæ prænot. 345. p. 140. 4. de vict. rat. in mor. acu. à t. 23. vſque ad t. 29. 1. pro rhe. com. 3. t. 39.

Coindicãs cõſuetudo ſanguinis detractionis.

Coacæ prænot. 346. pag. 140. ex Foeſ. interpr.

Coacæ prænot. 336. pag. 140. ex Foeſ. ex corna f. 575. & ex Mari nello 278. f.

Coindicãtia allata, pro vt à naturali ſtatu diſtant ita & maiorem copiam ſanguinis detrahendam eſſe coindicant.

CAPVT III.

Maiorem, & minorem ſanguinis educendi copiam ex permittentibus, ſimulq; compermittentibus maioribus, & minoribus promulgandam eſſe oſtenditur. Vnde permittentia, & compermittentia omnia aſſignantur.

C

CÆterùm quoniam ſemper vtiq; vacuatio ad quantitatem, tum ſanguinis, tũ humorum educendam, relata, non à magnitudine morbi ſolum indicante, nec etiã à coindicantibus tantùm, deſumitur; Verùm etiam à virium robore, talem quãtitatem ſucci vacuandam eſſe, permittente; quinimmò quantitatem eam educẽdam, pro quacunq; vice perſpectam, ad naturæ virtutes validas, duntaxat, nihil verò ad indicans, neq; ad coindicantia ſpectari debere, pro comperto habetur: Natura enim ipſa primũ quidem agens corporeum, primuſq; motor corporeus ſalubris actionũ noſtrarum inuenitur Hippocratis ſententia, Galeniq; confirmatione, qui primò, & per ſe ſanat, vt primus ægrorum medicus eſt, vt li. de med. certi. iam ſatis demonſtraui; Cuius naturæ vires validæ potiſſimum ſemper reſpiciendæ, ac manutenendæ, ne dum ſanè præſentes, at verò & venturæ vſq; ad morbi ſtatum vniuerſalem perdurantes, vt ait Galenus, nec non pondus copiæ ſanguinis, morbiq; magnitudinem ferentes, quouſq; vniuerſalis morbi vigor perdurauerit. Neq; obijcias, ſi dixeris, quantitatem ſanguinis educendi, à morbi magnitudine ſanguinea quidem capiendam eſſe, coindicante quoq; concurrente, nimirum copia ſanguinis, tanquam cauſa magnitudinis morbum augente, ipſamq; magnitudinem excitante, vt ex Galeno elicitur. Quandoquidẽ naturæ uires ualidæ, aut non ualidæ, aut mediocres, ſunt illæ ſanè principales, quæ ut permittentes quantitatem ſanguinis mittendi, procul omni dubio, ad uicem detractionis ſanguinis relatã, uel inſignem, uel paucã, ſeu mediã coindicant quatenus permittentes ſunt. Magnitudo aũt morbi ſãguinea maior, ut indicãs, & ſanguinis copia ut coindicans unà cũ ea magnitudine quantitatem hercle ſanguinis educendi indicat, & coindicat non certè unica uice educendã, ſed quo ad integrã ſanguinis detrahendi copiã, ad hanc magnitudinẽ demendã, ſiue una uice, aut pluribus uicibus, uel uno die, ſeu pluribus diebus, ea copia integrè tuacuanda educetur. Verum cõpermittens profectò ætas reperitur florida, non tñ abſolutè, ſed in eo, ut in ea ætate florida naturæ uires, naturaliter uigeãt, ut ex Galeno elicitur, & Hippocrate: Galenus etenim ſeptuagenario uenã ſecuit, nõ aũt ſexagenario, cum ſeptuagenarius ualẽtes uires habuerit, ſexagenarius aũt minimè: Nihilominùs uiribus æquè ualentibus ſanguinis miſſio utiq; ad quantitatem cõparata; maior ſemper permittens in ætate florenti erit, quam in ſenili, ut ſignum uirium roboris maioris, maiorq; ne in ſexagenario, quam in ſeptuagenario: ſicuti etiam uiribus ualentibus æqualiter, perpetuò maior ſanguinis copia peccans, ut coindicans maiorem ſanguinis copiam etiam compermittet, ut coindicans eſt. Cæterum aduerte licet Galenus tantum poſt annum decimum quartum ætatis

D

Hipp. 1. aph. 3. & 4. de vict. rat. in mor. acu. t. 19 & t. 25. Gal. lib. de cura rat. per ſang. miſſ. c. 13. & alibi vt 1. ad Glauc. c. 14. 9. Meth. c. 13. 3. de criſibus c. 6.

Lib. 4. de vict. rat. in mor. acu. t. 19. & 25. & 74 & Gal. lib. de cur. rat. per ſan. miſſ. c. 13.

Hipp. 4. de vict. rat. in mor. acu. t. 25. & 26.

Cogens.

Quantitas educẽda pro quålibet vice, ad virium robur tantum pertinet.

Vnde virium robur principale permittens eſt miſſionis ſanguinis.

Obiectio.

Solutio.

Ætas cõpermittens eſt ſanguinis detractionem, non tamẽ abſolutè.

laborantium venā secare permiserit: tamen alij adeò magni fecerunt sanguineā morbi magnitudinem per se indicantem, in peracutis morbis, vt ēt pueris venā secuerint, maximo emolumēto, vt infra dicam. Verū cōpermittens præterea, aer quidē ambiens inuenitur, vt causa sine qua non: si in caliditate frigiditate, siccitate, & humiditate tēperatus, & anni tempus, seu cœli status temperatus fuerit. Quatenus itaq; aer ipse magis, seu minus tēperatus habetur, sic ēt maiorem seu minorē sanguinis educendi mensuram, à maiori, seu minori magnitudine sanguinea indicatā, & à coindicantibus iam statutis coindicatam; & à permittentibus allatis permissam perpetuò compermittent, vt infra magis patebit, cum de aere intemperato nos ambiēte sanguinis copiosè detrahendi prohibente, seu comprohibente verba fecero. Deniq; videtur aerē tēperatū, locumne tēperatum, plus sanguinis missionem cōpermittere; quā pueri ętatē prohibere, quoties morbi magnitudo sanguinea valde acuta, ac vehementer magna fuerit: eo, quia ex Antiquis habetur. *Locusq; natura temperatus, & pueri natura sit e cucinna detrahito sanguinem. Et impensius vbi pericula insideant, aut pulmonis, aut angina, aut lateris, &c.* De his etiam Auerr. 7. coll. c. 3. dixit.

Aer ambiens & peratus etiam compermittens est.

Aer tēperatus plus compermittens est, quàm ætas puerilis cō prohibens sit.

A

4. de vict. rat. in mor. acu. t. 29. & 9 Meth. c. 14. & c. 15.

Lib. Galeno ascributo præsagium experientia cōfirmatum cap. 4.

C A P V T IV.

Sanguinis eductionis tum absolutæ, tum copiosæ moliendæ prohibentia, simulque comprohibentia promulgantur.

B

PRohibēs aūt principale sanguinis eductionis, calidi innati quidem, seu primogeniti, cordiq; implantati, ceu primi corporei agentis salubris per seq; sanantis vires nimbecillæ existimantur; quæ vtiq; à pulsuum debilitate, angustia, inanitioneue, & humilitate, inæqualitateq; pātefiunt: sicuti ē contra ait Gal. *Detrahes aūt primū, vt summū ad eotylam vsq; Quod si postea perpendenti vires permanere validæ videantur dimidium eius adijcies, reiterata missione: Didicisti aūt vehementi pulsui, cū æquabilitate tanquā minimè fallaci viriū robustarū signo fidem semper habendā esse, ex abundanti aūt & magno. Itaq; & septuagenarÿs modo dicti adsint pulsus, si affectus inbeat, venā secabis.* Hinc Galenus in ea Mattona Romana sanguinis sputo magno vexante ob virium imbecillitatem venā minimè secuit: Verùm tantùm clymate acri, frictionibusq; tū prius cruribus, tū postea manibus admotis, reuulsionē, ac deriuationē administrauit. Hinc inedia insigni præcessa duorū, triumue dierū, vt illi Matronæ Romanæ vsu venit, quæ vires valdè profligat, sanguinisq; eductionē prohibet. Ideoq; Veneris cōplexus ēt sanguinis missionē, venæ sectione, moliendā prohibet, eadē de causa: Vnde inde Auicennas ait. *Et post balneū re solutiuum virium, & post coitum* à sanguinis detractione abstinendū, cū virium tum naturaliū, animalium, tum q; vitalium plurima dissolutio contingat, Arist. sententia: Alexander ēt Aphrod. inquit *coitus destructiuus est viriū:* Idemq; Galenus: Verū Auicennas præsertim testatus est, vt spermatis quælibet gutta, è corpore egrediens, plus corpus imbecille reddat, quā si quadragesies tantus ægrederetur, ex eo corpore, sāguis. Per horas itaq; duas, & septuaginta cōtinuas, post Veneris vsum semel tantum actum, vena tectè secari valet, vt reor, vt eo tēpore triduano vires antea prostratæ, iterū relarcianatur: emissio.n. seminis spirituum calidi innati vacuatio quidem est. Cum ex Hipp. habeatur. *Venter vacuatus intra tridui spatiū rursus impletur. Quid nā igitur aliud, quā spiritus impleatur: Quidue aliud tam citò implere possit.* Sin error in Venere nō semel, imò pluribus vicibus cōmissus fuerit, tunc tantò magis protogetur, seu procrastinetur sanguinis missio, quanto maior viriū imbecillitas pluribus vicibus facta quoq; fuerit, seruata ea triū sēper dierū interpositione, pro quacunq; vice actus Veneris allata. Cæterū non aliundē cruditatum quoq; copia, sanguine quidē ēt peccante existente, sanguinis eductionē inhibet, nisi vtiq; cum plurima herclè cruditas virium semper imbecillitatē præsentem denunciet, ac ēt venturam, eò, quia ad eam plurimā cruditatem coquendam vires venturæ profectò requiruntur valide quoufq; coctionis illius erudita tis integritas perficiatur. Vltra quòd ēt succi cruditas contra indicans est, sanguinis eductionem cōprohibendo, cū lōgè cruditas à sanguinis forma distet: Non aliunde, itaq; Gal. inquit, *si præcedat ciborū cruditas, tantopere differre venæ sectionē iubebis, quātū satisfacere, tu ad eorū concoctionē, tū vt excrementa descēdant.* Quod ex Hippo. habuit. Præterea cōprohibens ætas vtiq; est, tū pueri lis, tū senilis. Puerilis quidē ante decimū quartū annum Galeni sententia, & si Auicenna existimatione, ante annū duodecimum tantū: Auer. vero 7. coll. c. 3. vsq; ad sextā dūtaxat septimanā, ex sententia Abumeronis Auenzoaris vt 7. coll. c. 1. ēt patet, tale remediū prohibeatur venæ sectione agendū: Ante etenim hunc 14. annū Pueri cū propè genituram fiat, suo humido radicali tenello, suoq; plurimo calido innato sua substantia, aereo suauissimo, valde vaporabili, pingui, ac oleoso, nec nō admodū dissolubili, per corporis habitū rarum, mollē, laxumq; Insuper partibus solidis nondū in suo robore naturali cōpleto cōfirmatis, quibus oīa corporeą opera tribuit Hippo. vt lib. de med. certitud. iā dictum à me fuit; si itaq; ante hunc annū 14. seu saltē 12. pueris venam pertunderemus, non amplius herclè vires validæ perficerentur, hinc toto eius vitæ decursu Pueri viribus nō ita validis inuenirētur, vt requirerētur. Senilis verò ætas, vt signū viriū imbecillis cōprohibet. Attamē seni septuagenario validis viribus reperto Gal. venā secuit, vt ante dictū vidisti. Vlterius cōprohibens quoq; totius corporis albus, obesus, ac mollis habitus Naturæ, obesa, rara, & mollis, paucisq; sanguinis, vt pote habitus pinguens, albus, laxus, rarus, mollis, & gracilibus

Vires imbecilles, prohibens principale. sanguinis eductionem. A quibus notis hoc prohibens elucescat.

Obi[illegible] prohibentis præsentiam; reuulsionea, loco euacuationis sāguinis, conueniunt: vt Galenus in ea Matrona Romana fecit ex Hippoc. sententia li. de humoribus p. 18. ex Foesio. Veneris vsus cō prohibens conspicitur simili causa. Nota post veneris vsū pro quacunque vice, ē tum triduo vires resici Hippo etiam sentētia. Cruditatis com prohibentes, sanium rationa sunt.

De cur. rat. per san. miss. c. 6. vbi quamplurima incōmoda enarrat, quæ ex venę sectione, viribus ditatibus in toto corpore existentibus moliatur superuenētibus vt est 9. Meth. c. 10. fecit, vt ego ponam c. 9. & c. 21.

4. de vict. rat. in morb. acu. t. 29. & 12. methodi. 14. & 21. Meth. c. 23. & lib. de cur. rat. per san. miss. c. 13.

Cur Galenus sē tum pueris annum 14. agenti bus venā secuit sola ratione du ētus.

Comprohibens quoq; habitus frigidus ac humidus pituitosus, aut obesus, & gracilis.

Hipp. 4. de vict. rat. in morb. acu. t. 19. & 25. & 26. & 74. & 12. Meth. cap. 14. & 1. Meth. c. 21. Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 6.

5. Met. c. 13.

C

Lib. 1. f. 4. doct. 1. c. 20. 4. Problem. & de [illegible] Lib. de Anima. Lib. de semine. Lib. de animalibus.

Aristo. 1. de gen. Ani. c. 20. Lib. de flatibus 279. & Foes.

4. de tuen. san. c. 4. & 1. & 12. Meth. c. 14. & 13. Meth. c. 21. & li. de cur. rat. per sang. miss. c. 20. & cap. 21. & 22. Methoc. 1.

D

9. Meth. c. 5. 4. de vict. rat. in morb. acut. t. 36. 8. Meth. c. 4. 4. de vict. rat. in morb. acu. t. 19. Lib. 1. f. 4. doct. 5. c. 20.

3. de loc. aff. c. 6. 9. Meth. c. 14. 9. Meth c. 5. 1. ad Glauc. c. 14. De cur. rat. per sang. miss. c. 6.

A cilibus venis, anguſtiſq; humilibus, inanibus, facillimèq; digitorũ cõpreſſioni cedentibus. In hoc enim habitu ſanguis nullatenus eſt mittendus; Aut ſi eum morbi magni, ſanguine motu peccante, ſeu impuritate peccante gratia detrahere cogamur; tunc vtiq; non niſi parcè educẽdus eſt, vt ex Galeno habemus talem mulierũ habitum exarante, hoc modo. *Quæ albidiores ſunt, atq; ſanguinem aceruare tenuem ſolent. Quocirca adhibitis ſcarificationibus maximè iuuantur: At quæ nigriores ſunt, ſecta vena curato; craſſiorẽ. n. ſanguinem, ac magis melancholicum colligunt:* cuius ẽt rei meminit Galenus de cur. rat. per ſang. miſſ. cap. 14. *quo ad corporis habitus in candidis, & quibus mollis, teneraq; caro eſt, quales Galli ſunt.* Habitus porrò frigidus, & ſiccus, qui plethorico habitui opponitur, idẽ cõprohibet, faciendũ eſſe. Habitus itẽ pituitoſus idẽ facit, ac ſanguinis exiguitas: Et quicunq; corporis habitus carne, & cute rara, molli, laxa, anguſtiaq; venarũ idipsũ cõprohibet. Ad huc verò cõprohibẽs quoq; aer ambiens, ac inſpiratus extremè calidus, & ſiccus, vel frigidus, vt in anni, vel cœli ſtatu calidiori, & ſicciori, ſeu frigidiori, pſertimq; in pueris, qui facilè ſuis viribus diſſoluũtur. Cũ Galenus, ex Hippocratis mente, hunc aerẽ extremè intẽperatũ, ita magni fecerit, vt hunc in modum artem medicã illuſtrauerit, inquiẽs. *Verùm, vt nihil deſit, edyciam, & eum, qui ab ambiẽte nos aere deſumitur ſcopũ cũ fuerit abundè calidus, & ſiccus, ita vt citò ab eo corpus euaporetur. Nẽpè nunc à ſanguinis miſſione abſtinemus, ẽtſi morbus fuerit magnus, vigenſq. ætate homo,* & alibi ait, *ac nihil*
B *probibeat eorum, quæ de ſeccanda vena retulimus, ſicuti, vel anni tempus, vel regio, in qua extremus calor, aut frigus,* lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 14. ait. *ſub cane ſimiliter etiam in regionibus, in frigidiſq; tum temporibus, tum locis largam euacuationem fugimus propter inſequentem refrigerationem.* Deniq; comprohibens etiam ſaltem integram, celeriterq. factam ſanguinis miſſionem eſt, ægros non eſſe conſuetos ad ſanguinis miſſionem ſubſtinendã, vbi alia plura talia prohibentia ſtatuit, à me in hoc lib. c. 19. poſita. Tandem 1. ad Glauc. c. 14. cum ſudores maximi, vigiliæ vehementiſſimè dolores ingẽtiſſimi, in qbus vires ægroti debilitãtur *cauenda ſunt ſubita, & multa vacuationes.*

1. ad Glauc. cap. 14.
Lib. de cur. per ſang. miſſ. ca. 1.
1. ad Glauc. c. 14.
1. ad Glauc. c. 14. & etiam 9. meth. c. 5. & ca. 14. & 11. meth. c. 11. & 11. met. c. 14. & 4. de vic. rat. in m. acut. 4. 19.
4. de vict. rat. in mor. acu. t. 19.
11. Meth. c. 11.
1. ad Glauconẽ c. 14.

Habitus frigidus & ſiccus cõprohibens.
Aer ambiens ſimulque inſpiratus, intemperatus valde, cõprohibens repetitur.
Homines aſſueti nõ eſſe, ad ſãguinis miſſionem, comprohibens eſt, ſaltem amplam ſanguinis vacuationẽ.
Sudores maximi item.

C A P V T V.

Dubium ſoluitur cur cruditatum copia ſanguinis miſſionem prohibere nequeat, vbi morbi magnitudo ſanguinea fuerit, & ſi alijs modis comprohibeat.

C Æterùm, ex iam dudum ſtatutis, quatuor dubitatu digniſſima inuenio: Quorũ primũ eſt, cum iam dictũ fuerit; cruditates copioſas comprohibentes eſſe venę ſectionẽ; nihilo ſecius Gal. ait alio in loco. *Morbi itaq; magnitudo cum virium robore primi erant mittendi ſanguinis ſcopi &c. quibus ambobus ſcopis præſentibus conſtat, vt ante diximus, nullã eſſe crudorum humorum tantam, talenq; plenitudinẽ, quæ hoc inhibere auxilium poſſit.* Cui reſpondeo cruditatum copiam multifariam accipi poſſe, vt in opera de cruditatibus rectè curãdis à me facienda (ope diuino fauente) introſpicere poteris, nẽpe vel abſolutè aſſumptã, aut relatã ad cruditatũ ſpeciem, ſeu locũ, vel ad morbi magnitudinẽ cacochymã, ſeu ſanguineã. Quãdoquidẽ cruditatum copia abſoluta, ſanguine probo vero exiguo exiſtente, neutiquã ſanguis educendus, cũ à ſanguinis natura plurimũ diſtet; In oppoſitũ verò ſanguine plurimo exiſtente, crudis verò ſuccis exiguis exiſtentibus, audacter ſanguis mittendus, ſi occaſio poſtularit: æquè autem peccantibus; & ſanguine, & humoribus paulo conſideratius eſt agendum: quia, & ſanguinis miſſione, & humorum purgatione tunc egemus: vel copia crudorum pituitoſorum ſit, aut acrium, ſeu mordacium. Ait. n. Galenus. *Inſpicere verò & quantitatem cõueniet, vt verbi gratia, ſi bonus ſanguis exiguus ſit, reliquus verò ſuccus plurimus, vtiq; in his abſtinendum à ſanguinis detractione eſt; ſin is quidem exiguus, ſanguis verò copioſus audacter vena incidenda* eſt. At verò ad cruditatum ſpeciẽ relata copia, & ſi à Galeno duorum generum tantùm ponatur, nimium copia pituitoſorũ in ventriculo læſo genita, vitioq; facultatis chylificatricis læſæ oborta ante ſanguinis generationem; & copia acriũ,
D ſeu mordacium, crudorum excrementorum, quæ poſt ſanguinis generationem procreãtur, vt Galenus inquit: Nihilominus tertij quoq; generis copia inuenitur acrium, & mordacium ſuccorũ ante ſanguinis generationem oborta in ventriculo, per corruptionis modum genita, ſicuti copia primi generis per cruditatis modũ orta eſt: & copia ſecundi generis per aduſtionis modũ facta habetur: Cęterum primi generis pituita omnis cruda, & praua, quatenus prętenaturalis eſt, tum acida, vitrea, & ſalſa, ſeu nitroſa; ſecundi aũt generis ſunt atrabilares, bilioſi, ac melancholici humores omnes, atq; ichores horum humorum: Tertij verò generis bilis vtiq; porracea, ſeu praſſina vocata, & æruginea zinaria quoq; appellata, cuius meminit Hippocrates, inquiens. *Et quibus quidẽ aceti, acres, & æruginoſi humores inſtant, quinã furores, & viſcerũ, ac thoracis lancinationes animiq; abiectio inde oritur.* Quas cruditatum ſpecies in relatione, ad cruditatum regionem introſpicere tenemur, cũ harum cruditatum quatuor ſint loci, ſeu regiones vniuerſi corporis noſtri, nẽpè primæ venæ, quæ ſunt venæ portæ propagines, & omnes primæ viæ, à nobis vocatæ, & venę ſecundæ, quæ venæ cauæ ſoboles ſũt; nec non partes ſolidæ, ſimulq; ſpecies carnoſa, ac deniq; cutis; Galeni ſententia, vt loco proprio penitiori ſtudio dicturus ſum. In prima aũt regione oẽs quidem

De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 13.
4. De tuendi ſanit. c. 4.
Ibidem.
Loco citato.
Lib. de priſca medic. pag. 13.
4. de tuẽda ſan. c. 4 & c. 5 & 12. Meth. c. 1.

Dubium in cruditatum copia in morbi magnitudine ſanguinea comprohibeas ſanguinis miſſionem.
Morbi magnitudo ſanguinea, & virium robori iuncta, nulla cruditatũ copiæ venæ ſectionẽ, aut ſãguinis eductionem prohibere valet.
Cruditatum copia vel ſimpliciter, aut in relatione vel ad humorum, ſpeciẽ, aut loci, ſeu ad morbi magnitudinem cacochymam ſiue ſanguineam.
Omnibus ijs modis cruditatũ copia exiſtimatur ad ſanguinis eductionem coarctata.
De ijs duabus bilibus dixit Gal. lib. de atra bile c. 3. & Hipp. coactæ præno. 556. pag. 161.
Cruditatũ quatuor ſunt regiones.
Cur in prima cruditatum regione cruditates tũ corruptæ tum crudæ, tũ aduſtæ facile a natura colligantur.

A horum omniũ trium generum cruditatum ſpecies potiſſimũ ſubſunt, tribus rõnibus, nimirum tũ quia in ventriculo vtriq; primi, ac tertij generis cruditatum ſpecies oriũtur; ſecundi verò generis ſpecies in cauo hepatis, ac in liene inſũt, tũ eò, ꝙ à natura prouida, iſthæc excremẽta in ea prima regione retinẽtur, ceu in loco intimiori, ac ignobiliori, ne ab ijs cruditatib. principales partes lædãtur, ſi hę cruditates priùs, ad venas ſecũdas accederẽt, ac exinde in eas principales partes ingrederẽtur. Deniq; inibi à natura talia excramenta retinentur, vt facilius, per vomitum, ac per ſeceſſũ ab ipſa natura expelli poſſint; Dum itaq. aliqua earum cruditatum cruditas copioſa, in eo primo loco exiſtit. Nullatenus per venam cubiti, neque per venam cruris ſanguis eſt mittendus: cum illa cruditas in ſecundas venas raperetur, tuncque ſanguis, quo aluntur omnes corporis humani partes, coinquinaretur. Vnde ex quo neceſſario malo ſanguine, cruditate aliena coinquinato, nonniſi malè totum quoque corpus alteretur; hinc etiam calor, & ſpiritus influens ſanguinis, tam venarum, quam arteriarum, læderetur, quo læſo, procul omni dubio, calor etiam, & ſpiritus primogenitus cordi implantatus, cui omnia corporea opera tribuit Hippocrates offenderetur, ac etiam conſequenter, omnes partes, quibus calor is cordis accomodatus eſt, vt libro de medicinæ certitudine iam dictum eſt, ſecundum earum virtutes, & functiones obnoxiæ fierent: Sin cruditas ad partes principales accederet, mala quoque ſymptomata oborirentur, ac denique mors etiam ſubſequi poſſet: Hinc ſummo iure ait Galenus *ſanguis bonus exiguus ſit* in genere venoſo *crudi humores plurimi* in prima regione adſint *huic nec ſanguis mittendus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut omninò motus, aut balneum adhibendum: Quippe inciſa vena bonum ſanguinem emittit, malum, qui in primis maximè venis circa iecur, & quod meſentereum vocant colligitur, in totum attrabit corpus*. Quocirca Celſum inuenio malè aſſerentem ſanguinem cucurbitulis ſcarificatis educi poſſe tuto, *etiam, ſi in medio febris impetu, etiam ſi in cruditate adhibeatur*; cum ne dum cucurbitulæ ſcarificatæ in cruditatibus propoſitis non conueniant. Verùm nec etiam ſiccæ attrahentes, quinimmò vt ait Galenus. *Eadem de cauſa nec exercitare, nec omnino mouere, ſed nec lauare expedit*, nec fricare *eos, qui in primis crudorum copiam habent: ſi quidem omnes id genus motus ſuccos illos in totum corpus agunt*. Verùm potiſſimum omnia iſthæc cauenda, vbi bilis praſſina, ſeu zinaria, in ventriculo fuerint, ac maxime Zinaria, quæ adeò venefica eſt, vt febrem efficere nequeat. Nam priùs quam ipſa putreſceret, hominem vtique interficeret: vt Auerrhoes ait, & Auicennas, vt Sauonarola etiam aduertit: *etſi etiam vbi aliæ cruditatum ſpecies in ea prima regione fuerint: idipſum putandum eſſe*, par eſt. Cęterum vbi cruditates copioſæ in venoſo genere ſubeſſent, ceu in ſecunda cruditatum regione: tunc etiam diſtinguere cogimur, an in aliquo viſcere ſeu parte hæ cruditates, vnà cum ſanguine commixtæ, vel in obſtructione, aut inflammatione, tum propriè dicta, tum non propriè vocata, dum in venulis extremis inſunt: tunc enim venæ ſectio competit, vt lib. præcedenti iam demonſtratum eſt: pariter ad putredinem adimendam humorum in his venulis contentorum vena ſecanda: Non minùs autem, ſi vnà cum ſanguine, ſecundæ regionis cruditates calidæ eſſent, ſeu atræ, vel flauæ, ſeu ſalſæ ſanguineque motu, vel fluxione peccante, exiſtente, ad aliquam partenque læſam, tum principalem, tum non principalem accedente, ſanguis vtique per venam ſectam reuulſionis, ſeu deriuationis gratia, educendus erit, morbi magnitudine ſanguinea indicante: At verò ſi cruditates in ſecunda regione fuerint nempe in venis magnis ſpeculari tenemur, an ne ſanguis potiùs excrementoſus ſit, ſiue bilioſus, ſiue pituitoſus, aut melancholicus, ſeu atrabilaris, vel ſeroſus ſanguinis eductione euacuandus fuerit, vt impurus, atque excrementoſus, quod profectò ſi contingat, vbi cruditates exiguæ habeãtur, tunc enim ſanguis educendus. An potiùs cacochymia ſit, vel biloſa, ſeu pituitoſa, ſeu melancholica, ſiue atrabilaris, ſeu aquoſa tantùm ſolutiuis pharmacis expellenda; vel an vtroque modo ſuccus peccauerit; tum venæ ſectione, tum cacochymiæ purgatione vacuandus. Si autem cruditas magnitudinem cacochymam morbi efficiat, tunc omninò à venę ſectione omnino abſtinendum: cuius meminit Galenus inquiens, *ac nihil prohibeat eorum, quæ de ſecanda vena retulimus, ſicuti vel crudi humoris copia &c*. Verùm enim verò, ſi cruditatis humorum copia vnà cum morbi magnitudine ſanguinea tam copioſa, ac intempetata, quam impura, & fluente fuerit, nõnquam vtique venæ ſectionem, ſeu ſanguinis eductionem à magnitudine allata indicatam, & à virium robore permiſſam, prohibere valet, ſit equidem copia ea cruditarum tanta, quanta eſſe velit: vt toto libro præcedenti oſtenſum eſt. Longè nanque magis morbi magnitudo ſanguinea vrget vbiq; & ſemper, vt ſua natura vrgens, vel vrgentia lethali, aut infelici omnino, vel tædioſa, & ita magis vrget in indicando, quam crudorum copia comprohibendo: tametſi crudorum copia ipſa, minorem ſanguinis copiam educendam poſtulet, pro ſeruandis viribus venturis, quam ea quantitas maior, à magnitudine illa indicata educenda iam fuerit. Quoties enim magnitudo hæc ſanguinea vnà, & virium robur fuerint. perpetuò quidem plus de ſanguine probo ſpiritu pleno erit, quam de cruditate ſuccorum, ſicuti vbi plus de cruditatibus erit, quam de ſanguine, ibi neceſſario vires imbecillæ adeſſe debent vt Hippocrates ait ſi cruditates vnà cum magnitudine ea, & cum virtũ robore valido fuerint, vbi ex parte ſanguinis vacuandi deficimus, humorum purgatione quidem ſupplemus, cum ibi vnà cum ſanguinea magnitudine allata, alia etiam magnitudo morbi, cacochyma ſubſit, per ſe humorum eductionem flagitans: & ſi priùs ſanguis mittendus ſit.

12.Meth.c.3.

B

4.De tuẽda ſan. c.1.

Celſus notatus de cucurbitulis ſcarificatis abutendis in cruditatibus primarum venarum.

Idem ait 12.Meth.c.1.

Lib.2.c.11.

Loco citato.

Auerroes 7.col. c.de cur feb.melancolicæ Auicenn. 1.p.lib 1. c.de humorib.

Sauon.tract.4. cap.10.rubr.14. fol.47.

C

6 epid. com.7. contex.38. & c6 tex.33.& alibi.

Ibidem.

Solutio dubij propoſiti.

D

11.Meth. c. 21.

Ex com. 5. aph. 19.& 7.Meth.c. 12.

Ratio cur vbi magnitudo morbi sãguinea fuerit virium robori annexa magis poteſt in ſanguinis eductionem moliendã Indicando, quã cruditatum copia in comprohibendo.

4. de vic rat.in m acut. t.42. & 43.& 47.

Gal.12.Meth. c.3. & Paulus l. 1.c.17.

4.de tuenda ſanit.c.4.

CAPVT

A

CAPVT VI.

Secundum dubium eneruatur, cur in magna cruditatis copia in Hypoſarcidio ab Hippocrate vena ſecetur, & vbi tota maſſa ſanguinea ita crudefacta eſt vt coagulata inueniatur & nihil fluxilis ſit.

4 de vict. rat. in m. acut. t. 113. com. 4. contex. 111. Idem 4 de vict. rat. in m. ac t. 27. & 28.

Prima Hipp. autoritas ſecundi dubij.

SEcundum verò dubitatione digniſſimum eſſe inuenio, cum Diuinus ille ſenex exararit, in hypoſarcidio, Anaſarca, cataſarcaque etiam vocato, vt hydropum ſpecie prima, quæ vtique, vt ait Galenus, *habitum totum pituitæ crudæ plenum habet*. Nihilo ſecius Hipp. in ea, dicit, *ſi fuerit anni tempus æſtiuum, & viguerit ætas viribuſque fuerit valentibus ſanguinem à brachio tolles*, ergo ſanguinea maſſa tota cruda exiſtente, confeſtim, venam ſecare expedit: quod eſt contra inſtitutum cap. 4. allatum. Sed pro ſolutione contemplor, cruditatem humorum venæ ſectionem comprohibentem, quinque has conditiones poſſidere debere; quarum prima eſt, quòd talis cruditas in ſua ſpecie ita genita, in ortu ſuo fuerit: alia eſt, quod cruditas ipſa ſine ſpirituum commixtione promanet, alia, quòd in ventriculo, ſeu in hepate oborta ſit, altera, quòd ea cruditas virium facultatis coctricis ſit: poſtrema, quòd à ſanguinis ſpecie, & colore valde diſtet. In hypoſarcidio verò, qui vt ait Galenus *habitum totum pituitæ plenum habet*, ipſo iam morbo penitus facto in fine, dum à ſanguine copia peccante, comprimenteque ita ſuffocatus calor hepatis naturalis fuit, vt exinde hepar ipſum non niſi pituitam gignere potuerit: hinc in hydropem ægri incidunt, vt in ſuppreſſione longæ & aſſuetæ fluxionis ſanguinis hæmorrhoidum, aut menſium ſtatis temporib. erumpentis, vt Hippocrates, & Galenus euenire, aſſeuerant. In morbi venturi magni vero exordio, ſanguis copia peccans, grauanſque, & ſuffocans re vera calorem naturalem hydropem non efficit: at verò calorem naturalem hepatis extinguendo, occaſionem præbet, ne amplius in hepate ſãguis gignatur, immo pituita; ex qua deinde hydropos oritur: Vnde ab incũte hypoſarcidio, quo tempore venæ ſectio confert, ne calor naturalis iecinoris extinguatur: tunc non adeſt cruditas copioſa eas quinque conditiones continens: immo plethora, vt ex Hippocrate, & Galeno habetur, his verbis *cum incipit, eget interdum ſanguinis detractione, cum s. ex retentione, vel hemorrhoidum, vel muliebrium, vel ex quapiam, quæ ita plethorica ſit cauſa inceperit, ſanguine eget detractione &c. Si re vera propter plethoram hydropa incurrat, propè ſcilicet ad extinctionem accedente naturali caliditate, vt igni contingit; Nempè vt ignis propè extinguitur, immiſſis lignis tum humidis, tum multis, niſi quis multitudinem ſuſtulerit: ſic & in frigidiore ob copiam ſanguinis, vbi calor natiuus propè extinguitur, præſentiſſimum eſt remedium ſanguinis miſſio, quo tempore periculum ita præbenderit*. De alia pariter Hippocratis autoritate eſt aſſeuerandum, cum ibi ſit plethora, non autem cacochymia; ibi nanque Hippocrates aſſeuerat ſanguinem copia, & craſſitie peccantem, ad partium venas dolore laborantium, à bilis atræ, nec non acrium humorum morſu copioſè attractum: non modo vaſa valdè implere, verùm etiam ſpirituum vias claudere; quocirca ſanguis ita corrumpitur, & priuatur ſuo natiuo calore, ſuaque liquiditate: hinc frigidus, craſſus, & ferè abſque vlla fluxilitate coagulatus manet: veluti in ſemimortuo corpore eſſet; Eamque ſanè ob cauſam, prohibet: quo minus ſpiritus penetrare, ac permeare queat, ex quo ſanè *vertigines, aphoniæ, capitis grauitates, & conuulſiones* quoties ad cerebrum læſiones fierent, *epilepſia, & paraplexia* priùs tamen ad *cor, vel hepar, vel in venam peruenerit* ſpiritus, & ait Galenus in commentario *cum ergo ita affectis ſanguis detrahitur, is frigidus, craſſuſque, & vix effluens apparet: idque propter huiuſmodi refrigerationem*. Hinc ait Hippoc. *talibus ſanè priùs adhibitis fomentis, venam confeſtim ab initio ſecare oportet*: Reddenſque rationem, inquit, *cum nondum fixa ſint omnia*, nempe crudefacta, neque coagulata *quæ contriſtant, tum ſpiritus, tum fluxiones*: Præterea etiam ſanguine detracto, exonerataq; natura, ab eo pondere grauante calorem naturalem, *faciliùs etenim remedijs patent*, nempè *ſpiritus, & fluxiones*. Quatuor autem Hippocrates hic facit; Quandoquidem primo cum ſanguis, ex liquido ſpirituum vitalium commixtione, ita horum ſpirituum extinctione exinde craſſus, & frigefactus, vt non niſi difficulter fluere poſſit: Idcò priùs calidis fomentis, & validiſſimis, & longis frictionibus ſanguinem ipſum liquefacere, & fluxilem reddere nos debere docet. Hinc ait Galenus *bis ante adhibere fotus oportet, quoniam coaluit in ipſis ſanguis, difficulterque effluit. Sed quoniã, & in fotu ipſo fricatio aliqua fiat, facere. Fricandæ igitur in eo tempore multis ab hominibus cunctæ corporis partes: &, ſi mediocriter ſanguis fluxerit, rurſus fricandæ, ſuperque auferendus ſanguis: ſi verò non fluxerit ſanguis, fricandæ quidem, & fouendæ, donec fluxerit*. In ſecunda verò parte tria vtiq; facit. Nam primò venam ſecare oportet, & quam, vt ait Galenus *eſt melius ſecare internam cubiti venam*. Deinde quantitatem, ſimulque modũ ſanguinis educendi denotat inquiens *confeſtim*: denique de tempore ait *ab initio* mittatur ante quam magnitudo fiat. Facta enim minime amplius

B — Solutionis fundamentum. Cruditatẽ ſucçorum quinque conditiones cõtinere, nulla magnitudine morbi ſãguinea exiſtente, vt venæ ſectionem comprohibeat. Plethoria calorem naturalem ſanguinis comprimendo ſuffocans re vera cruditas nõ eſt: immo plethoria ad animi deliquium vſq. venæ ſectionem agendam conducat.

6 aphor. 12. & Gal. 2. de nat. facul. c. 8. & 4. de vict. rat. in m. acut. t. 113.

C — 4. de vict. rat. in mor. acut. cõ. 3. tex. 3. idem eiũ com. 6. aph. in.

Proceſſu vero tẽporis, ea plethoris ſpiritib. deſtituta, pituita cruda copioſa cuadit à qua hypoſarcidium emergit.

Secundæ autoritatis ſolutio.

4. de vict. rat. in m. ac texiu 27. & 28.

Sanguis coagulatus in corpore humano copioſus vt educatur præparãdus eſt, fomentis calidis, & multis frictionibus.

Hippocratis locus explanatur plethoria in venis coagulata ac liquefaciẽda vt educatur.

D

118.

Quatuor facit Hipp. ad hoc agendum. Primum.

Nota frictiones multis ab hominibus fariẽ dus eſſe ante venæ ſectionem &c. Secundum. Tertium.

In commen.

Quintum. Quintum etiã ad emolumentum, quod venæ sectione habetur in tali casu, & in omnib. ceteris casibus addit.

plius curatur: In tertia vero parte postea rationem reddit, vt iam dixi, quia non dum *fixa sunt omnia, quæ contristant* nimirum non omnino congelata, ac influxibilia facta. Tandem ibi *facilius etenim remedijs patent:* nempè tum spiritus, tum fluxiones, ac etiam Medici, ac naturæ operationes: viæ namque venæ sectione apertæ, hæ patefiunt, vt etiam Galenus de obstructionibus à copia ortis asserit. A

8 Meth. c. 4. & 10. meth. c. 2.

C A P V T VII.

Tertium dubium euellitur, cur etiam ante annum desimum quartum pueris in morbi magnitudine sanguinea valde acuta venæ sectio conferat dilucidatur.

Experimẽto cõstat pueris morbo vehementer magno, vel de quo acuto laborantibus venæ sectionem conferre antè annũ 14. a Galeno statutum, & ante annum 12. ob Auicẽnam terminatum solutionis huius dubij fundamẽtum.

De cur. rat. per sang. miss. c. 13. B

Lib. Galeno ascripto præsag. experientia confirmatum c. 4. Auic. 7. coll. c. 3.

Tertium dubium est, cum iam capite 4. dictum sit, ætatem pueriltm ante annum 14. ex Galeno, & ex Auicenna ante annum 12. existentem sanguinis eductionis per venam sectam moliendæ comprohibens esse, eò: quia ex aliorum Antiquorum experimento habetur *pueris natura concinna detrahito sanguinem. Et imperisius vbi pericula insideant, aut pulmonis inflammationes, aut angine, aut lateris dolores &c.* Hinc iure merito Abumeron Auenzoar Medicus proprio filiolo annum dun taxat tertium suæ ætatis agenti venam cubiti secuit, eumque filiolum, à morte euidenti, ob morbi magnitudinem valde acutam, vindicauit, vt Auerroes fassus est, vt hoc lib. cap. 4. etiam iam dictum est. Pro cuius dubij solutione speculor, vt Galenus ex Hippocrate artem medicam propositionibus infallibilibus totam certam eum statuerit vt proprio loco demonstraui: Ideò propositionem comprohibentis, uniuersalem quidem de omni per se, vbique, & semper, seu frequenter talem constituere tenebatur; hinc respiciendo morbi magnitudinem sanguineam, tum quoeunque modo acutam, tunque cronicam, quæ frequentius pueris ante annum 14. contingere solet: eam ætatem puerilem venæ sectionem comprohibere asseuerauit: tametsi in morbi magnitudine sanguinea valde acuta inflammatoria, seu ardenti, quæ vtique rarò tantùm ijs puerulis accidere solet, venæ sectio turò molienda sit, his alijs tribus conditionibus perspectis, nempè vt *locus*, seu aer *natura temperatus, & pueri natura concinna* fuerit: Atque virium robur adsit. *Et imperisius vbi pericula insideant.* Ego itaque plures, pluriesque in peripneumonia, angina, pleuritide, atque febre ardente, puerulis ætatis suæ annorum quatuor circiter venam cubiti hytudinibus aperire feci. Alijs verò maioris ætatis annum septimum, vel octauum, seu decimum agentibus ferro venam pertundere feci Ac omnes herclè eos puerulos (Diuino ope fauente) sanitati restitutos fuisse, exploratum habui. Ac exinde quoque eosdem in ætate florente viribus admodum validis, corporisque magna mole video, immo robustissimos.

In quibus morbis magnis etiã pueris venæ sectio conueniat propria sententia.

Lib. Gal. ascripto præsag. exper. c. 4.

C

C A P V T VIII.

Quartum dubium, cur Galenus maiorem vim in venæ sectionem prohibendo aerem extremè intemperatum, possidere dixerit; quam morbi magnitudo sanguinea in indicando per se habeat; ponitur, & soluitur.

Dubium.

Cap. 4. D

4. de vict. rat. in mor. acut. t. 29. 11. Meth. c. 11.

Postremum autem dubium est, quoniam Galenus vt iam dictum est, inquit, vt aer nos ambiens *fuerit abundè calidus, & siccus ita, vt cito ab eo corpus euaporetur. Nempè nunc à sanguinis missione abstinemus, etiam si morbus fuerit magnus, vigens, q. e ætate homo,* ac alio in loco idem ait, *si vel anni tempus, vel regio, in qua extremus calor, aut extremum frigus fuerit:* ergo pluris longè aerem nos ambientem fecit, vt causam sine qua non prohibentem, quam magnitudinem morbi sanguineam, per se vrgentem; quæ vtique ægris vitæ periculum magnum infert, quatenus ea, quæ ægro cum vires dissoluit, ac resoluit, ac ita ægros facillimè interficere potest, si ea magnitudo mortifera euaderet, vt antea ex Hipp. & Galeno iam satis demonstratum est. Quod quidem fieret, quoties sanguis non detraheretur, qui cum illius magnitudinis periculo plenæ causa reperiatur syllogistica, nempe proxima, ac immediata perpetuò auferenda, alioquin magnitudo ea mortifera euaderet. Cui dubio respondeo morbi magnitudinem allatam, duplici modo per se vrgentem esse, vel enim quatenus ea est, quæ sanè ægros interficere potest, vel prout solum difficilè curabilis, ac in longum, contumacemque morbum transmigrare valet, non autem mortifera, vt *ex longis multi sunt*, nempè morbi magni sanguineæ magnitudini iuncti, *qui sanguine egent detractione, cum, & his dictis tribus subyciant scopis*, ab Hipp. positis ita. *In acutis autem morbis sanguinem detra-*

Solutio. Magnitudo morbi sãguinea per se vigẽs, vel vigentia lethali, vel vrgentia diuturna: Primo modo etiam ægis statu extremè temperato sanguis est mittendus, tamen minori semper: secundo modo vero nõ est mittendus.

Lib. 8. c. 15. & aph. 19. & 7. meth. c. 12.

4. de vict. rat. in morb. acu. cont. 19. In tex. 19.

A *detrahes, si vehemens morbus videatur, vigeat ægrotantis ætas, & virium adsit robur.* Ergo ibi Galenus de morbis magnis, longis intelligit, qui mortiferi fieri nequeunt, Verum diuturni tantum, in quibus vena minimè incidenda; si aer extremè intemperatus fuerit in caliditate, vel frigiditate extrema. Verùm si magnitudo ipsa ægri vitæ discrimen impenderit, etiamsi summè intemperatus aer fuerit, vena quidem perpetuò secanda venit, at verò sanguis tunc exiguus educendus, pluribusque potiùs vicibus, cum dixerit Galenus, *ob ambientem verò si regio sit calida, & tempus æstiuum. Proinde minus detrahimus, quam plenitudo commonet.* Cæterùm adhuc maior dubitatio adest, cum dixerit Gal. *cauenda sunt subita, ac multæ euacuationes. Ipsa præterea ambientis aëris temperatura loco accidentis cuiusdam habenda, quando exquisitè calida, & sicca fuerit, qualis est tempore medio inter canis ortum, & Arcturi. Atque omnes, quibus Medici nihil omnino de temporum statu cogitantes sanguinem abstulerunt, interierunt: si etiam valde frigida fuerit, tunc quidem sanguinem mittere est formidandum: cum non ignoremus non parua ex similibus sequi pericula. Interierunt non nulli autem, qui in calidis admodum constitutionibus non rectè euacuati sunt ex syncopa vocata, & dissolutione; in frigidis verò, cum accessiones incipiunt, nimirum refrigerati non amplius releuantur. Ob hæc igitur neque in locis supra modum calidis, aut frigidis sanguinem mittere audemus; sed si regio ipsa, & temporis status consentiunt, omnino abstinemus: cum verò non consentiunt, euacuamus quidem, sed multò minùs, quam si neutrum prohiberet.*

B Ergo Galenus decreuit, quod si extrema regio calida, & sicca, vnà, & anni tempus, summè calidum, & siccum simul coierint, penitùs à venæ sectione nos abstinere debemus, sicuti, itidem asseuerat; si quidem mundi regio, ac anni tempestas simul extremè frigida iuncta fuerint: Sin hæc simul iuncta non fuerint, tunc sanguinem mittere teneamur, vel tantum mundi positum, vel sola anni tempestas in summo intemperata fuerit: Verùm non ita copiosè, nec celeriter sanguinem detrahere debeamus, si nec regio, nec cœli status prohibuerit. Ergo ambo isthæc duo simul iuncta maiorem vim obtinent in euitando, quam morbi magnitudo magna sanguinea, in flagitando. Verùm enimucrò huic respondeo; vbi ab vtroque proposito summè intemperato, simulque iuncto tale præsidium prohibeatur, nec ibidem adesse morbi sanguineam posse magnitudinem pro comperto habetur, cum ibi sanguinis valdè spiritibus decorati copia ingens adesse nequeat; hinc nec etiam morbi magnitudinem quidem sanguineam valde magnam, perpetuò venæ sectionem per se indicantem adesse posse, manifestè patet. Nunquã etenim à gemino eo summo calore virium robur solidarum partium (pro quo tuendo natura semper protensa, & custos est, vt lib. de med. cert. iam dictum est) dissolui potest, quin priùs massæ sanguineæ plenitudo, seu qualitas peccans, à quibus magnitudo emanat, per cutim, vel sensi-

C libus sudoribus, vel insensibilibus diflationibus habituosis quoque dissoluatur: cute rarefacta, tenuatoq; sanguine in vaporum digestionem conuerso; hoc enim modo plures, & repentinas, seu subitas æstiuo tempore digestiones fieri Galenus statuit; ex quo nec etiam morbi valde magni oboriri possunt; Cum ibi ea, quæ magnitudinem sanguineam talem efficere possunt, per eos tres concoctionis modos ab Hippoc. connumeratos, nempe *per concoctionem, rarefactionem cutis, & solutionem* dissoluantur. Hinc Galenus ait. *eiusmodi enim hominibus multa accidit per halitum digestio repentina:* Et licet ipse dixerit id fieri *potissimum si febris accedat, statu æstiuo, toto adeò corpore natura molli, ac tempore humido:* Nihilominus etiam sine febre, in quolibetque corpore, etiam senum, vt ait Hippocrates loco dudum citato, & in tempore extremè calido, & sicco, regioneque extremè calida, & sicca iuncto, id ipsum vsu venire, certum est. Neque in summa ea bina frigiditate temporis, & regionis, magnitudo morbi sanguinea acuta adesse potest: Vnde tunc si prohibens adsit; eodem tempore indicans adesse nequit: quod per se, vbique, & semper venæ sectionem indicabit, & primo primitate essentiali, quæ mortifera fieret, quin vena secaretur, 4. de vict. rat. in mor. acu. t. 21. & 22. & alibi. Si vero anni temporis intemperati causa vires solutæ sint non permittentes venæ sectionem, tunc vena minimè secanda, sed alijs auxilijs agendum esset, & potius longam ægritudinem, quam obitum quærere debemus.

Ibidem.

Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 14.

1. ad Glau. c. 14.

Obiectio. Vbi mundi regio summè calida, & sicca & status temporis extremè calidus & siccus etiã si morbi magnitudo sanguinea lethalis sit non tamen sanguis mittendus quia aliqui ita perierunt & cur.

Ita in frigidis regionibus hyeme pereunte, vena secta obierunt. & cur.

Si autem regio summè intẽperata sit, non consentiente cœli statu vena secanda.

Solutio. Nota vbi & regio, & cœli status extremè intẽperato simul consentiũt: vbi vena nunquam secanda, ibi quidem neque magnitudo vehemens morbi valde acuti periculosa sanguinea adesse valet. Rationesq; cur redduntur.

Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 6.

6. Epid. com. 5. t. 6.

Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 6.

D

C A P V T IX.

Sanguinis copia, quæ Galeni æuo emittebatur, vt nimia, nostra tempestate non est educenda.

His autem hunc in modum statutis, vt maior, ac minor sanguinis copia mittenda patefiat, mediocrem vtique sanguinis educendi mensuram prius explorare deuincor. Pro qua inuenienda, tria disquiram: primo enim sanguinis mensuram, quæ Galeni ætate detrahebatur, vt nimia, à me damnabitur, hoc nostro æuo, non educenda. Postea sanguinis mittendi moderatam, ac terminatam indagabo mensuram. Denique quomodo eam inuenire valeamus vsque ad postremum quadrans, regulas constituam. Galeni etenim tempestate pro magnitudine morbi sanguinea valde vrgente, ægrorumque vitæ discrimen impendente, de medio tollenda, sanguinis emoliendi mensura, Conatus.

ſura, profectò admodum magna educebatur, ab ipſomet Galeno, & ab alijs Medicis Græcis. Quandoquidem medicinalibus monumentis Galenus exarando, prodidit; his verbis. *Itaque memini quibuſdam ſex detractas protinus cotyla, aut poſtridie, aut tertio, quartoue: quibuſdam primo et die, cum febris principio noctis cæpiſſet, aut medio, ac quæ pridie comederãt propè fuiſſent concocta &c.* Ex quibus verbis, tria notatu digniſſima exhaurio; nempe ſanguinis detracti menſuram ſex cotylas eſſe; quæ menſura illico, Galeno ab ægro ducto, educta eſt. Atque ex ſanguinis detracta copia, pridie excrementa concocta erant: Alio verò loco ait. *Itaque ego olim rogatus ſum à diuite quopiam in ſuburbis Romanæ vrbis, vt rerum ſuarum œconomum inuiſerem, cui cæcitatis imminebat periculum, nam ita ille dicebat: certè magno dolore vexabatur, idque diebus iam viginti. Diuitis autem illius familiæ præfectus medicus erat ſectæ Eraſiſtrateæ anxia ſemper venæ ſectionem refugiens &c. Venit autem circiter horam quintam: ac prima protinus detractione tres ſanguinis libras exhauri. Deinde hora nona aliam. A quibus mirificè refectus incumbus &c.* Alibi uerò exarauit. *Memini enim quibuſdam ad ſex vſque libras ſanguinem detractum fuiſſe ita, vt febris protinùs extingueretur, nec vlla ſequeretur virium afflictio.* In oculorum ergo inflammationibus quatuor libras duabus uicibus, & in febre ſex libras detraxit. Quòd etiam confirmat Autor ille, qui eum librum Galeno attributum exarauit hoc modo. *Peropexi namque in nonnullis, nec pluſquam ſufficienter ſanguinis libras ſex ablatas eſſe, & confeſtim extinctam febrem, neque vllam conſecutam fuiſſe virium exinanitionem,* ſex ergo ſanguinis libras Antiqui emittebant, uirium tolerentia, febris ſedatione, & excrementorum concoctione: Cæterum Galenus inquit terminatam menſuram conſtituendo *ſit enim ſi ita ſors ferat mediocris detractio trium hemminarum, vbi ſi quatuor detraxeris noxam maximam inferes; duas rurſus ſi euacuaueris, commodabit quidem id ſatis, læſionis vero nihil afferet.* lib. uerò de uenæ ſect. aduerſ. Eraſiſt. cap. 4. ait. *Nec defuerunt quidam, qui etiam conſtitutam quandam menſuram illius proponere auderent, perinde quaſi duabus hominis atticis, aut paulò plùs, minùſue moderata ſubtractio circumſcriberetur, quippe cum ex commoderata proportione adhibitis ad id, & ætate hominum, & natura, & tempore anni, & regione uos ipſi maius, minuſue cuique quadrans inuenire poſſimus.* Hemina uerò attica *lib. 1. vn ia 3. drachma 4.* eſt, ut in Galeno lib. de pond. & menſuris f. 276. habetur. Menſuram uerò pueris annum decimum quartum agentibus educendam nobis aſſignat hoc modo Galenus. *Poſt quem* annum decimum quartum *ſi multus congeſtus ſanguis appareat, tempuſque anni vernum fuerit, regioque temperata natura, & pueri natura bene ſanguinea, ſanguinem minùs multoque magis, ſi aut peripneumoniæ, aut anginæ, aut pleuritidis, aut alterius acuti, grauisq; morbi periculum incumbat. Detrahes autem primum, vt ſummum ad cotylam vſque: Quod ſi poſtea perpendenti vires permanere valida videantur, dimidium eius adijcies reiterata miſſione.* Cotyla verò nempè Hemina vini, & aquæ *habet vntias* 10. olei autem *vntias* 9. Mellis verò ex Dioſcoride *habet librã 1. & vntiam vnam, & ſemiſſem,* etſi alio in loco veterinariorum cotyla mellis habeat *vntias* 13. *& ſemiſſem.* Rationabilius verò, per cotylam ſanguinis, Galenus non vtique veterinariorum, immò dioſcoridis intendit lib. 1. vnciam 1. & ſemiſſem continentem pueris, ac fortaſſis ſenibus vires validas poſſidentibus detrahendam, in ijs morbis valde magnis, & peracutis admodum periculoſis. At verò ſpeculatu digniſſimum inuenio adeſſe, noſtra tempeſtate præſenti vtique homines, Mulieresque non ita virium robore valido præditas eſſe, ſicuti Galeni tempore, homines reperiebantur: Hinc nec ita ſpiritibus calidi tum innati, tum influentis plenos. Eanque ſanè ob cauſam nec etiam tantam ſanguinis copiam, vt Galeni æuo Medici educebant, noſtra ætate ægris noſtris detrahere debemus: cum hoc noſtro vitæ decurſu hominum naturæ, quæ & Medici naturaliter primi ſunt, ac per ſe ſanant, vt lib. de med. cert. iam demonſtraui. Hippocratis iuditio, valde quidem virium robore deficient: Ac id ſanè gemina de cauſa vſu venire arbitror. Nempè eò, quia Galeni tempore priuſquam viri mulierem ducebant, robuſtiſſimi erant, eorum ætate annorum triginta circiter. Quocirca etiam filij robuſtiſſimi gignebantur: Modo autem Pueri ætatis ſuæ annorum 14. aut 16. ſeu 18. Veneris vſui incumbunt; hinc cum eo tempore non niſi viribus nondum confirmatis in robore, quinimmò aliquanto non validis reperiantur, neceſſariò quoq; filij non niſi minus robuſti, quam illo tempore erant inueniuntur, ac etiam quia Veneris vſus frequentior, ac immoderatior eſt, quam illo tempore erat. Vlteriùs eo tempore Priſcorum Morbus indicus à nobis lues Celtica, ſeu morbus Gallicus appellatus haud quaquam inuentus fuerat, ſicuti præſenti tempore; Reor enim ego ferè omnes, cum viros, tum Mulieres quadantenùs eodem morbo affici; aut ex parte Patris tali morbi læſi, aut ex parte Matris, ſeu Auorum, vel Atauorum, ſiue ex Nutrice, vel ex parte ſua propria, aut aliquo alio modo accepto; qui quidem morbus per ſe vires, & functiones omnes lædit, maximèq; naturales. Vlteriùs autem Galenus à nimia ſanguinis miſſione ab alijs eribus Medicis non rectè molita, duos ægros mortuos vidit vbi etiam ait. *Multi verò alij & ſi non protinùs perierunt, at poſtea propter virtutis infirmitatem perierunt &c. Quin etiam aliqui in morbos inciderunt longos poſt quam immodica inanitione reſoluta naturalis vis ſuit: Alij cum immodico euacuationis noxam ſarcire non potuiſſent in omne reliquum vitæ tempus totius corporis temperamentum redditum eſt frigidius; Ex qua refrigeratione facilè, ex qua vis occaſione læſi alij decolorati, ac malo corporis habitu vixerunt: Alij ex eo ipſo in morbos deciderunt exitiales, aquam inter cutem, & orthopneam, & iecinoris, ac ventriculi imbecillitatem,*

A

De cur. rat. per ſan. miſ. c. 12.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 17.

Eodem lib. cap. 14.

B

Præſagium experientia confirmatum c. 4. ſpe. fol. 78. L. A.

Libro de venæ ſectione aduerſ. Eraſiſt. c. 7.

Attica Hemina menſura vnius libræ, vntiarum trium ac drachmarum 4 eſt.

Sanguinis menſura à Galeno pueris annum 14. agentibus aſſignata eſt cotyle vntius & ſemis.

Cotyla, ſeu hemina ſanguinis non atticæ eſt vnius libræ, & vntiæ vnius, & ſemis.

Lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 13.

C

Gal. de pond. & menſ. claſſ. 5. f. 277.

Noſtro æuo homines nõ ita viribus validis eſſe vt Galeni tempore.

Ideo minor ſanguinis copia nunc educenda quam Galeni tempore detrahebatur.

Prima cauſa cur homines modo non ita virium robore præditi ſint.

Secunda ratio.

D

Homines mortui à medicis, nimiam ſanguinis copiam educentibus.

Lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 12. & 9. Meth. c. 10.

A tem,& apoplexiam,& deliria, ergo eò magis antiquorum quantitas ſanguinis detrahendi damnanda eſt, hoc noſtro æuo.

CAPVT X.

Sanguinis educendi terminatæ, ac moderatæ menſuræ certa notitia traditur: vbi copioſè ſanguis eſt mittendus, ex pulſu, ac virium robore, nullatenùs diminuendo, vena aperta: De ſanguiniſque ægredientis mutatione obſeruanda. Ac de aliarum rerum naturalium permutatione antiquorum ſententia.

Conexus.
Sanguinem mittendum quouſque pulſus non dum minuetur

NE autem vllum ex talibus incommodis, ex immodica ſanguinis eductione, ſubſequatur, nobis quidem pulſus ægris ſemper tangentibus, pulſibus vtique validis in ea ſanguinis miſſione nullatenus in imbecilles ſe ſe mutantibus, eſt incumbendum; cum Galenus ita exararit. *Vtile eſt autem pulſuum diminutionibus animum aduertere, tangendo eos ſanguine etiamnum fluente, ſicuti in alijs omnibus dum ſanguis mittitur facere conſueui, ne videlicet nobis opinantibus pro animi deliquio, mors occupet, quod ſanè tribus eueniſſe medicis noui*, ac alia incommoda alijs, vt iam dudum dictum eſt. Menſuram verò ſanguinis vacuandi copioſam, nonnulli inuenire volentes, vt ait Galenus, ita putarunt, *qui quantitatem ſcaſionis* ſanguinis, *ſignis quibuſdam definierunt, veluti ſi vel color vel tenor, vel ſanguinis fluxio mutetur, aut pulſus tempore ſubtractionis ex debilitate collabantur, ac ſudores prorumpãt, aut ea, quæ aliqui labores vocant, aut denique vomitus vehementiores, exuperantesue alui deiectiones appareant. Alij etiam vſque ad animi defectionem, euacuationem producendam putant, præſertimque ſi quid in illa pro euacuationis portione contingat*, nempe morbi magnitudo vehementer magna ſanguinea ſi fuerit, à ſanguine valdè vel copia, aut calore, aut fluxione peccante emanans. *Nam & ob id bilem pituitamue, cum ea in os ventriculi influxerint perſæpè animi defectionem manifeſtè facere videmus. Aliqui item tum coloris in toto corpore, permutatione, tum pulſuum alteratione commoderatam ſubtractionem coniectantur: eamque ob rem modis omnibus illos improbant, qui arbitrantur multò conſultius eſſe, vt conſiderata ex certis inditijs noxi humoris natura, denuo redeatur ad illius euacuationem, quam ſi eadem ſemel coproſa fiat.* Verum ſuam opinionem huius rei ſtatuens ait, *Expedit autẽ vti videſtis non eo vſque ſanguinem educere, dum ad extremum vires ducantur, ſed quo ad quod ſymmetrum moderatumque ſit eductum videatur.* Confirmando quæ poſtea dixit ita *pulſuum diminutionibus animum aduertere, tangendo eos &c.* vt antea dudum vidiſti: Ergo potiſſimum in ampla ſanguinis eductione, vt vires validæ venturæ, vſque ad vigoris morbi finem exactè ſeruentur, pulſus explorandi, ne diminuãtur, ac ne imbecillis Natura fiat, quæ pugnat in certamine contra morbum magnum: non autem ſanguinis mutationi incumbere deuincimur, nec aliarum rerum ab Antiquis allatarum mutationes inſpiciendæ. Præterea etiam ab Hippocrate habetur. *Quamobrẽ plenior illa corporis habitudo haud cunctanter eſt ſoluenda, quo corpus nouæ nutritionis initium capiat. Non tamen vacuando vſque copergi velim, vt vaſa in ſe penitus conſideant, hoc enim tutum non eſt; ſed quatenus natura feret, eo vſque progredi oportet.* Et Galenus in comm. ait. *Immodica nanq; euacuatio non minus, quam immoderata repletio periculoſa. Quantum autẽ vacuare oporteat, non humor abundãs modo, ſed & natura, id eſt, vires indicabunt eius, vnde eſt euacuandum*: & poſtea cum ibi extrema inanitio eſt, ibi poſtea neceſſariò quoq; extrema refectio ſubſequi debeat, ergo nõ tutum eſt, immo malum. *Quoniam & refectiones ſequẽtes haud quaquam ſecuræ exiſtant, quia natura nimia vacuatione imbecillior facta, ita non poſſit alimentum probè coquere, diſtribuere, & aſſimilare*, & paulò antea dixerat. *Quum enim ſemper natura coctionem alimenti, diſtributionem in ſanguinem, mutationem, adiectionem, agglutinationem, & aſſimilationem moliatur.* Concludit ergo Galenus, illud eſſe certum ſignum determinatæ menſuræ ſanguinis educendi, inquiens. *Vbi verò inciſa vena ſanguis effluit, mutationi eius, & maximè cum adeſt iam phlegmone labeſcentique fluxionis robori, potiſſimum autem pulſuum mutationi tamquam inditio haud quaquam mendaci animus attendendus eſt, continuoque quieſcendum pulſu alteraſcente, aut in magnitudine, aut in quauis inæqualitate. Nam de mutatione in imbecillitatem, quid attinet dicere? didiciſti enim in hac qualitate certam fieri diſcretionem firmarum, infirmarumque virium.* Eaoq; ob cauſã, vbi in venæ ſectione ſanguinis effluẽtis in colore, & in conſiſtentia peccantis mutatio introſpicienda venit, priùs tamen viriũ robur manu tenendum, ſemper ponderandum, quia indicatio à viribus deſumpta ceterarum indicationum digniſſima Regina eſt; vt alibi dictum eſt. Ratio autem cur in venæ ſectione ſanguinis colore, & conſiſtentia mutationi ſtudere oportet, vtiq; eſt. Cum ſanguis dũ aduritur, ſeu putreſcit obſcurior, ſimulq; craſſior, & viſcoſior euadit: Vnde quo magis deuſtus, vel putrefactus eſt, eo etiã magis ater, magiſque craſſus, & glutinoſus cõſpicitur. Cum autem hæc in morbis inflammatorijs particulis inhæreſcentibus eueniant, vbi inflammationes fiunt tam propriè, quam impropriè appel-

Left margin notes:
B
Lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 23. idem 9. medi. 10. & pauſes ex per con. c. 4. & 77. H.
Lib. de vena ſect. aduerſus Eraſiſt. c. 4.
C
Lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 11.
Cap. 12.
1. Aph. 3.
Cum 1. Aph. 3.
D
Ibidem.
Lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 4.
9. Meth. c. 13. & 11. meth. c. 3. & 5. meth. c. 12.

Right margin notes:
Quantitas ſanguinis mittẽdi quo ad acutationes variæ opiniones Antiquorum a Galeno narrantur.
Prima ſentẽtia.
Secũda opinio.
Tertia exiſtimatio.
Quouſque ſanguis mittendus ſit ponitur. Galeni opinio amplectenda.
Idem Gal. 9. meth. c. 10. & alibi & de cur. rat. p ſang. miſſ. c. 12.
Galeni opinio ex Hipp. decreto confirmatur
Ratio alia qua Galeni ſententia roboratur.
Sanguinis effluẽtis, in venæ ſectione, color & conſiſtentia peccans mutanda, viriumque robur à pulſibus non mutandis, obſeruanda ſũt
Ratio cur ſanguinis egredientis mutatio in colore, conſiſtentia, & motu in morbis inflammatorijs ſit obſeruanda magnis.

appellatæ: Ideò morborum inflammationes ex quatuor succorum putredine promanantes, vt est Phrenitis, angina, peripneumonia, pleuritis, & phlegmone, & alij inflammatorij morbi, ijs inflammationibus similes sunt; qui eam sanguinis mutationem requirunt, in quibus etiam sanguinis egredientis è vena secta motus celeritas, seu impetus explorandus est: nisi phlegmone malignus, aut vires infirmæ fuerint. Ipsa nanque sanguinis mutatio semper vtique sanguinem putridum, fumidum, ac fuliginosum iam eductum esse arguit, ex quo etiam æquè tum à calore putredinali pars affecta in plerisq; liberatur, calorque eius naturalis exoneratus à pondere, validior euadit, tum etiam fluxionis reuulsio fit. Nam *vbi incisa vena sanguis effluit, mutationi eius & maximè cum adest iam phlegmone labescentique fluxionis robori &c.* subinde verò pergendo inquit *In quibus iuxta sectam venam phlegmone est insignis, optimum est sanguinis in colore, & in consistentia mutationem expectare, sicuti indicauit Hippoc.* & ait *phlegmone est insignis* eum in morbis his allatis magnis inflammatorijs id potissimum intelligendum sit: Ac deinde istius mutationis rationem reddendo ait *Alius enim est, qui in phlegmone est sanguis ab eo, qui secundum naturam vtpote plus excalfactus. Nam si ante crudior erat* vt pituitosus est *rubrior modo, & flauior efficitur* cum à calore putredinali obscurior, & flauior reddatur, quia sanguis antequam ater fiat, biliescit, vt dulcis, & oleosus, omnia etenim dulcia, & pinguia facilè biliescunt. *Sin huius modi prius fuerat rubrior, & flauior ad atredinem vergit adustione* in Phlegmone *Proinde Hipp. de pleuritide hunc in modum scripsit. Secanda vena in cubito interna, nec verearis multum detrahere donec rubrior, flauiorq; multo fluat, aut pro puro, & rubro liuidius; vtrunque enim euenit. Si quidem signum constituit assumpti alicuius in sectam venam ex phlegmone sanguinis mutationem in eò apparere*, quia sanguis ille impurus, ac prauus non vtique à toto genere venoso egreditur quippe tantum immediatè à particula Inflammata. Proinde facillimè mutatur parua etiam naturæ imbecillitate. Verum si vires labefactatæ fuerint, cum tunc permittens talem sanguinis mutationem non adsit, nec etiam ea mutatio expectanda est, sed tantum sanguinis quantitas quoad vires permittentes respicienda venit, & potius per vices ea mutatio attingenda esset, si possibilis sit, quia vitium dignitas tunc vrget. Præterea nec etiam in phlegmone maligno ipsa mutatio obseruanda venit, cũ eo phlegmoni sanguis ater, & prauus non modo particulæ, uerum etiam toti sinui totius corporis venarum ac arteriarum inest: Vnde tota ferè massa sanguinea iã corrupta conspicitur. Quocirca ibi non est ea mutatio expectanda, tum quia nimis sanguinis quantitas, & fortassis totus sanguis extraheretur, priusquam ea mutatio fieret, tũ quia vbi talis sanguis in toto genere venoso adest, ibi nec vires valentes reperiuntur, quæ talem sanguinis mutationem permittant, quæ omnia ex Gal. inuenio ita exarante. *Non tamen omni ex parte hæc sanguinis foras egredientis mutatio expectanda est; sed & ante quam fiat mutatio. Cessare conueniat idque duplici nomine ob infirmas videlicet vires, aut phlegmones malignitatem:* tunc enim hæc mutatio non expectanda, *interdum enim nihil ab ea* malignitate sanguinis *emittitur, sed inibi fortiter* sanguis malus *constrictus est* nihil venæ sectioni cedens, quasi terreus factus sit, *Si tamen vires exsolui euacuatione nondum videantur (id quod ex pulsu scies, & si cui sanguis mittitur ætate sit florenti.* etiamsi phlegmone malignus partim sit, tum ad phlegmonem, tum ad totum corpus ab eo sanguine deterrimo depurandum *expectanda est* sanguinis exeuntis è, vena secta, *mutatio; potissimũ* si aer *ambiens sit tẽperatus* in caliditate, & frigiditate; tũc enim vires adsunt illam mutationem ferentes, hinc nec sanguis in toto genere venoso ibi omnino prauus inueniri potest. Tria verò ibi postea nos docet Galenus. Primo enim phlegmoni non maligno sanguinem adustum, & atrum solum inesse, non autem toti corpori: ideò in his audacter sanguinis mutatio exploranda. Secundo autem ait ex dictis, sanguinis missionis modum, ac mensuram à particulis inflammatis moliendam eum satis inuenisse: Postremò autem statuit semper virium dignitatem primo loco perpendendam esse, cum magis vrgeat hæc dignitas, quam morbi magnitudo sanguinea sua natura sanguinis missionẽ indicans, si imbecillis fuerit, eam sanguinis missionem non substinens, his verbis. *Quod si sanguis in corpus totum diffusus rubidus fuerit is procul omni dubio, qui ad phlegmonem est, adustus, assatusque in nigrum permutabitur. Liuidus autem in ea, quæ fit à rubido ad nigrum transmutatione medium obtinet, coloris igitur mutatio sanguinis ex particula inflammata* quacunque inflammatione tum proprie, tum non proprie appellata *translationem sufficienter commonstrat. Vacuationis igitur modum, mensuramque, quæ affectui peculiari sit, diximus. Sed si interdum, interdũ virtus vacuare prohibeat, parti ipsi, quæ phlegmone obsessa est, minùs quidem futurum auxilium scire oportet: sed melius est virtutem non exoluere, quam sanguinem vacuare redundantem.* Quinque vero in sanguinis mutatione obseruanda sunt, pulsus videlicet, sanguinis consistentia, & color, ac eius fluxionis impetus, & æger. Hinc nos admonet fluente sanguine, *quod est medicus huius solus euacuationis liberam habeat facultatem sistendi sanguinem effluentem quandocunque illi placuerit, aliorum autem nullius.* Cæterum in febribus magnis & si sanguinea massa aliqua ex parte putrefacta sit, ac partim in via ad putredinem, ibi tamen sanguinis mutatio attenda non est, ratione virium roboris, quod perdurandum est vsque ad morbi statum vniuersalem, & quoque declinationem; cum in febrili calore essentiali plurimum de sanguine consumetur, quare non quousque sanguis sua quantitate peccauerit vacuandus erit, vt ex Galeno colligo ita exarante. *Nam cum febrilis calor multum sanguinis digerit, atque* abstinen-

Left margin:

In phlegmone maligno, & in viribus imbecillibus ea sanguinis mutatio nõ est expectanda.

Hippocrates de sanguinis vena secta egredientis mutatio expectanda in pleuritide.

Viribus profligatis non est expectanda ea sanguinis mutatio in vnica detractione.

Sed pluribus vicibus id administrandum est.

Cur in phlegmone maligno ea sãguinis mutatio non sit expectanda.

Quandoque in phlegmone maligno nihil sanguinis mittitur.

Si vires aurẽ validæ, ætate florenti, & ambiente nos aere tẽperato etiam fuerint, in phlegmone maligno ea sãguinis mutatio exploranda est.

Vnum de sanguinis missione, expectata mutatione notandum ex Galeno in phlegmone non maligno.

Secundum notatu dignum.

Tertium notandum.

In phlegmone non maligno mutatio sanguinis à particula phlegmonosa fit, non à toto corpore ex Hippocratis mente.

In sanguinis mutatione quinque exploranda sunt.

In febribus verò nõ ad sanguinis mutationẽ incumbendum immo ad vasũ robur tantum.

Right margin:

A

De cur. rat. per sang. miss. c. 24.

2. de vict. rat. in m. ac. t. 30. & 4. de vict. rat. in m. ac. t. 74. ferè idem habet.

B

Eadem Hipp. verba citat de venæ sect. ad versus Erasist.

C

Ibidem 2. de victo. rat. in m. ac. t. 19.

2. de vict. rat. in m. ac. cont. 10.

D

2. de vict. rat. in m. ac. t. 20.

Ibidem.

De cur. rat. per sang. miss. c. 24.

Ibidem.

Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 24.

A *abstinenter laborans victitat, necessario illud nutrimentum ex sanguine destituit, interinque virtus exoluitur.* Potissimum *absumitur autem etiam ob laborantis quidem temperiem, si calida, humidaque sit cuiusmodi est puerorum.* Ac etiam *ob ambientem vero si regio sit calida, & tempus æstiuum: Proinde minus detrahimus, quam plenitudo commonet*, Quandoque tamen sanguine etiam quadantenus in vniuerso genere venoso corrupto existente, aut adusto, assato, & atro; tunc quousque colore, & consistentia mutetur, salubriter quidem educendus. Verum id per vices executioni mandare deuincimur, pro viribus validis manu tenendis, vt Galenus, & Galeni præceptos Stratonius fecerunt: vt cap. 2. istius libri iam dictum est. Hæc autem requiruntur ad sanguinis educendi moderatam constituendam mensuram capite sequenti inuestigandam vsque ad vltimum quadrans.

Si vero in sinu venarũ sanguis corrupt.º, vsus & ater sit mutatio expectanda.

[…]d. com. 3. […]9. […]ib. de atra […]4.

C A P V T XI.

Dubium ponitur, ac euellitur cur sanguinis peccantis, ac educendi mensuram omninò certam explorari non posse videatur, in omnibus ægris. Quomodoq; ipsa mensura ad vltimum vsque quadrans, in quo vis ægro inueniri possit, dilucidatur, regulas constituendo.

B

VErùm enim verò dubium hic vertit: Nam ex Galeno habetur, quod sicuti dixit *didicisti enim in hac qualitate certam fieri discretionem firmarum, infirmarunque virium*, ita quoque ex iam statutis certam fieri sanguinis educẽdi in quolibet ægro mensuram. Insuper de Chrysippo Erasistrati Præceptore exacrando, inquit. *Aut cuiusnam per Deos immortales illum adeò exquisitè tenere mensuram arbitrantur, vt neque excedat, neque deficiat vnquam? num clysteris, aut purgantium medicamentorũ alicuius, aut vrina cientium, vel cibi vllius potusue.* Nec tamen sanguinis missionis vllam mensuram Erasistratus constituit, vt omnes alij constituerunt, vt alio in loco ait, vt capite præcedenti vidisti. Quocirca postea, pergendo ait. *Ego verò hac in re ipsum non accuso, præsertim cum tam absolutè omnia, quæ ad occasionem spectant, disquirat. Illud tamen in eo quis demirari potest, quòd si quãdo Chrysippicum quicquam doceat, vt ex verbis eius colligere licet, vehementer sit audax, nihilque ipsum prorsus, neque momentum occasionis, neque mensuræ difficilis coniectura, neque affectus periculum præterrefacit: sed putet adeò exquisitè simul, clareque illum & mensuræ, & occasionis rationem docuisse, vt decreta sua non medicis solùm, verùm & popularibus vsui futura arbitretur. Age ergo declaremus illis, quod mensura in uena sectione multo facilius deprehendatur, quam in cæteris quibusuis auxilijs:* Ergo si Antiquorum mente exquisita, simulque elata humorum educendorum mensuræ ratio deprehendatur, multò exactius, clariusque sanguinis mittendi mensuræ ratio; Galeni sententia, comprehẽditur. Vlterius aliorum Antiquorum sententiam promulgando ait. *Nec defuerunt quidam* de sanguinis missione per venam sectam loquendo, *qui etiam constitutam quandam mensuram illius proponere auderent, perinde quasi duabus heminis atticis, aut paulò plùs, minùsue moderata subtractio circunscriberetur: quippe cum ex commoderata proportione adhibitis ad id, & ætate hominum & natura, & tempore anni, & regione nos ipsi maius, minusue cuique quadrans inuenire possimus.* Ergo horum Antiquorum existimatione colligas, sanguinis peccantis educendi mensuram adeò certam nos inuenire posse, vt etiam ad postremum *quadrans* sanguinis vacuandi mensurare queamus. Nihilominus totum in oppositum. Alij Antiqui doctissimi censuerunt, inquientes. *Neutiquam perscribi potest singulorum hominum definienda euacuationis mensura* sanguinis. Pro illius autem dubij solutione inuenienda, perpende Galenum dixisse, tantum sanguinis educendi mensuram certam, & inculpatam nos habere posse, hinc eam euacuationem magis conferre, alijs vacuationibus, nõ ita mensura certis; cum exarat. *Nihil enim in medica arte reperias, quod nisi certa mensura usurpatũ prodesse possit. Cæterùm in sola uena sectione ne hoc quidem culpare queas.* Ergo certissima sanguinis mẽsura educenda, non quidẽ simpliciter seu absolutè, verum mensuræ tantum mali succi quouis modo vacuandi, vt peccantis cõparata & ad conditiones relata habetur: Nec non certa, vt inculpabilis, seu inculpata mensura, quãdo ẽt æger à morbi magnitudine vehementi interficeretur, ea mensura detracta non inculpabili. *Nam* vt ait Gal. *ubi dandũ sit aliquod medicamentum, siue deiectoriũ seu vomitorium seu urinarium euacuatiuum, aut thoracis, aut capitis purgatoriũ, horum scilicet omnium prima exhibitio in tua potestate sita est, cætera aũt* quoad mensurã educendã mali succi peccãtis medicamenti purgatorij vi dati limitatam, vtique *fortuna administratrice obtingunt. Ingens in propinationibus pharmacorum purgantium periculum est, cum vel non commouetur purgatio, uel quod in aluum attractum est, non facilè excernitur, uel cum dolore, morsibus, torminibus, refrigeratione, pulsuum euanescentia, ac animi defectu exprimitur, uel cum corpus uehementer perturbatur, interinque paululum admodum euacuatur, aut euacuatio modum excedit, hoc. n. ipsum tanquam omnium malorum, extremum, in hac parte frequenter contingere solet; neq; .n. vt venæ incisa fluxum, quẽ superimposito digito mox sistes, sic profluuiũ alui tibi sistere licebit.* Quod hercle nõ ita facilè vt in sanguine essluẽte sistẽdo vsu venit, executioni mãdabis, immò nõ nisi difficillimè. *Veruntamen nemo ex medicis su-*

Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 24.
De venæ sect. aduers. Erasi. c. 7.
De venę sect. ad uers. Erasist. c. 4.
De venę sect. ad uers. Erasi. c. 7.

Certa mensura humorũ vacuandarum à Chrisippo statuta & existimata certa à chrisippo ipso.

C

Mẽsura sanguinis mittẽdi valde facilius inuenitur; quam mẽsura succi educẽdi cæterorum que remediorũ.

De venæ sect. aduers. Eras. c. 4.

Dubium. Adest quia MẼsura sanguinis duarum heminarum nempe duarum librarũ vntias 3. detrahendi ab Antiquis constituta & à Galeno narrata, sed virium robore, hominis ætate, & habitu, & natura, anniq. tẽpore, & regione, morbiq. magnitudine acuta sãguinea, perpensis; maius, minusue ad vltimum quadrans mensurari põt.

Lib. Gal. aseptico Præsag. experientia confirm. c. 4. fol. 78. A.

D

Li. de venæ sec. aduers. Erasist. c. 7.

Ad dubiũ propositum responsio quomodo mẽsura certa sãguinis mittẽdi in singulis hominibus & quomodo non.

Ibidem.

Nã simpliciter non est certa; vt facta comparatione cum alijs Artis Medicæ præsidijs minus certis certa est, vt inculpabilis. Sãguinis enim missio certior ẽ purgatione quo ad mensuram.

F *perue-*

peruenientium symptomatum metu perculsus à propinatione pharmacorum abstinet, sed postquam errorem commiserit, tum demùm cauendum sibi ab illorum vsu proponit. Quippe quod etiam de alimentis mensura fallaci præbendi ait. *Sed quid ego purgatoria refero, ac in enarratione fortium medicamentorum tempus tero, cum & cibi cuiusque in mensura erratum maxima afferat nocumenta? quorum magnitudinem in extenuatis, & imbecillibus hominibus, quique celeri nutritione egent, considerare facilè possumus. In his enim si quid minus æquo nutriat, virtutem tabidam reddet: Contra vbi quid in modum exuperans natura oneri potiùs, quam nutrimento fuerit, illam penitùs suffocabit, extinguetque.* A

Ac etiam certior est mensura sãguinis mittendi, quã mensura ciborum.

Ideoque postea de certitudine mensuræ sanguinis peccantis, & educendi ait his verbis antea allatis, in sola venæ sectione talem mensuram omnino certam, inculpabilemque esse; Quam vtique pergendo illico nos regulam seu Methodum ipsam inueniendi docendo explanat, ttiaque faciédo. Quandoquidem primò, vt eam statueret mediocrem mensuram, inculpabilem, ac salubrem per oppositum mensuram insalubrem cauendam prius considerat, & culpabilem non moderatam euitandam, quæ vel secundum excessum, aut secundum defectum inuenitur, cum dixerit Galenus. *Proinde errata, quæ vtrinque circa mediocritatem contingunt, non paruæ noxæ sequuntur, maximéque quia excessus perniciosissimos esse nemo neget: Verùm in quo minus periculum est, in eo excedere modum nõ fuerit necesse,* semper itaque maius erratum prohibendũ, ac etiam minus erratum si penitus moderatam, certamque mensuram inuenire poteris. Verùm si quandoque in sanguinis eductione id attingere minimè quiueris, tunc secundum defectum euacuare tenemur, ac ibi potius cautio, & commodum, quam erratum erit. Ideò exemplificando secundò, rem hanc diluedat, hunc in modum, *sit enim, si ita sors ferat, mediocris detractio*, seu mensura, & certa quatenus inculpabilis, peius certè ab indicante, & coindicantibus antea statutis, indicata, & à permittente, simulque à compermittentibus declaratis, permissa; conuerrentibus etiam illis quinque conditionibus mutationis expectandæ, seu non expectandæ in sanguinis detractione, iam dudum explanatis, *trium heminarum: Vbi si quatuor detraxeris noxam maximè inferes* per excessum; sicuti ex pluribus incommodis antea declaratis ex Galeno, quæ nimiam sanguinis missionem sequuntur iam satis patet. *Duas rursum si euacuaueris commodabit quidem id satis.* Nam ex ijs duabus heminis eductis, proculomni dubio morbi magnitudo, quæ ægrum interficere poterat, maiori ex parte, nempè duobus tertijs de medio rolletur: *lesionis verò nihil afferet* eò, quia vires manu tenebuntur, morbique magnitudo ferè ablata, sanguisque, qui manserit ad vires venturas tuendas admodum faciet, ob calorem febrilem sanguinem dissipantem, vt ex Galeno vidisti. Tertio aũt quomodo morbi magnitudinem sanguineam iam remissam duobus tertijs, hucusq. verò pro vno quoque tertio manentem, omnino adimere valeamus, nos docet, inquiens, *licebit namque tibi vnã aliam heminam, vel clysteribus, vel inedia, vel frictionibus, vel sudoribus exhaurire*, omnibus enim his modis plenitudo absumitur, vt Galeni mente iam diximus, *præterquam quod & denuo detrahere si voles, non vetaberis*. Ergo ex hactenus fundamentis constitutis patet, in quolibet ægro exquisitè, simulque clarè adeò, & mensuræ, & occasionis sanguinis mittendi, rationes, & fundamenta haberi, vt certam, inculpatamque mensuram vbique, & semper obtingere possimus, vsque ad vltimum quadrans sanguinis peccantis educendi, ac à magnitudine morbi sanguinea indicari, & nisi vnica vice euacuandi, saltem pluribus quidem vicibus, aut magna ex parte venæ sectione; ex residuo verò eius parua pars, tum à calore febrili, tum à *clysteribus, vel inedia, vel frictionibus, vel sudoribus* destrui valet. In quocunque autem ægro dico hanc mensuram nos explorare posse, quoties quantum distat à statu naturali exactè dignouerimus, tum morbi sanguineam magnitudinem indicantem, tunque simul sanguinem ab ea magnitudine indicatum, vnà & coindicantè, nec non ac omnia cætera hactenus constitura, integrè semper introspicimus. Quandoquidem, sicuti rerum naturalium mixti corporis formæ non nisi per distantiam à summo qualitatum primarum elementorum mensurantur, & dignoscuntur: Sic vtique rerum præter naturalium formæ duntaxat similiter per distantiam eandem recessus ab habitu naturali hucusque habito, recéter, verò deperdito mensurari, cognoscique possunt: Galeni sententia. Quantitas autem remedij administrandi à morbi vehementia, seu quidem magnitudine per se, vbique, & semper, & primo primitate essentiali, vt vrgentiali, & periculo vndique plena indicari pro comperto habeas Galeni sententia exarantis, *quantitatem verò præsidij adhibendi ex conferendo cum naturali habitu morbum* à symetro, seu à statu naturali recedentem; Verum morbus magnus, ac vehemens, vrgens, & periculosus est, quatenus vim ægrum interficiendi, vel infeliciter, aut tædiosè lædendi habet: pro vt valdè à statu naturali distat. *Quippe quantum is morbus à naturali habitu recessit, tantum & ægrum refrigeres, & humectes* & sanguinis eductione euacues *quãtum morbus ab illius symetria discesserit intelligas mensuram refrigeranti præsidio imponas. At fieri non potest, vt quantum à se inuicem distent, inuenias, nisi compertum habeas, quam esset corpus, aut humidum, aut frigidum, aut calidũ, aut siccum cum valeret, quantumque ex his excesserit, postquam ægrotauit.* Ideoque Galenus nos docuit, dum sanitare vndique amici nostri gaudent, illis nos pulsus tangere, consideraréque debuimus, vt eorum virtute naturali sana nobis nota, exinde si ægrotarent amici ij quanrum distaret ea virtus à suo naturali statu dignoscere possimus. At vero quancunque morbi sanguineã magnitudinẽ sanguinis copia auget, vel ea sit magnitudo copiosa, aut intemperata, aut impura, vel

Methodus inueniendi mensuram sanguinis detrahendi in quocunque ægro salubrem, & inculpabilẽ à Galeno statuta.

Pro quo faciendo Galenus facit. Primum.

Ibidem.

B

Secundum.

Cap. 8.

Cap. 5.

Cap. præced. nã pe c. 10.

Cap. 9 in fine.

Venæ sectio in qua sanguis egreditur desectiua esse debet nõ autem excedens.

Tertium.

Galeni statutũ in hac re declarandũ.

Sãguis vero ex defectiua sanguinis missione existens, aliis tolli præsidijs valet.

Cap. 10. dudum posito.

C

Lib. 1. illius operis c. 15.

Vide de hac 9. Meth. c. 13.

Mensura ipsa, per distantiam recessus à statu naturali depre hendi potest.

Præsertim per magnitudinis sanguineæ recessum à statu naturali.

Quantitas namque præsidij morbi magnitudine recedente à statu naturali capitur.

Pro vt ea magnitudo iuncta sitijs, tum coindicantibus tum permittentibus, atque compermittentibus c. 2. & c. 3. positis.

7. Meth. c. 3. & 9. meth. ca. 9. & c. 14 & c. 15.

D

9. Meth. c. 14.

9. Meth. med. c. 15.

vel

A vel fluens, aut fluxura, ideo in sanguinis mensura educenda copia hæc, vt coindicans, respicienda venit. Præterea perspicienda ætas ægri est, & virium robur, & omnia insuper ponderanda sunt, hactenus vndique declarata. Quæ omnia constituere voluisse Hippocratem, liquet; his verbis, *sanguinemque auferre inspecta secundum habitum, ætatemque pluris, minorisq; ratione*, & etiam inquit *sanguinemque auferes pro corporis habitu, anni tempore, ætate, & colore*. Galenus etiam habet *coindicant detractionis quantitatem non ipsam sanguinis detractionem, itaque ex morbo, ætate, & viribus minuendus esse sanguis cognoscitur, At vacuationis quantitas non ex istis modo, sed ex alijs etiam deprehenditur. Ea sunt plethorica vocata syndrome, aeris nos ambientis temperies in tempus, & locum diuisa, eaque, quæ in anteacta acciderunt vita circa commessorum, tum quantitatem, tum qualitatē; exercitationesque, ac motiones, aut factas, aut non factas. Coindicant autem hæc detractionis quantitatem, non ipsam sanguinis detractionem.* Et alibi ait confirmando à magnitudine morbi sanguinea sanguinis mensuram indicari modo allato. *Haudquaquam igitur differendum est sanguinem ita laborantium mittere scilicet tum ad virtutis, tum ad obstructionis modi portionem. Discernitur autem obstructionis magnitudo ex ipsa magnitudine febris: vt quæ ex maiore obstructione maior* magnitudo febris *inciderit*. Quocirca differenter morbi magnitudo sanguinea indicat sanguinis eductionem, à sanguinis educendi quantitate. Nam ipsam sanguinis eductionem ex se sola, vt vrgens, & per se, B modo narrato, indicat, sicuti virium robur permittit. At verò quantitatem sanguinis mittendi vnà cum alijs perspectis coindicantibus cap. 2. statutis perpetuò indicat, sicuti, & virium robur magnum, vnà cum cæteris compermittentibus consideratis copiosam etiam quantitatem sanguinis educendi iam ab ijs indicatam permittit: Maiorem itaque seu minorem sanguinis educẽdi mensuram vsque ad vltimum quadrans inuenies; ac etiam certam, vt inculpatam perpetuò ex maiori, seu minore indicante, maioribusq; seu minoribus coindicãtibus inducto; & ex maiori, aut minori permittente maioribus, vel minoribus cōpermittentibus annexo, obseruatisq; omnibus cautionibus, huc vsq; statutis; semperq; prius merito pōderatis, quæ in libro secūdo iam dixi ad magnitudinis morbi sanguineæ genera, ac differentias, nec non ad varios modos sanguinis peccantis pertinere. Nec deest aliud postremum perpendendum, vt Gal. statuit in Diuitibus maiorem sanguinis copiam nos detrahere debere, quam in pauperibus; cum diuites sanguine abundantiores pauperibus sint, tum alimentorum optimi succi ratione, quibus diuites copiosè vtuntur; tum eò, quia hi quiete, ac ocio viuunt; pauperes verò valde defatigantur, ac alimentis improbi succi degunt, paucum sanguinem gignentibus. Vnde pauperibus maior cacochymiæ quantitas inest: ideo hi validius purgandi sunt diuitibus. Moderata autem sanguinis hoc nostro æuo detrahendi mensura procul omni dubio est ab vntijs sex vsque ad libram vnam circiter ad sum- C mum pro vice, vsque ad vltimum quadrans dignoscenda.

Hipp.

4. De vict. rat. in mor. acu. t. 25.
4. De vict. rat. in mor. acu. t. 74.
De cur. rat. per sang. miss. c. 9.
Idem ferè ait de cur. rat. per sang. miss. c. 14.

8 Meth. c. 4.

11. Meth. c. 15.

Diuitibus maior sanguinis copia educenda quam pauperibus; & ratio redditur.

CAPVT XII.

Quatuor modorum genera esse, quibus sanguinis quantitas à morbi magnitudine indicata, varia, modoque vario educenda est. De omnibusque generibus, ac differentijs agendum esse proponitur.

HActenus autem hæc omnia sanè, quæ sanguinis detrahendi quantitati cōducūt, in medium attuli: Ideoq; summa cum ratione interim, ea, quæ æquè & quantitati ipsi, & modo sanguinis educendi simul conferunt, indagare par est. Quandoquidem aliàs sanguinis quantitas insignis detrahenda venit, & per modū confestim, ac id vtiq; interdum quoque ad animi vsq; deliquium executioni mandandum est, vel absque vlla sanguinis educendi præcedente præparatione, aut cum præcedenti præparatione siuè extrinsecè, seu intrinsecè facta administrandum id sit. Aliàs verò parua sanguinis quantitas detrahenda venit, ac per modum paulatim; vel per plures vices græcè per epycrasin dicitur; aut paucis vicibus tantùm fiat. Aliàs autem nec magna, nec D parua sanguinis quantitas, quippe mediocris quantitas extrahenda, neq; confestim, neq; paulatim: immo medio modo inter vtrunque, & commodè, vnicaque vice tantum; Ac omnibus istis modis sanguinis missio certa est, ne dum vt inculpata, verùm etiam vt certè deliberata efficienda; & contra distincta, à tentatiua. Interdum nanque sanguinis missio ambigua, seu tentatiua efficienda venit. Isthæc ergò omnia in mei studij gratiam explorare deinceps, pro meorum ægrotantium perenni acquirenda vtilitate.

Conatus.

Primum genus modi mittendi mensuræ sanguinis à morbi magnitudine sanguinea indicatæ.

Secundum genus.

Tertiū. genus

Quartū genus. Cōditionatiua sanguinis eductio est.

A

CAPVT XIII.

De copiosa, confestimq́. molienda sanguinis eductione, prius tamen, sanguinis præparatione præcedente; exquo de venę sectione totius corporis vniuersali euacuatiua, simulq́; calfactiua, & exoneratiua, seu liberatiua suffocationis substantiæ calidi innati, à morbi magnitudine sanguinea copia suffocatiua incipiente, vnà & à refrigeratiua imminēte, indicata agitur.

QVoniam paulò superius iam dictum est; dum prima hydropis species hyposarca appellata. *Cum incipit, eget interdum sanguinis detractione, cum scilicet ex retentione, vel hæmorrhoidum, uel muliebrum, vel ex quapiam, quæ ita plethorica sit causa incæperit. Tympaniam verò, & ascitem nullus per sanguinis missionem sanare est ausus*, vt ait Galenus, ergo cum incæperit, vt inquit Hippoc. *si difficulter spirauerit, fueritque anni tempus æstiuum, & viguerit ætas, viribusque fuerit valentibus sanguinem à brachio tolles*. Nam vt ait Galenus *interficit autem protinus, posteaquam factus fuerit &c.* sicuti enim *ignis propè extinguitur immissis lignis, tum humidis, tum multis, nisi quis multitudinē sustulerit, sic & in frigidiore ob copiam sanguinis vbi calor natiuus propè extinguitur, præsentissimum est remedium sanguinis missio*, & alio in loco habet *in hunc modum enim erudiuit me tum longa experientia, tum ratio ipsa, quæ mihi suggessit &c. etiam spasmum, & hydropem sanguinis euacuatione sæpius sum medicatus.* Tunc itaque illico, & confestim, & copiosè per venæ dextri cubiti sectionem, sanguinis eductio molienda venit; ne à copia ea sanguinis crassi grauante, comprimenteque, substantia calidi tum innati, tum sanguinis influentis suffocetur, ac ne simul etiam sanguis coaguletur, cum sanguis tantum liquidus sit, quousque eo spiritus, vt substantia caloris naturalis iūcti fuerint, in venis fluentes, vt iam demonstraui. Si nanque iecinoris calor innatus suffocaretur, tunc sane, non amplius sanguis gigneretur, immò pituita: Vnde anasarca fieret, quæ vt ait Gal. *habitum totum pituita plenum habet*. Eadem ratione habetur, vt corpora ad summum plenitudinis peruenerint, vt in Athletarum corporibus Hippocratis ætate vsu veniebat, tunc imminens periculum suffocationis, aut vasorum diruptionis adesset. Ideoque iubet senex ille diuinus, vt confestim, & copiosè corpora isthæc euacuare debeamus; virium tamen perspecta ratione; tum etiā, quia non minus periculo plenæ extremæ euacuationes sunt, quam extremæ repletiones eò, quia etiam post extremas vacuationes necessariò extremæ nouæ nutritionis refectiones succedere debent; quæ non minus quoque periculosæ existunt, quam æquè sunt, tam summæ repletiones suffocantes, quam extremæ vacuationes resoluentes virium robur; vt etiam iam antea dixi. Verùm *hyposarcidius* is nedum venæ sectione, at verò etiam vt inquit Hippocrates *curatur maximè tolerantia, fotu, & temperantia*. Fotu nanq́; curatur facto, ante venæ sectionē, ceu ēt præparatiuo sanguinis ferè coagulati frigidi facti, sicuti in alijs quoque affectibus vsu venit, cuius fotus meminit etiā Hippocrates *priùs adhibitis fomentis, venā confestim ab initio secare oportet*, & Gal. in com. ait. *his ante adhibere fotus oportet, quoniā coaluit in ipsis sanguis, difficulterq́; effluit: sed quoniā in fotu ipso frictio aliqua fiat, facere. Fricandæ igitur in eo tēpore multis ab hominibus cunctæ corporis partes, & si mediocriter sanguis fluxerit, rursus fricanda, superq́; auferendus sanguis, si verò non fluxerit sanguis, fricādæ quidē, & fouenda donec fluxerit*, vt antea quoq́; dictum est. Curantur itaq́; venæ sectione internæ dextri cubiti facta. *Qui repēte obmutescunt, id venarū interceptiones, occlusionesq́; faciūt, si sano absq́; occasione, vel forti alia causa id contigerit*, prius tamen & fotu, & frictionibus multis calfacto, tenuato, liquefactoq́; sanguine, hinc ēt ad effluxionē parato, tūc n. is affectus à sola sanguinis copia replente, grauāte, suffocanteq́; prodit; non aūt à causa aliqua alia manifesta procatartica, quam ibi occasionē Hippocrates vocat, neq́; à causa alia forte, tum intrinseca, tū extrinseca in salubri morborū dispositiua pendet; ait. n. Galenus. *Venarū interceptiones appellat oppletiones, quæ à copia exoriuntur. Cum igitur supra modū oppletæ fuerint venæ, grauari virtutē est necesse, atq́; in extinctionis agi periculū natiuā caliditatem: quæ ob copiam suffocationi quippiam simile patitur: Oriuntur siquidem epilepsiæ, & apoplexiæ, & syncope cardiacæ sæpè vno cōmuni aphoniæ idest vocis carentiæ symptomate symptomata huiusmodi significauit*, quę hoc modo fiunt, vt Hippocrates ait. *Cū dolores accesserint, bilis atræ fluxuumq́; acriū influxiones fiunt; dolent morsa interna, morsaq́; atq́; admodū arefacta venæ intēduntur, inflāmataq́; trahunt, quæ influunt: Quapropter corrupto sanguine, nequeuntibusque spiritibus naturales pertrāsire meatus infrigidationes fiunt ob stationē; Vertigines, aphonia, capitis grauitas, & cōuulsiones, si iā ad cor, vel hepar, vel in venā peruenerint. Hinc epilepsia, & paraplexia si cōtinētes locos fluxiones inuaserint, atq́. spiritibus exire nequeuntibus*. Proinde ait vt dudum ēt diximus. *Talibus sanè priùs adhibitis fomentis venā cōfestim ab initio secare oportet; cū non fixa sint omnia, quæ contristant tum spiritus, tum fluxiones*. Nā vt ait Gal. *Velocissimè, & plurimùm ex ijs, quæ principes sūt partibus venæ ea aperta corpus vacuat*. Priùs tamen sanguine ad eductionē moliendā pręparato, quia vt ait Galenus. *cum ergo ita affectis sanguis detrahitur, is frigidus, crassusque, & vix effluens apparet*,

Hyposarcidius ea sanguinis multitudine, aut ex suppressione profluuij hæmorrhoidū vel mensiū, genitus, cum incipit, venæ sectione cōfestim facienda, eget.

Quid mali sequeretur si ab initio ita sanguis no mitteretur.

Sanguinis educendi copia, à virium robore seruanda, in hyposarcidio etiā elici debet: neq. extrema vacuatio conuenit, & cur.

Sanguinis crassefacti congelatique, spiritusq. suffocatione in hyposarcidio incipiente, præparatio externa sanguinē liquefaciens calfactoria, tenuatoriaque, fotibus ac frictionibus validis administranda vt etiam obiter c. 6 huius libri dixi.

Idē in aphonia agēdum esse ait Hipp.

Et in imminēte epilepsia paraplexia seu apoplexia, & lipothymia à sāguinis copia grauāte & suffocante oriunda.

Cur hæ affectiones fiant a sanguinis copia.

Modus quo etiam fiant.

In talibus ergo cōfestim, ab initio tum euacuādi, tum reuellēdi & exonerandi gratia, vena secanda.

Cap. 6. 4. de vict. rat. in morb. acut. cōt. 218.

T. 111.

B

Ibidem.

Ibidem & etiā 6. aph. cont. 12.

De venæ sect. Aduers. Eras. 5. in fine.

Lib. de med. certi. 4. de vict. rat in mor. acut. t. 111. 1. Aph. 3.

C

Cap. 20. istius li bri. 4. de vict. rat in mor. acut. t. 3.

4. de vict. rat. in mor. acut. t. 28.

Nota de frictionibus à multis hominibus peragendis.

Cap. 6.

T. 24. lib. 4. de vict. rat. in mor. acu.

T. 25.

D

Com. 43.

T. 27.

T. 28.

Cont. 14.

Cont. 38.

A *paret, idque propter huiusmodi refrigerationem* sanguis ille externis illis calfacientibus tenuantibus allatis, liquidus, ac effluens reddendus. At verò hic mihi dubium venit, cum videatur eum sanguinem educendum, frigidum, crassumque, & vix effluentem iam factum, ne dum enarratis extrinsecis præparantibus calidum, tenuem, penitusque effluentem nos facere debere, sed etiam intrinsecis, ore assumptis præparantibus, id ipsum nos attingere deuinci: cum ex Galeno talem sanguinem malum vacuandum, nempe frigidum, crassum, & quiete peccantem ante eius eductionem intrinsecis quoque ore deuoratis præsidijs præparandum esse pateat; cum exararit. *Vbi ergo multa euacuatione est opus, verùm vires sunt imbecilliores in his euacuationem partiri expedit, vti nimirum, & me fecisse vidistis in ijs, quibus crudorum inerat humorum copia. Nam pauculo sanguine detracto, protinùs melicratum exhibeo probè coctum, cum incidentium medicamentorũ quopiam veluti hysopo, origano, & interim etiam nepita, aut pulegio, aut certè cum melicrato oximel oxiglycy: ac sic rursum sanguinem minuo, vel ipso eodem nonnunquam die, interdum die postero, in quo rursum exhibito propositorum medicamentorum quopiam; iterum de sanguine quid aufero, &c.* cui respondeo primo, vt habeamus ex Galeni decreto *si vasa sanguine* vel malis succis in aliquo præcordio collectis, *repleta sint, & purgans, vel alterans dederis, non potuerit, propter plenitudinem*, purgans, nec alterans *in vasa deferri, vnde fit, vt subest, nihil* tam purgans, quã alterans tunc *efficiat; aut si quicquã efficiat, male efficiat;* Intus.n. existens prohibet extraneũ. Hinc ait Gal. ad obstructiones à copia, B & à crassitie mali succi exortas detergendas, & ad eductionem præparandas, prius venæ sectionẽ agendam esse, *vbi robur ægro non deest, etiamsi plenitudinis signa non adsunt*, vt antea quoque exactiùs dictum est. Vnde ex quo ibi Galenus venæ sectionem, non vtique copiosè, neque confestim, immo paruam, paulatimque moliendam, proposuit. Ac in cruditatibus crassis, viscidis, ac lentis, & frigidis, in venarum extremitatibus alicuius visceris existentibus, ac inhærescentibus, eam internam præparationem calfacientibus, tenuantibus, ac abstergentibus agendam constituit. Quocirca respondeo, ante sanguinis vrgenti copia peccantis missionem copiosè, & confestim executioni mandandam, talem internam sanguinis præparationem fieri non posse, rationibus, & autoritatibus allatis. Insuper non nisi ad cruditates præparandas, talis præparatio intrinseca confert, vt illæ cruditates iam præparatæ vnà cum sanguine educantur. Priùs tamen aliqua sanguinis detractione, vena secta iam molita. Ea propter si in hyposarcidio, ac alijs affectibus narratis, à sanguinis copia caloris tum naturalis, cum influentis substantiam grauante, & suffocante, viasque seu meatus naturales opplente, ac obstruente, ortis; priùs sanguis iam illis extrinsecis præparantibus fluxilis redditus, copiosè, & confestim detractus fuerit, non tamen pro quãtitatis ratione copiæ peccantis satisfacienti, cum ad huc etiam vt alio in loco iam dixit *fricandæ quidem, & fouendæ cuncta corporis partes donec fluxerit, superque auferendus sanguis:* sanguis e-C nim *is frigidus, crassusque, & vix effluens apparet, idque propter huiusmodi refrigerationem*, adhuc etiam manente sanguinis copia suffocante: Ideoque tunc vnà cum fotibus, ac frictionibus ijs & intrinsecis præparantibus sanguinem fluentem reddere optimum erit; præter quam quòd etiam ea præparantia, obstructiones quoque arcere possunt. His autem statutis, iam morbi magnitudinem sanguineam omnium actionum nostrarum suffocatiuam incipientem, nec non simul aliã extremè refrigeratiuam totius corporis venturam imminentem, talem venæ sectionem primariò vacuatiuam, consequenterque calfactiuam venturam, vt substantiæ calidi tum innati, tum influentis suffocaturæ, liberatiuam, indicare manifestum est; Specularis autem ad hoc sanguinis mittendi genus plenitudine grauatiua, & suffocatiua peccantes, omnes obstructiones, interceptionesque sanguinis obortas reduci posse, vt ex Hippocratis sententia habetur, qui vtique, de hepatis præsertim obstructionibus, à multitudine crassitieq; sanguinis innatum hepatis grauante calidum, ac extinguente, genitis, hydropem concitantibus, agendo, inquit *Diuturnas curanti hemorroidas nisi vna seruetur periculum aqua inter cutem, vel tabis impendet*, & alio in loco inquit. *Intempestiuè tamen curati multi non ita post multo huiusmodi morbis correpti sunt; atque ita pernitio-* D *si habere.* Si namque sanguinis generatio frustretur, dum hepatis calor natiuus iam suffocatus, extinctusque est, hemorrhoidibus retentis, vbi longa hemorrhoidum & cõsueta salubris iam retenta fuerit excretio, sicuti *multa ligna temere super flammis congesta ignem suffocat hydrops fit, si hepar plenitudinem, quam per hemorrhoidas reijcere solebat*, retineat, suppressis hemorrhoidibus. Pariter sic asserit Galenus tum de muliebribus purgationibus retentis, tum de aliqua alia sanguinis salubri consueta suppressa excretione, ac de plenitudine, aliquo modo præter consuetudinem, oborta. Aut etiam à mutilata corporis nostri aliqua parte, non amplius alimento egente; homine tamen cibi, & potus consueta quantitate assumente, vt de crure, seu brachio mutilato existimandum est. Omnibus enim his modis sanguis copiosus peccans, in hepate collectus, hepatis calorem innatum vtique suffocando, ac extinguendo, hydropem concitare potest. Quoties ergo hydrops *ex retentione hæmorroidum*, quæ assuetis, statutisque temporibus, magno emolumento profundere solebant, emergat; tunc sanè sanguinis è venis sedalibus emissio saluberrima clarè conspicitur: & si Galenus in hoc casu venam crurum secaret. Si vero hydrops *ex retentione muliebrium* gignatur, venæ malleoli sectio fiat, vt ait Galeni *malleolos scalpellos incidas:* hyposarca enim quoque præsente, causa statuta, orto, pluries summo mulierum auxilio, tale præ-

Lib. de cur rat. per sang. miss. c 12.
Idem ait 12. meth. c. 3. & c. 8 & 9. meth. c. 10. & 11.

Lib. Gal. attrib. de renum affectuũ dignotione, & cur. c. 4.
8. Meth. c 4.

Lib. 2. istius operis.

4. de vic. rat. in morbis acu. t. 91 8.

Gal. 4. de vict. rat in morb. acu. t. 28.

6. Aph. 12.
Lib. de humoribus pag. 65. ex Foes.

Gal. 1. & 6. aph. 12. & etiam 4. de vict. rat. in morb. acutis cõt. 111.
Ibidem.
5. de loc. aff. c. 7.

4. de vict. rat. in morb. acut. cõt. 111. 4. de tuenda sanit. c. 4.
15. ibid.

Prius tamẽ admotis fomentis frictionibusq; molitis, sanguinem fluxilem reddentibus.
Dubium.
Nam etiam internis tenuantibus, incidẽtibus, moderatèque calfacientibus ac detergentib. eam plethorã glutinosam iã factam fluxilẽ reddere debemus.
Vide de ijs præparantibus circa indicationẽ calfaciendi tenuandi, incidẽdi de cur rat. p sang. miss. c. 6. vt posui in hoc lib. c. 21.
Respõsionis dubij propositi primum fundamẽtum.
Interna præparantia non nisi aliqua sanguinis missione prius facta, venæ sectione cõueniunt.
Fundamentum secundum.
Vbi interna hęc præparantia requiruntur venę sectio pauca & paulatim agenda.
Respõsionis prima ratio.
Secunda ratio.
Præparatio hęc interna maximè cruditatibus pituitosis vnà cũ sanguine commixtis obstructionem gignentibus in venis angustis, præparandis conducit.
In affectibus allatis duas sãguineas magnitudines per se vrgẽtes adesse vrgentia interfectiua: quarum alia repletionalis, suffocatiua-hęc incipiens, altera vero imminens refrigeratiua est corporis totius: per se venę sectionem euacuatiuam & exoneratiuã simulque calfactiuam indicat.
Quot modis aplethorica causa in corpore colligi valeat, quæ postea hyposarcã gignere possit.
Hydrops ex hemorrhoidibus suppressis ortus per quam partẽ sanguis mittendus.

Hydrops ex mẽstruis retentis vena saphena incidenda.

Quando vena cubiti dextera in hydrope incidenda sit.

A

4. de vict. rat. in m. ac cont. 113.

sidium exploratum habui: At vero si ex *quapiam alia retentione* ex alijs modis dudum statutis, præter mensium, & hemorroidum suppressionem, *quæ ita plethorica sit causa* hydrops *inceperit*, vt à narium salubri assueto profluuio retento, vel alia de causa, tunc ait Hippocrates *sanguinem à brachio tolles* & Galenus ait tunc *præsentissimum est remedium vbi calor naturalis propè extinguitur*, sed præsidium id, non absolutè proponit diuinus senex, immo quinque conditionibus præsentibus, nimirum solum *cum incipit* antequam à suffocante morbi ea sanguinea magnitudine hepatis calor innatus extinguatur, quia *interficit protinus postquam factus fuerit* Præterea *si difficulter spirauerit* quam secundam conditionem ita Galenus patefacit *non tamen rectè dixit, si difficulter spirauerit, sanguinis æger detractione, si re vera non propter plethoram hydropa incurat, pro scilicet ad extinctionem accedente naturali caliditate, vt igni contingit &c.* Verum me quidem iudice, conditio hæc duobus modis locum habet. Nam hyposarcidio incipiente, ex ea plethorica pendente causa, vnà cum respiratione difficili, tunc certè anhelitus difficilis, vel iecinore valde obstructo, in tumoremque elato, diaphragma cursum prope pulmonem attolente, emergit, quia tunc pulmonis dilatatio impeditur: Vel vbi etiam talis plenitudo *in pulmonis venas protrudere valeat*, ex quo pulmonis constrinctio, ac dilatatio inhibetur, gignitur. Ambabus autem de causis ibi vena dexteri brachij interna pertundenda necessario est, cum hepatis ille tumor, atque pulmonis tensio diuelli nequeat, quin ea vena scindatur, alioquin pulmonis tecensita tensione *vase rupto tabidi euadunt*. Quocirca miser æger eodem tempore, & hydrope, & phthisi obiret, si causa ea plethorica, venæ sectione, non inaniretur. Tamen Hippocrates: aliam addit conditionem *fueritque anni tempus æstiuum* cum in hyposarcidio duæ sanguineæ adsint magnitudines, nimirum vna incipiens suffocatiua hæpatis calidi innati, non dum facta, alia vero eiusdem calidi innati per accidens refrigeratiua imminens. Proinde, ne venæ sectione anni tempore frigido molita, secunda ipsa magnitudo, ex imminenti curabili, præsens fiat, & incurabilis, ideo tempore anni calido, vena secanda est; Quarta conditio est *si viguerit ætas* hoc enim roboris calidi innati signum est, eam venæ sectionem, in hoc ancipiti casu, permittentis. Postrema conditio est *viribusque æger fuerit valentibus*, quod vtique talis venæ sectionis agendæ, permittens principale habetur, ergo hyposarca ex ea plethorica causa concitato, ijs quinque conditionibus seruatis, vena scindenda audacter venit. Verum contemplor circa hanc rem, vt vbi syndrome non fuerit harum omnium quinque conditionum, tunc sine venæ sectione, *curatur tolerantia, fotu, & temperantia*. Præterea aduerto Galenum explanasse. *Principio autem scripsit tolerantiam, fotum, & temperantiam, quod solius anasarca est, quem, vt insanabilem, prætermisit*, ea propter Galenus Hippocratem carpit, etiam dicens *verius dixisset ita scribens; interficit autem protinus postea quam factus fuerit*. Cæterum etsi Hippocrates hanc partem prognosticam omiserit, satis est, vt curationem hyposarcidij etiam anasarcæ, hyposarcæ, & leucophlegmaciæ vocati posuerit, tum per fotum, tum per venæ sectionem, dum incipit. Hyposarcidius ergo magnus ita incipiens curatur. At vero dubitatur quomodo morbus magnus non dum factus curetur, in methodo curatiua; cum potius videatur in methodo præseruatiua, vt æger ab eo morbo venturo præseruetur, non autem curetur, cui respondeo, morbum hunc magnum, vt incipientem duobus modis accipi posse, vel enim vt principium principij illius morbi nihil facti, vel parum facti; si pima differentia itaque assumatur, tunc sanè methodo conseruatiua, non curatur, secunda vero differentia, methodo curatiua, curatur; quia etiam ibi curabilis est is morbus cum parum solum factus sit: non autem omnino factus sit, vt in augmento seu in fine principij factus est. Denique autem dubitatu dignissimum esse inuenio. Quandoquidem iam Hippocratis decreto diximus, fomentationibus sanguinem in Hipposarcidio incipiente, detrahendum præparari prius nos debere. Verum totum in oppositum videtur esse: Nam Hepate sanguine crasso, & copioso in tumorem elato, nunquam Hepar ipsum laxari neque calfieri debet, eò quia tunc, eò magis Hepar ipsum sanguinis fluxione laboraret; Quocirca fieret Hepatis phlegmone cum Galenus dixerit, *Sanè dictum à me etiam in superioribus est, qui cataplasmatis, & perfusionibus assiduè præcordia vexant, ipsos in eiusce modi affectibus phlegmonas accersire. Minimè igitur est his vtendum, priusquam, superuacua, magna ex parte, partim vacuata sint, partinque concocta: non tamen duntaxat relaxans; sed ex absinthio* adstringente *mediocriter perfundens*; ergo tales fomentationes Hepati admouendæ non sunt, nisi post sanguinis emissionem, factaque tum succorum peccantium eductione, tùm concoctione; Quæ fomentationes relaxantes adstringenti absinthio corrigendæ perpetuò sunt, ad iecinoris calorem naturalem roborandum. Cuius dubij solutionem ingrediar hoc modo, nimirum, vt duabus differentijs Hepar tum factum accipi possit, vt potè vel phlegmone imminente, seu incipiēte, à sanguine calidiori, & copioso fluente genito, vel à sanguine non calidiori, verum tantum admodum copioso comprimente, & suffocante, simulque extinguente calorem Hepatis innatum, ex quo calore naturali, & ex coagulato sanguine, & vix fluxile, & crasso reddito, hepatis tumor, œdematoso tumori, similis emergit; à quo quidem tumore sanguis extrahi nequit, quin prius fomentationibus saltem leuioribus, sanguis ille, qui venæ sectioni non cedit, fluxilis ità euadet, vt per venæ sectionem maiori ex parte emmittatur, vt hoc præsidio adhibito, fieri solet. Vnde in hoc tumore venæ sectione eripiendo tutissimum præsidium fomētatio est, antè venæ sectionem molliendam,

Marginalia:

Ibidem. Galenus. Ibidem.

Venę sectio hęc non absoluta, immo conditionata quinque conditionibus iuncta.

Ibidem. Ibidem.

Secunda conditio.

Galen. com. 6. aph. 23.

B

Ibidem.

Tertia cōditio.

4. de vict. rat. in m. ac. c. 139.

Quarta conditio.

Quinta conditio.

Ibidem. Ibidem.

Primum notandum.

Secundum notatu dignum.

Ibidem.

Galenus Hippocratē adnotat.

Hippocratis intentio.

C

Primum dubiū.

Responsio ad dubium id.

Secundum dubium.

11. Meth. med. c. 3.

D

Solutio dubij.

8. Meth. c. 4.

A liendam, quia tunc ex ipsis perfusionibus, seù cataplasmatis phlegmone exoriri neutiquam potest; Si verò alio priori modo Hepatis tumor, vel tensio conetetur, eò quòd periculum apparet, vt phlegmone gigni possit. sicuti etiam vbi adsunt Hepatis obstructiones, ex vitiosis etiam succis productæ, tùm cum febre, tum sine febre, vbi si perfusiones admouerentur, ante venæ sectionem, & ante succorum peccantium eductionem, Hepar calefieret, quo calefacto, sanguinem, & succos ad se attrahente, facilè phlegmone quidem effici posset, & hoc modo ante venæ sectionem fomentationes minimè competunt. Sed tantum alio modo vena secanda est post factas fomentationes.

9. Meth. c.4. & 12 methodi c. 3.

C A P V T XIV.

De copiosa confestimque agenda vniuersi corporis sanguinis missione, vsque ad lipotymiam, sine præcedenti præparatione molienda.

B PRima vero venæ sectionis differentia primi generis vndique patefacta: ideo nũc huius generis secundæ differentiæ dilucidationem ingrediar. quæ ampla, ac interdum ad animi vsque defectum, ac illico est peragenda: & quæ vniuersi corporis euacuatiua, calidi innati compressi, ac ignei exoneratiua; ac refrigeratiua, & putridi depuratiua est. Sanguinis enim plenitudo sæpe ita incalescit, vt sanguis vtique prorsus igneus, ac omnino præter naturalis effici pateat: tunc enim, ex aereo, suaui; seù suauiter dulci, oleoso, ac vaporoso sanguine; in igneum quidem, acrem, mordacem, fumidum, ac fuliginosum; atque ex rubro in atrum transmigrare, manifestum est. Eanq; sanè ob causam, interim sanguis ille morbi magnitudinem sanguineam vehementer magnam procreat: eò quia vice nutrimenti, tùm vniuersi corporis, tùm virium omnium, renera inflammationis, adustionis, colliquationis, ac denique hinc destructionis causa manifestissima se habet. Quapropter, ante quam, sanguis ita copiosus, his modis, mutetur, summa cum ratione, copiosè quidem, atque confestim ab incunte ipsa morbi magnitudine, detrahendus est; ac interdum vsq; ad animi deliquium, vt infra patebit. Hęc autem differentia plenitudinis sanguinis hoc modo inflammatione peccantis, atque detrahendi morborum acutorum magnitudinem vehementer magnam, vel præsentem, seu incipientem, siue imminentem efficientis primæ differentiæ statutę

Sanguis copia peccãs, ita eũ insigni calidita te, & ardẽtia peccat, vt magnitudinẽ sanguineam valde acutam admodumq; lethalẽ pareat, vt venæ sectionem amplissimam indicet, vsque ad lipothymiam.

C opponitur; quia ex sanguine eo putrescente, ac inflammato morbi magnitudo sanguinea vehementer magna, ardens, ac inflammans non modo calidum innatum, & insinentem, verum etiam totum corpus magno flagrans incendio, oboritur; Quæ sanè venæ sectionem internæ dextri cubiti copiosè, & ocyssimè agendam indicat, vt vniuersi corporis calidiq́ue innati exoneratiuã, ignei vero caloris inflammatorij refrigeratiuam & excrementi putridi, fuliginosi; simulq́ue fumosi in sanguinea existentis massa depuratiuam per se insinuet. Cum autem istins venæ sectionis duæ sint differentiæ diuidentes, & constituentes; Quarum alia totum amplectitur corpus, alia vero partem respicit. Ideo nunc primam dilucidabo; mox vero aliam explanabo secundam. Prima vero differentia in quatuor alias subdiuiditur differentias. Quandoquidem Prima differentia habetur quoties à sanguine multo, calidissimo, ac inflammabilissimo morbi acuti vniuersalis sãguinea vehemens consurgat magnitudo vel præsens, vel incipiens; Ac tunc sanguis ita peccans vtique principalis causa inuenitur morbi illius, vt in febre à Galeno acutissima vocata, & in synocho putrido apparet. Cum tunc massa quatuor humorum, intra venas magnas putrescat. De acutissima vero hoc remedio rectè curanda exarando febre Galenus ita asserit. *Cæterùm vbi feruentis inest sanguinis plenitudo acutissimam accẽdens febrim, subito, ac simul euacuare expedit: eanq; inanire tentandum, vel ad animi deliquium vsque, virium modo inspecto robore.* Subinde vero pergendo, historias narrat, & magnum emolumentum, hoc remedio in ægris patenter, ac citò receptum.

Duæ huius venæ sectionis differentiæ.

Prima differentia quatuor differentias continet.

Lib. de cur. rat. per sang. miss. c.12.

Prima differentia delucidatur. Quæ est vbi sanguis causa principalis est morbi etiam sanguinei vniuersalis, vnde sanguis non solius magnitudinis causa est.

D *Itaque memini quibusdam sex detractas protinus cotylas, aut postridie, aut tertio, quartoue die, Quibusdam primo etiam die, cum febris principio noctis cœpisset, aut medio, ac quæ pridie comederant probè fuissent concocta. Nonnulli autem pridie inæqualitatem, aut sudorem, aut dolorem capitis, alteriusùe partis alicuius se sentire quærentibus, ac proinde parcè hæsitantibus, vbi febris præcedente inuasisset nocte, primo etiam die, me sanguinem detraxisse memini.* Rationenque reddit postea, cur ita copiosè, ac cõfestim sanguis illico feruens educendus est, inquiens. *Nam in quibus tibi sanguinis feruentis copia apparet, quam ocyssimè eum euacuare conator, priusquam in principem aliquam partem ingruat.* Postmodum verò quacunque hora, qua vocatus fueris te docet illicò sine præcedente pharmaco Hippocratis decreto 4. de vict. rat. in morb. acut. statuto t.21. eum sanguinem, modo narrato, detrahendum esse, cum dixerit. *Quamobrem nec pernoctem sanguinem aliquando mittere verearis, si quidem ridiculum est, quod quidam factitant à secunda diei hora ad quintam, aut sextam solummodo sanguinem mittes.* Tandem præsidium id vt optimum affirmando, concludit. *Sic itaque affectis ægrotis, vt diximus, expedit, & ad vsque animi defectum sanguinem educere. Noni enim ex ijs, quosdam necessario ex animi deliquio refrigeratos, ac toto corpore affluentibus madoribus,*

Ibidem.

Eodem loco.

Ibidem.

Ibidem.

Est in febre acutissima quæ magnitudo morbi ocyssimè & ad animi vsq; deliquium venæ sectionem moliẽdam indicat.

Et in prima differẽtia sanguis putrescit.

Ratio redditur lypothimiam. Proinde prima hora qualibet, qua vocatus eris talem venæ sectionẽ administrare debebus.

& aluo

De ſynocho putri idē affirmat agendum eſſe. Et non putri morbo magno ſanguineo præſente.

& aluo rupta celerrimè morbo liberatos, quæ verba etiam de febris ardentis eodem præſidio executioni mandato protulit. A De ſynocho putrido verò idipſum aſſerere intendit, inquiens. *optimum factu viſum eſt venam incidere antequam putredo incipiat. Aufero itaque ab homine eo vſque de induſtria ſanguinem, quo ad animo linqueretur: maximum planè vbi valentes vires ſunt, febrium ſynocharum, ſeu continentium remedium id, quod tum ratione, tum experientia didici. Primùm nanque in contrarium ſtatum agitur corpus, celerrimè ex animi defectu refrigeratum. Hoc verò nemo inuenire poteſt, neque quod ipſis ægris, neque naturæ, quæ animantes gubernat iucundius, vtilius ſit*. (Com.1.aph.23. 9.Methodi c.4. & c.5.) Et licet id de ſynocho non putrido Galenum intendere videatur, attamen eò magis idem quoque de ſynocho putrido illud aſſeuerare, patet. Quocirca iterum ait. *Quem vbi valida virtus ſubeſt, & ætas permittit, vſque ad animi defectum mittere expedit*. (Cap.4.)

Secunda differētia vbi ſanguis non putreſcit. Morbi magnitudine ſanguinea incipiente. Tertia differentia eſt morbo magno ſanguineo tantum imminente.

Secunda vero venæ ſectionis vniuerſo corpori conducentis differentia adminiſtratur, dum morboſa ſanguinea totius corporis ſcatet magnitudo, vbi ſanguis non putreſcit, immo tantum ſpiritus ita incaleſcunt, vt in ſanguine efferueſcente ſpirituum ratione, incipientem morbi ſanguineam infeſtent magnitudinem, per ſe camvenæ ſectionem indicantem: vt ſynocho non putri vſu venit. Cui venæ ſectio vt maximè præſentaneum competit auxilium vt iam dudum vidiſti. Tertia vero differentia executioni mandatur etiam dum ſanguis principaliter cauſa eſt morbi venturi: vbi ſua copia, & caliditate ſanguineam copioſam, & calidam imminentem morboſam excitat magnitudinem, non autem præſentem, nec incipientem, vt in laſſitudine phlegmonoſa cōtingit, cui venæ ſectio ampla confert. B Nam cum in ea ſanguis tum copioſiſſimus, tum calidiſſimus contineatur, qui vehementiſſimam febrem ſynocham putridam, imminentem portendit, quam tamen euitare poteris, copioſiſſima ſanguinis eductione confeſtimque peracta, per venæ dextri cubiti internæ ſectionem; tametſi etiam ſi facta fuerit ipſa venæ ſectio aliqui febre, ſynocha putrida etiam, tamen non ita vehementi, laborent.

Modus mittendi ſanguineam vſque ad animi defectum cautellis. Perpenſis virib. validis permittentibus. Nota non vnica vice ſed duabus vicibus in eodē die ſanguis mittendus confeſtim.

Cum Galenus exararit. *Hac laſſitudine paucis quidem horis, ne dum duobus, tribusúe diebus eodem tenore conſiſtit, prout Eraſiſtrato placet: ſed ſtatim febrem accendit vehementiſſimam niſi ſanguinis detractione malo priùs ſit occurſum: Quin etiam calidiſſimus eſt in huiuſmodi laſſitudine ſanguis, eiusque plurimum detrahi poſtulant, qui ea premuntur ferè omnes. Non pauci verò eorum febricitant, etiam ſi ſanguinem detraxeris.* (4. De tuend. ſanit. c.10.) Vnde nobis hæc imperat. *Itaque nec cunctari*, immo ſtatim, *nec parum* ſed copioſiſſimè ſanguinem *detrahere conuenit. Sed perſpecto* ſemper virium robore tum præſenti, tum venturo manutenendo, vſque ad finem affectus *maturè educere, & niſi quid aliud vetet, ad animi defectum vſque. Optimum verò fuerit*, ne vnica vice tantum extrema vacuatio fiat, quę periculoſa quoque eſſet, tum ex parte ſua, tum etiam, quia ſuccederet extrema refectio, quæ periculoſa etiam eſſet. (1.Aph.9.) Ideò ait *bis eodem die, ſi fieri poteſt, detrahere*.

Regula miſſionis ſāguinis vſque ad lipothymiam vſque. Cur vnica vice ad animi vſque deliquiū venæ ſectio agenda non ſit. Quibus ita venæ ſectā nō fuerit & ſeruati fuerint hæmorrhagia, ſeu diarrhæa, vel ſudore copioſo. Idē in ſynocho. Iacturæ, quæ ſuperuenire poſſunt in ſynocho prætermiſſa venæ ſectione.

Deinde regulam mittendi ſanguinis ad lypothymiam vſque, tradit, ita *ac primum quidem ita mittere expedit, vt animi defectum homo non adeat, ſecundò verò nec defectus quidem ipſe eſt formidandus*: cum in ea quidem. C (4. De tuen. ſan. c.10.) Prima detractione ſi ad animi vſque fieret defectum, nonniſi dificilè homo reuocaretur, eò, quia tunc extrema vacuatio eſſet periculoſa, & etiam *ſecundam ſuſtinere non poterit; qui priori detractione reſolutus eſt: In hac verò* nempè ſecunda detractione, *ſi quid tale lypothymiæ homini incidit, facilè reuocabitur*, tum quia ibi extrema vacuatio non aderit, tum etiam eo, quòd à prima vacuatione iam facta, exonerata natura à pondere grauante, validior iam facta fuit. (Ibidem.) Denique verò ait, de hac re, *Qui verò ſic affecti ſanguinem non miſerint, hi ſi euaſerint, vtique fortunæ beneficio id acceptum ferent, ſed euadent, niſi alia quapiam ratione leuentur, vt ſanguine ex naribus profluuio, aut largo ſudore effuſo*. (Ibidem.) Sicuti idem fere de ſynocha febre etiam putrida Galenus aliquatauit, inquiens. *Pro certo quoque habendum uiſi ijs, qui hoc per naturam ſunt habitis, id adhibeatur præſidium*, talis ſanguinis eductionis, *fore, vt uel ſuffocentur, uel certè ſyncope prahendi omninò periclitentur, niſi (ut dictum eſt) eos uel uirium robur, uel plurimus ſudor, uel largum ſanguinis profluuium à morte uindicet*, vt etiam de quarta differentia infra patebit ex Hippocrate. (9.Meth.c.5.)

In his affectib. venæ ſectio vſq. ad animi defectum ſit: non tamen incluſiuè ad lypothymiam vſq. agēda eſt. Quarta differētia venæ ſectionis à magnitudine ſanguinea vniuerſali indicata. In qua ſanguis cauſa morbi nō eſt, ſed tantum magnitudinis morbi cauſa ſyllogiſtica eſt vt in ardēte febre contingit in qua morbi magnitudo adeſt ſanguinea præſens.

Ideoque nullatenus, in his affectibus copioſa, & infeſtim facta venæ ſectio prætermittenda, non tamen ad animi vſq; defectum incluſiuè, me quidem iudice, agenda eſt; D (Ibidem.) Hoc enim præſidio rem putridam educi, ſanguinemque depurati, calorem igneum refrigerari, pugnamque, ac diſcordiam caloris innati cum eo igneo calore, remitti pro comperto ſemper habetur. (11.Meth.c.15.) Exonerata nanque natura à pondere calorem naturalem grauante, eo magis ipſa natura concoctionem crudorum ingredi valet, nec nō ſegregationem mali ſucci à bono ſanguine, ac retentionem boni ſanguinis, atque denique malorum humorum expulſionem facile ingredi poteſt. Sed quarta venæ ſectionis differentia, quo ad morbi ſanguineam ſpectans magnitudinem habetur, dum ſanguinis copia, caliditate ingentiſſima, ſeu ardentia peccantis, magnitudinem ſanguineam morbi vehementerque magnam gignentis adeſt: vbi ſanguis morbi quidem cauſa principalis haudquaquam eſt, quippe ſolum pro vt fomes morbi cauſam gignens, qui fomes quidem in eo, quod ipſam morbi cauſam tum gignit, tum auget, morbum quoque ipſum in vehementia auget, hincque morbum augendo, et ipſam morbi magnitudinem, hac ratione, ſanguineam appellatam, producit: Vltra quod etiam, vt aliorum omnium ſuccorum calidiſſimus ſanguis, cum ſit, facillimè à bile in venis magnis ardenter putreſcente, inflammatur; quo inflammato certè corpus totum quoque inflammat, nec non corrumpit, ac eo magis hinc biliſcit, & cauſa febris ardentis principalis euadit, eam febrē

in

> Lib. 1. de morbis p. 445.
> Li. de med. cõ. c. 5. & 6.
> Eodem lib. p. 448.
> Hippo de vict. rat. ex Foes. p. 307.

> Cur, & quomodo ſanguis omnium calidiſſimus ſit, explanatur, hinc etiam inflammabiliſſimus, viſiuiſſimus, et colliquatiuiſſimus eſt.

A in vehementia & gignens, & augens: Neque dicas ſanguinem non eſſe calidiſſimum, immo bilem, vt igneam cæterorum humorum vi calidiſſimam eſſe eò, quia vt alias dixi, Hippocrates ait *ſanguis verò calidiſſimus, bilis autem aliquanto ſanguine frigidior*, & poſtea inquit *natura calidiſſimus in corpore ſanguis exiſtens cum ex carnibus, & ventriculo incaluerit ſupra enim, qui iam ineſt; amplius adhuc à bile, reliquum etiam omne corpus calefacit*. De febre autem ardenti à flaua bile genita hæc exarat, quoniam ſanguis calidiſſimus eſt, eodem modo actuali, quo etiam Hippocrates ſtatuit calidum cordi inſitum actu calidiſſimum, & validiſſimum, ac viuidum eſſe, ceu caloris fontem, à quo reliquæ corporis noſtri partes in ſuo calore naturali actuali, & virtuali conſeruantur, & à quo cæteri humores actu calidi fiunt. Eanque ſanè ob cauſam ſanguis actuali calore eius, valido reliquorum ſuccorum calidiſſimus percipitur, & bile flaua tantum poteſtate calida & ignea, aliquanto calidior eſt: quo ad in ſanguine calor actualis viuidus, & vehemens ſit, ob ſpiritus eius actu calidiſſimos, ob quos etiam ſanguis liquidus, & fluxilliſſimus inſpicitur: Præterea calidiſſimus eſt, pro vt vnà cum ea actuali caliditate virtus quoque adſit, ad actiones, ſecundum conſtitutionem naturalem, obeundas. In bile verò nulla actualis adeſt caliditas, niſi per ſpirituum ſanguinis commixtionem; hinc bilis ſanguine aliquanto frigidior creditur. Pro iſtius rei autem confirmatione; perpende; in morbis ardentiſſimis, à bile putreſcente ortis, adeo

B ſanguinem in genere venoſo; in quo, ardentes febres fiunt, vt Galen. cap. 6. aph. 26. comburi, vt in atram bilem exactam ſanguis vertatur; vt Gal. ſtatuit lib. de atra bile cap. 6. & 7. aphoriſ. 44. vnde lib. de atra bile ait cap. 4. *ſic ergo, & quicunque per calidam ſiccanque intemperiem fiunt morbi vt ardores cauſique craſſum atrunque ſanguinem reddunt: At qui puram exactanque atram bilem, deiecerunt omnes periere: talis nanque aſſatum ſanguinem omnino eſſe indicat*. Quocirca in ardente febre à bile vehementer inflammata, ac putreſcente oborta ſanguis vt calidiſſimus neceſſariò etiam inflammabiliſſimus eſt. Vnde, eo inflammato, totum corpus inflammando, ac dum biliſcit putreſcendo, vehementiam cauſonidis, tum gignit, tum auget. Eanque ſanè ob cauſam ſanguis modo narrato peccans, vt morbi fomes, ac vt cauſa ſyllogiſtica, tum magnitudinem febris ardentis gignens, tum augens, celerrimè, & copioſè educendus, ne magnitudo ea confeſtim, ac vehementer ægrum ardenti febre magna valde offenſum interficiat. Ne eaque magnitudo eum necet, quatenus à ſanguinis copia natura valde grauatur, & à bile, & à ſanguine iam inflammatis, & putridis, tota ſanguinea maſſa inflammatur, & coinquinatur, nec non omnes corporis virtutes proſternuntur. Quam ob rem, ait Gal. *In febribus ſi quidem ardentiſſimis ad Lypothymiam vſque phlebotomia illicò totum corporis habitum refrigerat, & febrem extinguit, atque etiam aluus quamplurimis ſolui, & ſudores manare ſolent, quo facto nonnulli febre omninò ſunt liberati, alijs magnopere, inde adiutis morbi vehementia expreſſa*. Quam autem venam ita confeſtim ſecare deuincimur, ait Hippoc. *vena igitur brachij dextri internam ſecare oportet*, cum vena iecoraria ſit, totum corpus reſpiciens tum etiam quia ſanguis, & bilis flaua ab hepate exoritur. Hippocrates autem adamuſim, hanc venæ ſectionem, ex recta, & ſalubri Naturæ operatione inuenit, primus omnium, Deinde poſtea quidem, ex longa Hippocratis obſeruatione, præſertim Galenus didicit; ait enim Hipp. ægros omnes ardenti febre vehemẽter vexatos, è naribus largo ſanguinis profluuio, confeſtim egreſſo, ſanitati reſtitutos fuiſſe: vt Abderę Virgini in templi veſtibulo decumbenti; & Heropyto: Lariſſæque Virgini, & Periclidi contigit: & ait Hippocrates. *Inerant verò in febribus ardentibus affectiones huiuſmodi, vt qui benè, & largiter ſanguinem è naribus profudiſſent, ij vel ex eo maxime ſeruati viderentur, neque vllum, cui modo ſanguis bene profluxiſſet, hoc in ſtatu mortuũ videre licuit, Philiſcus ſi quidem, & Epaminon, ac Silenus quòd his quarto die, & quinto è naribus parum ſtillauerit, mortem obierunt*. Ideoque Galenus ait, eam criſim febri ardenti proprium eſſe, inquiens *ſanè proprium eſt, ſi quid alius ſynceris febribus ardentibus per ſanguinis eruptionem amplam iudicari*. Cauſam verò reddens etiam ſi bilis non autem ſanguis in ardente febre principaliter peccet, cur proprium larga è naribus ſanguinis eruptio ſit, iudicans, criſinque efficiens, habet *non addubitabis ſanguinis eruptionis in ardentibus febribus ob dominantem fieri flauam bilem, quæ ſanguini permixta poſt eum deuſſerit cum eo multum ad caput calorem ſubuehens, venis narium diruptis, ſanguinis efficit eruptiones* ſanguinem valde inflammando, vt inflammabiliſſimum, & actu calidiſſimum. Cum itaque Hippocrates, & Glaenus, vt naturæ ſalubribus actionibus æmulatores, febris ardentis vehementiam, larga, & confeſtim facta ſanguinis eductione, adimi; proinde in febre ardẽti tale præſidium ſtatutum, vt maximè præſentaneum Galenus propoſuit: Quod hærcle tum Adoleſcentibus, & Adultis, tum ſenibus confert, dummodo virium robur adfuerit, & ſi ſeniores non ita valido virium robore, vt alij eum ſanguinis profluuium non habuerint: hinc in pleriſque obierunt: ait enim Hippoc. *ſanguis autem plurimis erupit præcipuè Adoleſcentulis, & Adultis. Quorum perijt maxima pars, quibus ſanguis non erupit, ſenioribus verò ad morbos regios, aut turbatas aluos, aut dyſenterias res deuenit*. Quibus rationibus, ac experimentis pateat Auicennam malè dixiſſe in febre ardenti legitima, venæ ſectionem minime conuenire, tum quia cholericorum ebulitio fieret, tum quia ſanguis bilis frenum eſt. Nam ne cholericorum ebulitio fiat ante venæ ſectionem, bilem flauam ſyrupo roſ. ſol. educere poteris, ſubinde vero venam ſecabis; cum ibi etſi bilis ſola febrem ardentẽ iam factam gignet, attamen ibi etiam ſanguis vt calidiſſimus,

> Ergo maximè ſãguinis in cauſone, ex parte pingui, & dulci, ac tenui in bilẽ flauam trãſit vt 3. epid. c. 2. cõt. 19 & 3. de vict. rat. in m. a. cõt. 30 & 4. de tuenda ſan. c. 4. & 2. de differ. febr. c. 9 & c. 13. Hinc cauſonẽ magnũ efficere poteſt ſanguis.
> Com. 1. aph. 23.
> Proinde ſãguis tunc mittendus ad animi vſque deliquium.
> Hanc amplam venæ ſectionem agendam in ardentibus febribus: ex profluuijs à natura molitis ægrorũ ſalute in his febribus obſeruauit Hippocrates.
> 4. de victus rat. in mor. ac. t. 24.
> 4. de vict. rat. in mor. acut. t. 10. t. 14. de morb. vulg. ſtat. 3. pa. 961. ex Foeſio.
> 3. Epid. ſect. 3. t. 78.
> 3. Epid. ſect. 3. t. 80.
> 3. Epid. ſect. 3. t. 43.
> 3. Epid. ſect. 3. t. 77.
> Idem ferè ait Hippo. 2. epid. ſect. 3. par. 10. p. 980.
> 1. Epid. com. 2. tex. 63. 3. epid. ſect. 3. ſtat. 3. parte & 3. & 4. à p. 961. vſque ad 963. in Foeſio.
> Cur amplã è naribus ſanguinis excretio propria febrium ardentium ſit criſis.
> In febre ardenti bilis flaua putreſcens ſanguini commiſta, eum ſanguinem deurit: quo deuſto, & admodum calido, furſũ is fertur vnde ad narium venas ſe rapit.

D

> 1. Epid. com. 1. t. 9. Idem 3. ep. com. 2. cont. 63. & cont. 75.
> 2. Epid. com. 2. cont 66.
> De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 13.
> 1. Epid. com. 2. t. 60.
> Hac criſi ſaluati Adoleſcẽtes, & Adulti fuerũt. Seniores ardẽti febre vexati, cũ talem criſim nõ habuerint, perierunt.

mus, ita vehementem eam febrem reddere poteſt, immmenter, vt viſcerum inflamationem, colliquationemq; & caloris innati extinctionem producere valeat, niſi ſanguis is ita ducatur, vnde ſanguis bilis frenum haud eſt, immo bilis pabulum, & viſcerum inflãmatiuus, & colliquatiuus, & calidi innati extinctiuus habetur. A

C A P V T XV.

De copioſa, confeſtinque miniſtranda cuiuſpiam partis inflammatione, ſeu putredine, ſimulque fluente, & fluxo ſucco laborantis, venæ ſectione; vſque ad animi deliquiunque; molienda, euacuatiua, ac reuulſiua, ſeu deriuatiua, refrigeratiua, putridique in ſanguine exiſtentis vacuatiua; hinc maſſæ ſanguineæ coinquinatæ etiam depuratiua; agitur.

Conexus.

CVm iam dudum poſitum ſit, magnitudinum morborum à me ſanguinearum vocatarum, inflammationum amplam ſanguinis eductionem, velociterque peragendam, etiam ad animi vſque deliquium indicantium, duas eſſe differentias, tanquam duo genera, quorum illud vniuerſalis corporis, iſtud verò peculiaris alicuius partis affectæ eſt. Declaratis itaque hactenùs ijs, ad primum genus ſpectantibus. Modo igitur ſecundum genus dilucidare, æquum eſt; in ſuas differentias idipſum diuidendo: Quandoquidem partes vel inflammatione propriè non vocata, vel propriè appellata, afficiuntur: propria verò inflammatio à ſanguine prædominante emanat, ac phlegmone quoque nuncupatur: Ideoque laſſitudini phlegmonoſæ, febrique ſynochæ antea dudum narratis proportione reſpondent. Immò febris à phlegmone exorta ſub genere ſynochæ eſt, cum Galenus exararit. *Inter omnes corporis partes plurimas, grauiſſimaſque venas vteri habent, cumque eos, aut menſes, aut à partu purgamenta ſuppreſſa, aut phlegmone aliqua vtcumq. orta male accipiunt, ipſos ſanguine compleri neceſſe eſt. Quo deinde putreſcente ſi febris excitetur, inter ſynocharum ſpecies ipſam connumerari opus eſt. Nam id genus febrium ex putreſcente ſanguine accendi oſtenſum eſt*; & ait *phlegmone aliqua*, eò, quia vel phlegmone legitimũ à ſyncero sãguine, æquabiliter ex quatuor humoribus prodeunte putreſcente gignitur; Vel phlegmone ſpurium à ſanguine, vnà cum aliquo ſucco ſubdominante putreſcente oboritur, aut phlegmone eryſipelatoides, vel œdematoides, aut ſcirrhoſoides fuerit. Impropriè autem inflammatio quidem fit, aliquo alio humore putreſcente à prædominio, vnà cum ſanguine ſubdominante commixto, vel eryſipela phlegmonoſum, aut œdema phlegmonoſum, aut ſcirrhus phlegmonoſus inueniatur: Ac omnibus iſtis modis febris, prædominanti ſucco putreſcenti reſpondebit. Nanque, ſi primo modo concitetur, tunc de tertianarum genere febris erit, vt in phrenitide, pleuritide, ſicuti etiam ardens febris, ad hoc genus redigenda: ſicuti alio modo ad quotidianarum genus conſideratur, vt in lethargia contingit, quæ inflammatio cerebri eſt, à pituita ſanguini commixta putreſcente conſurgens. Alio verò modo fortaſſis ſub quartanarum genere febris reponenda, vt in lienis inflammationibus eſt videre & carbunculis: quod autem omnibus iſtis modis inflammatio fieri poſſit, ex his Galeni verbis colligas *qualis ſit, qui inflammationem facit humor declarans an ſcilicet bilioſus, aut melancholicus, aut pituitoſus*. Omnibus.n. iſtis inflãmationibus tumoroſis ſucci aliqua in parte collectione inflammatis, nec non putreſcentis genitis, ampla quidem, & confeſtim peragenda venæ ſectio ſemper confert, vt præſentaneum remedium humoris, & ſanguinis, in ea parte fluxi, & introcluſi infeſtantis, ac inflammantis vacuatiuum, fluentis verò ſanguinis reuulſiuum, ne deriuatiuum dixerim: Hinc eruditatum duritiem tumorum concitantium eductiuum quoq; vt ante demonſtraui, magnitudiniſque tumoris minoratiuum, conſequenter verò calidi innati exoneratiuum, caloris verò ignei minoratiuum, caloris autem ignei interficientis euentatiuum, ac ſanguinis ſimulque carnis partis inflammatæ à ſucco putrido depuratiuum, ac liberatiuum. Quod vtique copioſius, & magis confeſtim, ſeu minus adminiſtrandum erit, pro vt pars inflãmata magis, & minus doleat, vt ſolum præcipuum harum inflammationum præſidium, cum in eis Hippocrates medicamenta ſolutiua, vt ignea, aeria, mordacia, ac inflammatoria præbere nõ audeat; immo tantum ad aluum mitè ſubducendam, ſimulque ad acres ſuccos, & calidos ad inflammatam partem fluentem, reuelandos, ſeu deriuandos, & contemperandos, lac aſininum coctum ſali, melliq́ue commixtum, dare auſus eſt. Si inflammationes vehementes, ac magnæ, nẽpè valdè magnæ fuerint; cum dixerit. *Potiſſimum verò, & iecinoris dolores, & lienis grauitates, atq; inflammationes aliæ, & ſuperiores ſepto dolores, morborumq; collectiones ſolui non poſſunt, ſi quas prius medicari* nempe medicamento ſolutiuo *aggreſſus fuerit. Nam venæ ſectio in his præferend[a] venit: deinde elyſmis* acribus, non autem medicamentis purgantibus ore aſſumptis *eſt opus, ſi vehemens, & magnus fuerit morbus; ſi verò non* valde magnus, nõ acutus valdè, ſed etiam magnus cacochymus,

B — Com. 3. progno. 27. 6. epid. com. 3. contex. 2. — 6 Epid. com. 3. cont. 2.

C — 5. De loc. aff. c. 3. In eryſipelate phlegmonoſo Paulus lib. 4. c. 21. & Celſus li. 5. c. 26. Lib. 2. c. 28.

D — 4. de vict. rat. in mor. acut. t. 29. & 9 tex. 103. vſque ad t. 109. & t. 121. — T. 22.

Secundũ genus venæ ſectionis ad animi defectum vſq. agendæ antea c. præcedenti propoſitum declaratur.

Propria inflammatio alicuius mẽbri à ſanguine prædominante pendet: vnde Phlegmone legitimus, & febri ſynocho putri, & phlegmonoſæ laſſitudini proportione reſpondet.

Phlegmone ſpuriũ triplex eſt.

Phlegmone impropriè vocatũ à ſanguinis ſubdominio genitũ, ſimiliter triplex eſt.

Qui tumores ad tertianarum ſeu ardentiũ febrium, & quartanarũ, & quotidianarum febrium genera redigendi ſunt. Hipp 4. de vict. rat. in mor. acu. t. 21. & 22. & 27 & 28. & 29. & 5. epid. ægro. 6. & 7.

Ad animi defectum vſque venæ ſectio agenda in his affectibus qui phlegmones propriè ſunt.

Magis & minus ad animi deliquium vſq. mittendus ſanguis, In his affectionibus quomodo intelligendum ſit.

Morborum inflãmationes vehementer magnæ, ſola venæ ſectione curantur 4. de vict. ra. In m. acut. t. 21. & lacte aſinino Hippocratis tẽpore ex Hippocrate.

A mus, vt pleuritis deſcendens eſt, *poſtea medicamento opus ſit, id ſanè poſt ſanguinis miſſionem ſecurè, & mediocriter porrigendum*. Ita de pleuritide deſcendente ad hypochondria quidem Galenus agendum eſſe inquit. Et Hipp. ait. *Quibus dolores de repente oriuntur præcordia ſurſum attolluntur, ſi dolores vehementes ad notham coſtam contingant: his venæ ſectio, & deorſum purgatio ſolutionē affert*. Idipſum etiam doloribus, qui dum hepar ad diaphragma accedit, emergunt, conferre patet, cuius aſcenſus hepatis Hippoc. meminit, *cumque iecur ad ſeptum tranſuerſum magis explicatum fuerit &c*. cur autem inflammationes valdè magnæ ſola venæ ſectione curantur rationem certè reddit, inquiens. *Quicunque autem ea, quæ inflammantur ſtatim morborum inter initia medicamento ſoluere conantur, ij non ſolum ab intenſa, inflammataque parte nihil adimunt, cum non cedat, obſequaturque, quæ adhuc cruda eſt affectio: Verùm quoque, & quæ morbo reſiſtentia, & ſana ſunt, abſumunt, colliquantque: vbi autem corpus imbecille ſit, morbus præualet: vbi autem morbus corpori præualuerit, remedium non habet*. Potiſſimum itaque talis venæ ſectio ſola collectionibus, tumoribuſque, admodum doloroſis inflammatorijs conducit; qui & laſſitudini phlegmonoſæ, & ſynochis febribus, & pariter febri ardenti proportione reſpondent. Nam tumores biliosi inflammatorij, ſeu phlegmonoſi tertianis febribus comparati, ad proportionem ardentis febris continuæ redigendi ſunt; quia febris ardens bilioſæ continuæ, ſeu tertianæ ſpecies eſt 2. de differ. feb. c. 2. De vtriſq;
B horum enim tumorum generibus nos docere voluit Hippoc. & poſtea ſub nomine peripneumoniæ, omnes inflammationes propriè vocatas laſſitudini phlegmonoſæ, & ſynochis febribus antea narratis correſpondentes, nobis dilucidare voluit, ac ſub nomine pleuritidis omnes tumores bilioſos, ac inflammationes impropriè appellatas ardenti febri aſſimilatas declarauit: dum ſempiternis artis medicæ monumentis verba hæc conſignauit. *In peripneumonijs, & pleuritide ita conſiderare oportet, ſi febris acuta fuerit; ſi dolores lateris, vel alterum, vel vtrunq; infeſtent &c. ſi dolor ſurſum penetrauerit, vel clauiculam, vel mammam, vel brachium, venam brachij internam ſecare oportet, qua dolor afficit parte, ſanguinemque auferes pro corporis habitu, anni tempore, ætate, & colore. Ampliuſque non veritus, ſi dolor acutus fuerit ad animi vſque defectionem detrahes, clyſterem poſtea exhibebis*, & alibi ait vſque ad ſanguinis mutationem omnimodam, quæ vtique ex Galeni etiam mente in his inflammationibus neceſſariò expectanda, vt antea dictum eſt; Galenus vero ait. *Quoniam igitur momentum omne curationis laborantis phlegmone partis in redundantis in ipſa ſanguinis vacuatione conſiſtit; vacuatio autem hoc genus affectorum excogitata eſt duplex, aut tranſlato ad alias partes, qui in ægra continebatur, ſanguine, aut foris à corpore expulſo: ſatius profectò vtraque vti, obſeruantibus diligenter, ne qua ex accidenti læſio ſequatur*, & alibi in doloribus ait. *Sed ſi is vel ſanguinis miſſionem timeat, vel imbecillis viribus ſit, tum reuellendus in diuerſum ſanguis eſt, tum per*
C *propinqua deriuandus*, vt Galenus ipſe in Matrona Romana fecit. In carbunculis quoque ait. *Sed & incipiendam ab inciſa vena curationem eſſe id quoque neminem latere arbitror, qui præſertim meminerit, quæ in curatione febrium de ſanguinis miſſione diximus. Nec illud obſcurum ſanguinis vacuationem, quæ ad animi defectum vſque ſit adhibita, magis his etiam collaturam, niſi tamen aliud quidpiam obſtet ex ijs, quæ venam incidi prohibeant*. Cæterum vbi vnà cum ſanguine, pituita aliqua in parte introcluſa fuerit putreſcens, ibi non ita copioſa venæ ſectio molienda venit; vt in lethargia, quæ inflammatio non propriè vocata exiſtimatur; cum materia, quæ principaliter putreſcit, frigida ſit: Verum ait Gal. *In maximis verò doloribus nullum præſentius noui remedium ea vacuatione, quæ ab Lipſithymiam vſque fiat, cum ea tamen diſtinctione, vt intelligatur phlebotomia, ne an purgatione ad defectum vſque animi vti conueniat*. Quandoquidem ſi morbi magnitudo aliquo modo ſanguinea fuerit, ex morborum inflammationibus tum propriè, tum non propriè appellatis, modo enarratis, pariterque dolorum ingentium, his inflammationibus proportionatorum ſemper venæ ſectio dudum allata præſentaneum remedium tantum eſt, vt in valde acutis, ac admodum magnis morbis vſu venit. Sin morbi magnitudo quocunque modo cacochyma ſit, quæ magnitudo tantum ſub magna, cum vitæ periculum non impendeat per ſe immediatè, ſed ſolū, vt ex ea magnitudine tanquam diſponente alia magnitudo periculoſa gigni poſſit, vt ex ſcirrho,
D rum hepatis, tum lienis hydrops, pariter ex œdemate alia magnitudo periculoſa, ſimiliter ab eryſipelate aliqua magnitudo alia periculoſa. Vnde in his legitimis tumoribus cacochymis tantum ſuccorum fluentium ſeu fluxorum deriuatiua purgatio tantum conuenit: Si vero ambæ magnitudines fuerint ſimul iunctæ, tum ſanguinea, tum cacochyma, vt in ijs tumoribus phlegmonoſis non vehementer magnis euenit, vtroque remedio egent: Verùm priùs venæ ſectione, & poſtea ſolutiuorum validorum purgatione: In vehementer tamen magnis, ac valde acutis loco lactis aſinini cocti melli, ſalique mixti, ab Hipp. dati, lenientia refrigeratiua, ad reuulſionem agendam præbere valemus, vt caſſiam ſyr. roſ. ſol. & viol. ſol. Emolumentum verò, quod in febris curatione, à phlegmone exortæ, Galenus exploratum habuit, nobis patefacit, inquiens *miſſo ſanguine in propoſitis febribus inter initia non pauperibus modo, verùm etiam diuitibus, ſæpiùs plurimis quidem quinto, aliquibus ſeptimo criſis contigit, nemini ſextus*. Quod autem ſanguinis quoque ea eductio putridi euacuatiua ſit, hinc depuratiua iam patet, cum venæ ſectio omnes ſuccos, vnà cum ſanguine commixto in his tumoribus collectos, ac introcluſos vacuet maiori ex parte; vt antea vidiſti, ac etiam poſtea dicam. Immo ſuccus putrefactus, fuliginoſus, ac fumidus, vt fluxilior ſem-

per

Ibidem. 2. de vict. rat. in m. ac. cont. 11. Lib. de iudicationibus pa. 71. ex Foeſio. Lib. de diebus iudicatorijs 73. & de inter aff. 587. T. 22 lib. 4. de vic. rat. in m. ac. Idem Hipp. in epiſto. ad Dem. regem de vera ttipurg. & Gal. 8. De cuſ. c. 9.

T. 80. & 82. T. 72. 73. 74. 75.

Com. 2. de vict. rat. in mor. acu. t. 30. 13. Meth. c. 9. Idem ait 2. ad Glauc. c. 3. 12. Meth. c. 8.

5. Meth. c. 8. 14. Meth. c. 10. Vide 2. ad Gla. c. 4.

13. Meth. c. 21.

Com. 1. aph. 23.

2. ad Glauc. c. 2. & 4. Meth. 5.

11. Meth. c. 15.

Lib. 1. c. 8. & 9. Cap. 20. iſtius libri. 2. De vict. rat. in mor. acu. act. & com. 10.

Si vero non vehementer magne ſint, purgatio conuenit, poſt venæ ſectionem.

Primum exemplum quod Galeni eſt.

Secundum exemplum quod eſt Hippocratis.

Hepar ad diaphragma attolitur dum in tumorem dilatatur.

Cur morborum inflammationibus valde acutis, valdeq. magnis ſola venę ſectio conducat, non aūt ſolutiua efficatia, & ignea pharmaca.

Venæ ſectio in his peragenda eſt confeſtim, & copioſè, etiā vſque ad animi defectum.

Vbi ampla ſanguinis miſſio copioſa agenda non eſt, ibi alijs reuulſionibus ſupplēdum eſt. Vbi nulla venæ ſectio eſt agenda ſolis reuulſionibus, derationibuſue contenti eſſe debemus.

Carbunculus venę ſectio ad animi defectionem agenda eſt.

In maximis doloribus potiſſimum remediū.

Venæ ſectio putridi, fuliginoſique vacuatiua eſt.

per priùs egreditur, ac vt deterior à natura etiam priùs depulſus. At verò ne decipiamur; aduerto Galenum dixiſſe. *Verùm inflatio biſariam fit, nempe collectio in quibuſdam cauitatibus, vel ſenſui expoſitis, vel ratione contemplabilibus, flatuoſo ſpiritu. Fuerunt ſanè, qui aliquando tumores præter naturam in muſculis ſecuerunt, tanquam pus in imo reperturi, ſed nihil aliud præter quam ſpiritum, qui totam per carnem minutatim diſſeminatus eſſet, inuenerunt. Præterea & thrombi ſoli aliquando ab ijs, qui ita ſecant vel viſcoſa humiditas, vel mucoſa eſt reperta. Verùm in talibus tumor vel ex thrombo, vel mucore erat carne adhuc affici modum apparente: ſpiritus autem in ea perminutim eſt diſſeminatus.* Si itaque talis collectio flatuoſa intra membranas fieret, tũc ab eo flatu quidem membranæ ipſæ diſtendi poſſunt, hinc etiam dolores vehementiſſimi oboriri poſſent: Ideoque ne decipiamur vena minime ſcindenda eſt, immo ſi ſanguis vt valde ſpirituoſus peccaret, tunc ſanè vt ait Gal. per arteriam ſectam ſanguis educendus eſſet: quæ arteriæ ſectio Artificis inopia hoc noſtro æuo non adminiſtratur.

[Margin: In flatuoſa collectione venæ ſectio nullatenus agenda. Sed ſi ſanguis mittẽdus eſſet, tũc arteria ſcindenda.]

[Margin: A — 4. De vict. rat. in mor. acut. 121. — De curandi rat. per ſang. miſſ. c. 22. & 23.]

C A P V T XVI.

Modus huius præſidij adminiſtrandi, eò magis dilucidatur, quo varij modi fluxionis ſanguinis ad partes dolentes, ſeu inflammatas fluentis examinantur; Quanto enim fluxio velocior eſt, & copioſior, tanto celerior quoque, ſimulq́ue copioſior, ſanguinis miſſio peragenda eſſe debet. B

Æterùm, vt rei propoſitæ integram, vſque ad minimum, doctrinam acquirere valeam, modos tum fluxionum, tum inflammationum, tam ſanguinis, quam partium, dilucidare teneor; tam affectuum vniuerſalium, quam particularium. Morborum autem dolores, ſeu inflammationes vtique mali ſucci, ſanguiniſque peccantis fluxione ſemper progigni certum eſt; Quare prius quot modis fluxiones ſortiantur, ſubinde, quot modis ſanguis, ac partes inflammatione tentantur dilucidandum venit. Nam prout fluxio ſanguinis copioſioris celerior eſt, ratione ſuæ cauſæ, ſic etiam magis confeſtim, ac plus de ſanguine detrahere deuincimur. Cauſarum itaque fluxionis ſanguinis peccantis, ac humorum infeſtantium duo genera à Galeno ponuntur eò, quia vel per modum attractionis partis affectæ attrahẽtis ſanguinem, vel humorem aut à toto, vel ab vna, ſiue à pluribus partibus; aut per modum receptionis ſanguinis fluentis, ſeu ſucci, vel à toto, ſeu ab aliqua parte potenti, vel à pluribus validis partibus tranſmiſſi, vt diffuſiùs alibi dicam. Cauſæ verò attractionis à parte læſa factæ, duæ à Galeno creduntur, nempe caliditas intemperata raritate, & largitate concurrente, ceu effectu illius caliditatis, atque dolor partis; ſæpe tamen vtraque cauſa ſimul iuncta habetur, dum dolor à caliditate ipſa accenſa prodit, cum Galenus exararit. *Etenim cum immoderatus calor dolorem excitet, atque etiam aliquid ad ægram partem attrahat, vtroque nomine augeſcere phlegmonem accidit.* Quippe vt etiam calor immoderatus ſanguinis calidiſſimi, hinc etiam velociùs fluxilis caliditatem immodicam parti læſæ impertit, ſimulq́ue dolorem, & hoc modo phlegmonem parit; ait enim Galenus; *Cum enim phlegmone duplici ratione à natura receſſit, & quod pars ipſa multo ſanguine ſit referta, & quod eadem ſit calidior.* Vnde calor immoderatus partis dolorem attrahentem producens triplex eſſe valet, nimirùm partis iam caliditate intemperatæ, vel ſanguinis iam fluxi, ac in ea parte ægra collecti putreſcentis, inflammantis, vrentis, atque colliquefacientis, aut etiam ſanguinis in ſinu venoſi generis exiſtentis immodicè calfacti adhuc fluentis. *Qui calor* partis attrahentis *aut naturalis eſt* aduentitius, vt aliqua pars caliditate intemperata iam acquiſita, ac in naturalem temperaturam confirmata, *aut accidentalis* calor eſt, atque præter naturalis, qui vtiq; ſub quinque genera modorum progigni poteſt, vtpote *vel ex motu, vel ex putredine, vel ex vicina alterius corporis calidioris parte, vel ex ſtipatione, vel ex alimento ad calefaciendum accommodato,* vt vberiùs dicam alibi. Dolor autem attractiuus vltra quòd à calore efficitur, vt iam quoque dictũ eſt, vt ait Hipp. *Dolor etiam oritur ob frigus, & ob calorem, & propter nimiã copiam, & propter paucitatem. Et in natura perfrigeratis ad cutem corporis partibus ob nimium calorem dolor ſuboritur, & in calidis natura ob frigus; & in ſiccis natura quidem, dum humectantur, & in humidis natura, dum reſiccantur, cum enim cuiuſque natura immutatur, & corrumpitur, dolores fiunt.* A quacunque etenim prima qualitate tangibili, & alterante nimia, ea quidem ſuauis ſymetria tenoris ſenſus tactus corrumpitur, tanquam ab excedente ſenſibili, à quo ille ſuauis ſenſus corrumpatur, quo corrupto non niſi dolor fit, hinc ait Galenus. *Manifeſtam ſanè habent indicationem, nos ex calido, frigido, humido, & ſicco, & dolere, & curari. Quis enim eſt, qui non nouerit, quod dolor ſuboritur, vbi quis vehementi hyeme domo exeat &c.* Vnde Hippocrates contra Antiquos primas quatuor qualitates ignorantes, putanteſq́ue hominem vnam qualitatem, ac vnum tantum elementum eſſe ait. Ego

verò

[Margin: Conexus. Modi fluxionis inflãmationũ propoſitarũ. & ſãguinis & partium declarãdi colliguntur tã affectuum vniuerſalium, quã particularium. Fluxionis ſanguinis & ſucci motu peccantis cauſarũ duo genera. Nam vel attrahendo vel recipiendo. Attractionis à parte læſa factæ duæ cauſæ. Calor intemperatus & dolor. Sæpè aũt ambæ ſimul ſunt cum à calore frequẽter dolor fiat; & à dolore etiam calor ſequatur. Calor immodicus dolorem attrahẽtẽ gignẽs, triſ fariam eſt, ex Gal. 13. Meth. c. 8. vel calor partis aut calor ſanguinis iam in eam partem fluxi putridi vrentis, inflãmãtis; vel calor ſanguinis in genere venoſo inſigniter calfacti fluẽtis ad eam partem. Dolor attractiuus à quib. cauſis fiat, ex Hipp. locus Hippocratis explanatione. Ne dum à primis actiuis qualitatibus, ſed et à paſſiuis dolorem gigni poſſe.]

[Margin: Cap. 14. & c. 15 — C — Lib. de oculis p. 6. c. 2. & 2. de diff. febrium c. 11. — Lib. 1. de magnit. ud. cacochyma c. 11. — 13. Meth. c. 5. & ca. 8 & de arte med. c. 95. & 2. de differ. feb. c. 13. & de ocul. par 6. c. 2. — 13. Meth. c. 8; Ibidem. — D — Lib. de oculis par. 6. c. 6. — Lib. de cauſis morb. c. 2. — Li. 1. de magnit. ud. cacochyma c. 11. — De locis in homine p. 418. et Foeſio. — 1. Com. lib. Hipp. de nat. humana cont. 6. — 2. de natura hu. t. 5.]

A *verò statuo, quod si homo vnum esset, nentiquam doleret. Nam neque foret propter quod doleret, quum*
vnum esset: quod si etiam doleat erit necesse, & remedium esse vnum. Verùm multa sunt, *nam multa in*
corpore habentur, quæ vbi à se mutuò præter naturam calfiant, refrigerenturve, siccentur, aut humectentur, gignunt morbos. Ergo intelligit tum morbos, tum dolores, iam ab eo statutos his verbis; *(nam*
enim cuiusque natura immutetur, & corrumpatur dolores fiunt. Cũ autem in nostro corpore, à Deo,
& à Natura aliquę partes suo originali, ac naturalissimo temperamento calidæ, aliæ frigidæ, nõnullæ humidæ, quæpiam verò siccæ, iam constitutæ fuerint. Ideò iure meritò suis similibus temperatis conseruari debent; à suis autem ne dum immoderatis, verùm etiam moderatis contrarijs
hæ vtique mutantur, & recedunt à suo originali, ac naturali temperamento, hinc id originale tẽperamentum corrumpitur: Vnde ex hoc dolores, & morbi fiunt. *Et propter nimiam copiã, & propter paucitatem, dolor etiam oritur*, ait Hipp. A' copia nanque sanguinis, seu succi, partes sensiles
grauantur, seu extendente, aut duras efficiente, seu inflammatas reddente, dolores oboriuntur.
Sicuti etiã sanguinis alimentalis defectu ab aliquo impedimento, impedita facultate attractrici
alicuius partis, dolor oritur, cum illa pars sanguinem pro suo nutrimento attrahere nequeat:
Quocirca interdum partes dolentes vidi carne destitutas factas, & si ad eam dolor succos malos
B attraheret, hinc etiam dolor augesceret. Insuper dolor quidem a motu peragitante, seu conquassante prodit. Vlteriùs à materiæ acrimonia, seu mordacitate pungente, seu mordicante, & à re diuidente, aut à re comprimente, seu à parte contusa, vel à materiæ crassitie obstruente, dolorem
gigni pro comperto habeas. Dolor itaque ipsis de causis attrahit, & hinc longè magis quàm calor immodicus, dolor sanè concitatus, sanguinis, & succorum motum, fluxionem, ac inflammationes omnes, tam propriè, quam non propriè nũcupatas producere valet, vt Galenus, ex Hipp.
mente, ratione, ac experimentis nos docuit; vt etiam lib. 2. de magnitudine morbi cacochyma c.
11. dixi. Verùm vltra calorem immodicum, & dolorem alia mihi sese offert causa, ob quam partes læsæ attrahunt absque vllo morsu, doloreue, vt loco dudum statuto iam exacte ostensum
est, nimirum insignis resiccatio partis, cuius vi attractio fit nam *admodum arefactæ venæ intenduntur, ac inflammantur, inflammatæque trahunt, quæ influunt*, vt in visceribus contingere solet. & alio
loco habet. *Quandoque enim intenditur hypochondrium sine inflammatione propriè nominata propter*
vehementem quandam siccitatem, attrahentem fluxiliorem humiditatem: Ac etiam inquit *febris*
ardens fit cum venulæ tempore æstiuo exsiccata, acres, & biliosos ichoras ad se traxerint. Cæterum secundi fluxionum sanguinis succorumque generis, per modum receptionis relati differentiæ plures quidem quoque creduntur: in eo genere semper concurrente potenti transmittenti, vel vniuersali, aut particulari; cum sæpe malus humor in generis venosi sinu repertus, ac in toto corpo-
C re, à natura cordi implantata, ceu a primo corporeo agente, motoreue vniuersali calubri omniũ
totius nostri corporis actionum, ad quampiam defectam, vel imbecilliorem, aut ægram partem;
seu laxiorem, molliorem, rariorem, & magis vacuam transmittatur: Interdum verò ab aliqua
parte validiori, aliquo prauo succo infesta, ad imbecilliorem, seu defectam, vel ægram partem is
succus transmittitur, quam autem partem defectam, ac imbecilliorem exactè ostendo lib. 2. de
magnit. morbi cacochyma c. 11. Quandoque autem sine transmissione ab aliqua parte facta, humor, sanguisue sua natura grauis, vt est melancholia, ad inferiores partes rariores, molliores, ac
laxiores descendit: sicuti leuis humor sua natura sursũ se rapit, vt bilis est. Ex quibus patet, quod
si primæ causæ fluxionis, sanguinis genus, cum secundo genere comparetur, procul omni dubio,
in primo genere fluxio velocior semper erit eo, quia motus celerior ab attrahente partis læsæ fit,
quam à parte recipiẽte affecta, præterquam quòd etiam pars attrahens recipiens quoque est rei
fluxæ, à toto, vel ab aliqua parte transmittente; ergo sequitur assumptum, licet ea pars, quæ in
principio fluxionis tantum recipiebat, citò postea, vel calfacta, aut dolens attrahat. Similiter, si
primi generis eas tres causas attractionis seorsum comparatas perpendamus, nempe resiccationem, calorem immoderatum, ac dolorem partis ægrę; certè assidue velocior fluxio à calore im-
D modico, quam a resiccatione semper erit: quoniam maior attractio ab eo calore consurgit, quàm
ab arefactione: Verùm enimuerò adhuc etiam maior attractio a dolore emergit, quam à calore
allato. Ergo velociorem sanguinis inflammantis fluxionem dolor parit, quam calor intemperatus: Præterea etiam, cũ plures doloris attrahentis causæ esse valeant, vt vidisti, ac etiam eo, quòd
vna causa ex ijs vehementior alia esse valet, ad maiorem dolorem infestandum quoque pro vt
causa doloris maioris partis offensæ: maioris attractionis causa quoque esse valet, velociorem
etiam sanguinis motum gignere quit: Cum pariter immoderati caloris trahentis partis insellæ
causæ quamplurimæ sub quinque genera se habeant, ac vna quidem altera validior sit, velociorem quoque vtique sanguinis fluxionem producere poterit. Non dissimiliter autem asseuerandum venit de differentijs secundi generis, nec non tertij generis, quod per succi naturam grauem, aut leuem habetur. Quondoquidem sicuti magnitudo morbi sanguinea maior vehementiorue est à maiori copia sanguinis prodiens, maiorem quoque sanguinis multitudinem per se
indicat detrahendam, sic etiam æquabiliter motus sanguinis velocior, celeriorem sanguinis
eductionem postulat: Ac ita his, modo, statutis omnibus semper perpensis, in morborum inflãmationibus venæ sectione rectè curandis, quoad sanguinis partem inflammantis fluxionem ve-

G locio-

1.6. De loc. in hom. pag. 458.

De loc. in hom. pag. 498.

1. De symp. caus. c. 6. & lib. 2. de loc. aff. c. 5. & 6. aph. 5.

4. De vict. rat. in morb. a. c. 27.

Ibidem & 13. meth. cap. 8.

1. De symp. caus. c. 6. & 2. de loc. aff. c. 5. & 4. de loc. aff. c. 7.

4. de vict. rat. in morb. acut. c. 27. & 83, & 3.

De symp. caus. c. 6. & 3. de loc. aff. c. 5. & 2. de comp. m. 5. loc. c. 2. fol. 137. C.

Iisdem locis & 6. de simpl. med. fac. fol. 43. E. cap de Aristolochia.

5. Meth. c. 4. & 4. aph. 32. & de arte med. c. 86. & de 4. vict. rat. in m. acut. c. 27. & de cur. rat. p sang. miss. c. 6.

4. De vict. rat. in morb. a. c. 27.

Idem com. 3. progno. 37

4. De vict. rat. in morb. acut. c. 2.

Hip. de nat. ho. 278. & Gal.

2. De alim. fac. c. 5. & 13. met. c. 5. & 13. met. c. 20.

13. Meth. c. 5. & de cur. rat. per sang. miss. c. 8.

Lib. de oculis par. 6. c. 2.

13. Meth. c. 20.

Lib. de oculis p. 6. c. 1. ex com. 4. aph. 9. & 1. de alim. facul. c. 5.

Com. 4. aph. 9. & 3. de compos. med. s. l. cap. de iis qui ex stomacho caput dolent.

Dolor, & à repletione, & à nimia inanitione fit: vt ait Hipp.

A sanguinis etiam alimẽtalis inopia.

Cur dolentes partes carne destituantur aliquando.

Dolor à motu peragitante fit etiam.

Et à materiæ acrimonia, & mordacitate.

Et à re diuidente: & à re comprimente dolor ortus.

Et à re obstruẽte ac extendẽte.

Dolor plus attrahit quam calor.

Præter dolorem autem & calorẽ tertia causa est attrahens nempe exsiccatio insignis.

Febres ardẽtes ob ingentem venularum siccationem acres & biliosas ichoras attrahentem: vt etiam Hipp. 3. de morbis pag. 448 statuit.

Secundum genus causarũ fluxionis per receptionis modum contingens.

Fluxio velocior à primo genere fit.

Pars quæ i principio tantum recipiebat deinde, calore, vel dolore, vel exsiccatione magna læsa mox attrahit.

Fluxio celerior à dolore, quam à calore facta; tamen fluxio à calore velocitate facta, vincit illã fluxionem a resiccatione magna ortã.

Sicuti magnitudo morbi sanguinea, fluens à sanguine celerius fluente, ob maiorem velocioris fluxionis sanguinis ita etiã magis venæ sectionem ocyssimè & ampliorem postulat.

locior em retorquendam, perpetuò quoque ac magis confestim vena pertundenda erit; illico; A
prius quam sanguis fluat.

CAPVT XVII.

Modus insuper istius remedij moliendi, adhuc eò magis explanatur, quò varij modi inflammationis, tum sanguinis, tum membrorum, tunque vniuersi corporis, explorantur: Nam quanto inflammationis modus velocior est, & copiosioris sanguinis rationabiliter maiorem morbi sanguineam gignentis magnitudinem, tanto quoque celerior, copiosiorque sanguinis eductio, per venam sectam, administranda erit.

MOdis autem fluxioaum explanatis, nunc modos inflammationum patefaciam. Morborum enim inflammationum plures quoq; sunt modi; Primus nanq; modus, in febre ardẽti habetur, qui modus impropriè inflammatorius vocatur, ac B
erysipelati phlegmonoso assimilatur, qui adhuc etiam duplex est, aut enim à bile, seu ichoribus biliosis, seu ab ichoribus salsis pituitosis fit, cum Hippocrates dixerit. *At verò febris ardens ferè biliosos prabendit, corripit etiam pituitosos hoc modo. Vbi bilis toto corpore commota fuerit, & forte euenerit, vt vena, & sanguis magnam bilis copiã ex carnibus, & ventriculo trahant. Qui verò priùs inest, vtpote natura calidissimus in corpore sanguis existens, cum ex carnibus, & ventriculo incaluerint, supra eum, qui iam inest amplius adhuc à bile; reliquum ẽt omne corpus calefacit, & quadam quidem partes ob copiosam humiditatẽ penitus resiccari nequeunt, quod si resiccata fuerint homo perit,* cum iam antea dixerit. *Causus id est febris ardens fit, cum venulę tempore astiuo exsiccata, acres, & biliosos ichoras ad se traxerint &c. fit quoq; magna ex parte ex longo itinere, & longa siti, vbi arefactæ venulæ, acres, calidasq; fluxiones* ẽt saoguinis fluentissimi, & calidissimi *ad se attraxerint.* Vult enim Hippocrates hunc inflammationis modum impropriè nũcupatum vniuersi corporis, ratione arefactionis venarum fieri, & per modum attractioois fluxilium acrium, tenuionq. biliosorum humorum, quibus attractis, ardentem eorũ putredinẽ concitari, ac vnà cum sanguine, qui vt omnium calidissimus (Spirituũ actu calidissimorũ cõmixtione, vt antea ostensum est) facillimè inflãmari possit, quo inflãmato, in venis vnà cum bile putrescẽte *pracipuè verò vbi in ventris, aut iecinoris, aut pulmonis venis bilis efferuescat* facillimè quoq; subinde, totũ corpus inflãmari, conspicuum est, defertur nanq. sanguis in totum corpus p venas. C
Vnde ait Hippoc. *supra eum, qui iã inest ampliùs adhuc à bile, reliquũ corpus, ẽt omne corpus calfacit,* cuius rei, cum ẽt Galenus meminerit; ait *in vna corporis parte, quæuis illa sit, interdum causus gignitur, interdum & toto in corpore: Verùm si vena totius corporis supramodum exsiccatæ calidas carnosis è partibus humiditates traxerint, in toto corpore fit &c. Si ergo in vna quapiã corporis parte affectio ea fiat in ea solum, quæ erysipelas referat, affectus quispiam erit. Verum, si vena totius corporis supra modũ exsiccatæ calidas carnosis è partibus humiditates traxerint, in toto corpore fiet, quæ causum referet affectio. Causus verò propriè dictus non caliditatis, quæ per totum fit corpus, præstat modo vehementia, verũ quoq; & siti: nã sitis in eo vehemens, & incõpensibilis &c. cum verò in vna parte nõ de necessitate, nisi pars ipsa sitim pariat. Omnium aũt primum, & maximè id facit os ventriculi, deinde ventriculus, atque ab eo stomachus, post pulmo, & subinde ieiunum intestinum.* Causus itaq; per attractioois modũ genitus, vel scilicet vniuersi corporis, ac tunc propriè vocatus, aut alicuius partis non propriè nuncupatus, cum tunc erysipelati proportionetur: Erysipelati enim ibi phlegmonoso à Galeno statuto responder, fluente vnà cũ bile prædomioante efferuescente, & fluente, simulq; iam fluxa etiam sanguine, si in venas hepatis, stomaci, ventriculi, pulmonis, ac intestini ieiuni sic bilis confluxerit; in qua vtriq; febre ardenti venæ sectio celeriter, ac copiosa sanguinis eductione quoq; administranda venit, etsi non ita copiosa, vt in febre ardenti, seu causo propriè appellato cõueniat. Sin bi D
lis tantum absq; sanguine fluxerit, tunc non in carnosa corpora vasis referta inflammatio fit, in quibus hæ inflãmationes consurgunt, quin potiùs *circa cutim maxime consistens, tum hãc externã, quæ omnium partium commune est tegumentum, tum membranosam, ac tenuẽ, quæ singulis internarum est circundata.* Ac ibi eũ nullatenus morbi inflammatio fit, quinimmo morbi magnitudo cacochyma, aliam quidem deteriorem magnitudinem disponens periculo plenam: Ideò tãrũ ibi corpus totum medicamento bilem purgante euancuandum est, reuulsioois, seu deriuationis gratia. De morborum verò inflammationibus non propriè dictis, & antea allatis, particularibus iam apud Hippocratem, & Galenum patet, eos, vel in præcordijs omnibus progigni *propter vehemẽtem quandã siccitatẽ, nõ solũ in illa parte, sed ẽt in succigente costas mẽbrana, atq; pracordys. Aut propter inflãmationem, cum tumore ipsorum in hypochondrio musculorũ sine inflãmatione propriè nominata consistentem.* Et à siccitate vehementi, & ab inflammatione non nisi ea, quæ influunt, inflammatoria attrahuntur, & hinc inflãmatio modo attractorio exoritur, in morborũ inflãmationibus particularibus, erysipelati phlegmonoso, & causoni nõ proprie appellato proportione assimilatis.

Contextus.
Modus inflammationis non propriæ vocatæ ab Hippocrate statutus.
Modus, quo febres ardentes fiunt est inflammatorius impropriè vocatus erysipelati enim phlegmonoso respondet.
Ac etiã fluxione & attractione gignitur ardẽs febris vt dudum vidisti & vt modo ex Hippocrate habetur.

Ardens febris, aut in vniuerso corpore, aut in quapiam parte, emergit.
Si in parte vero, tunc erysipelati phlegmonoso proportionatur.
Si vero in toto genere venoso tunc propriè causus nũcupatur.
Partes impropriè inflammatæ, quæ sitim parere possit in ardente febre non propriè vocata.
In venis iecinoris, stomachi vẽtriculi, pulmonis & ieiuni intestini ardens febris impropriè vocata fit.
Ipsa febris quia sibi iunctam habet sanguineã magnitudinem venæ sectionem petit, amplam.
Si vero in ijs partibus circa cutem fluxio solius bilis flauæ fit, cum magnitudo ibi sanguinea non fit, nec etiam venæ sectionem petit.
Propter vehementem siccitatem attrahentẽ inflãmationes fieri nõ propriè appellatas & in costium pleura & peritoneo & in præcordijs.

Lib. 1 de morbis pag. 448. ex Foesio.

4. De vict. rat. in mor. acu. l. 1. Tex. 3.

Li. de carnibus pag. 208.
Idem quoq. lib. 2. c. 6. istius operis & c. 8 lib. illius primo.
Galenus lib. 1. com. 2. epid. tex. 72.
Hippoc. de nat. hom. 179. & de ossium natura 245.
1. De morbis p. 448.
Com. 4. de vict. rat. in morb. acut. cont. 2.

24. Meth. c. 8.

Ibidem.

2. Ad Glauc. c. 2.

4. De vict rat. in m. acut. t. 27.
Com. 1. progn. 27.

A tis. Cæterùm sicuti per modũ attractionis partis affectæ, seu venularum totius exsiccatarum duæ febris ardentis species habentur; pariter aliæ istius febris duæ species profectò respectu transmissionis à parte potentissima actę, ac simul ratione receptionis à parte offensa molitæ inueniuntur. Quocirca febris ardentis quatuor vtique species à Galeno creduntur, cum exararit. *Verum igitur ita tantum: modo sit causus, vt dixi, cum scilicet acres, & biliosos ichoras ad se traxerint venulæ, An ne & carne id patiente erit causus, siue causus in vna parte, siue toto in corpore pati eam contigerit? ostendimus etenim eam vim habere eorum, quorũ indiga est attractoria. Præterea & fieri potest, vt modo similis affectio fiat. Modum alterum dico, cum ex validioribus partibus ad imbecilliorem aliqua mittantur excremẽta: nempè, quod particulis singulis, vt attractoria, sic et expulsoria in sit facultas, declaratũ est. Fieri ergo potest, vt interdum quidem ex parte vna, interdum verò & ex pluribus acres, & biliosi ichoras exactè ad dictas fundantur particulas, quæ scilicet imbecilliores sunt.* Vnde necessariò in causone sanguis vnà cum bile concentratus per venarum sinus, & si per porositates exinde à centro, & à partibus validis expellantur acres, & biliosi vapores, & fuligines ad cutim, vt apertè ait Galenus, hinc partes extremæ ardentes sunt in sanguinis concentratione. Nihil causus malignus fiat, tunc enim à viscerum magna inflammatione introrsum calor attrahitur. Vnde extremæ algent partes, interna vruntur, & sitiunt ægri.

4. De vict. rat. in morb. acut. contex. 1.

4. De vict. rat. in morb. acut. 2. & c. 1. de vict. rat. in m. ac. t. 46.

Febrium ardentium à bile sanguinẽ copiosa, calorem etiam excessiue, quatuor species; duæ, ardentes febres propriè appellatæ sunt: Duæ verò ardentes nõ propriè vocatæ ex Galeno statuuntur.

Quia etiam aliæ duæ species, per transmissionis modũ exorituræ ... duas per attractionem modum genitas à Galeno statuuntur.

Cur in ardentibus febribus sãguis concentretur & partes extremæ flagrent magno incendio.

B Cum autem dictum sit, in ardenti febre confestim, copiosamque sanguinis missionem, vena secta, semper administrandam esse, ac vsque ad animi deliquium. Ideò si hæ duæ ardentis febris species totius corporis simul compatentur; celerior, & copiosior sanguinis eductio in illa, attractionis ope genita, congrua est, quam in illa, quæ receptionis vnaque transmissionis vi oritur: pariter de ambabus totius corporis velocioris fluxionis speciebus asseuerandum est, respectu aliarum duarum specierum, quæ particularis alicuius partis ægræ habentur, in quibus non tanta inflammatio existit. Sed vbi iam allata sanguinis eductio tum in synocha, tum in lassitudine phlegmonosa, & in phlegmone molienda, cum alia, quæ in febre ardenti erysipelati phlegmonoso conuenit agenda comparetur. In prioribus quidem affectibus amplior vacuatio administranda est, quam in posterioribus, sicuti è contra in ipsis pro maiori refrigeratione respicienda, quam in illis requiritur, executioni mandanda est, vt ex Galeno colligere possumus, eò, quia eo tempore bilis cũ actu efferuescat, & incalescat, vt ex potentia ignea, quæ antea reperiebatur, iam actu tũc ignea facta, sanguine hinc etiã incalescente calidior præternaturaliter fit, hinc maiori refrigeratione in istis, quam in illis, indigemus. Verùm cum tribus modis sanguis inflammari possit, nempe quantitate, immodicaq; calida qualitate vstiua sine putredine, & cum putredine ipsa. De duobus prioribus enim modis, ait Galenus. *Cum enim phlegmone duplici ratione à natura recessit, & quod pars ipsa*

4. De victu rat. in mor. a. t. 16. Et 1. de morb. 448.

21. Meth. c. 8.

14. Meth. c. 3.

13. Meth. c. 8.

Febri ardenti propriè dictæ venæ sectio celerior, & maior seu copiosior cõuenit illi, quæ per modũ attractionis genita est: quam aliæ per transmissionis modũ oborta est.

Synoche febri, lassitudinique phlegmonosæ, & phlegmoni amplior sanguinis missio competit, quam cæteris.

Tribus modis sanguis inflammari potest.

C *multo sanguine sit referta, & quod eadem sit calidior.* Qui duo modi ne dum in inflammationibus proprijs particularibus partium, verum etiam in synochis, & lassitudine phlegmonosa reperiuntur, vt iam antea demonstratum est. A copia nanque dummodo spirituum interceptiones non fiant, vt c. 13. dictum fuit, inflammatio prius spirituum, deinde sanguinis fit. A calido autẽ vstiuo nihil putredinali quoq; sanguinẽ inflammari posse pro comperto habetur. Nam dum Galenus differentiam loci putredinis inter ardentes febres, ac tertianas statuit, inquit, *si ardẽtes febres sint in venis abundat* bilis *præcipuè iecinoris, & ventris. Tertianæ verò fiunt, cum totius carnes affluant bile flaua, & nam hæ quidem non perinde trahunt originem ex biliosis retentis excrementis*, quia Hipp. ait *Tertianæ verò febres numerosiores erant ardentibus, grauioresque.* Ideò Galenus rationem cũ reddiderit, statuit quòd licet hæ tertianæ in loco putredinis tertianarum ortæ fuerint; attamen modum generationis bilis genitæ, à qua proficiscebantur, fuisse eodem modo, quo ardentes gignuntur: proinde ardẽtibus grauiores eas tertianas fuisse. Modus aũt sanguinis inflãmatorius, vstiuus fuit, quidem sine febre putrida, ob calorem deurentem cum exararit. *Sed calore in vasis, & visceribus aucto, ac inflammato statu præter modum calido, quomodo in his, qui se plus satis exercitauerunt, fit, aut in magnopere solicitis, aut qui multum apricati sunt &c.* Verũ iste modus improprius est, propriæ inflammationis, quæ & cum copia, & cum immodico calore combustiuo, & vnà cum calore

Cap. 14.

2. Epid. com. 2. contex. 19.

Ibidem.

Ibidem.

4. De tuenda sanit. c. 4.

Primus modus à quantitate insigni sãguinis. Secundus à calido valde vstiua non putredinali.

Ambobus is modis & in synocha non putrid. et in lassitudine phlegmosa sanguis inflammatur.

In venoso namque genere causus fit 6. aphor. 26.

Multiplex Modus, quo sãguis ob calorem insignem non putredinalem, sed vstiuum tãtum inflammatur.

D putredinali, ac etiam quandoq; colliquatiuo adesse facilè potest. Sanguis aũt sine putredine inflammari valet, dum sine pùtredine biliescit, vel dum supra modum coctus à calore hepatis fit ingenti, aut ex alimentis sanguinẽ copiosũ, & calidiorẽ parientibus, importunè datis; Præterea sanguis biliescit, ac vritur, seu inflammatur à ferarũ morsu, & ẽt à dulcibus, ac oleosis, seu pinguibus: Verũ sanguis calore putredinali inflammari valet, dum ob plures putrescit causas, nimirum propter eius humiditatem, calorem, crassitiem, glutinositatem, & copiam, nec non ob eius dulcedinem. At vero sanguis potissimum ratione suæ humiditatis facilè putrescit: Cum ipsa humiditas putredinis minera sit; hinc humidis temporibus præcipuè putredinem effici cernitur. Ideòque sanguis humiditate facilè putrescit, seu in vasis solis, aut in toto corpore putrescat: Ac eo magis putrescit, quò vnà cum sanguinis humiditate calor tum potentialis, tum actualis commiscetur; cuncta enim talia calida & humida facilè putrescunt, nisi diffentur, ac refrigerentur. Vlteriùs sanguis sua crassitie quoque in eo vt obstructiones facit vnà cum copia peccans putrefieri valet: Hinc etiam magis iusto calefieri, & inflammari, ac denique in cinerem conuerti: Quin potiùs sanguis putrescit, quatenùs in alterius humoris naturam

1. De vict. rat. in morb. acutis t. 44.
5. De loc. aff. c. 7.
11. Metho. & 1. epid. c. 3. t. 1.
Idem vide lib. 1. c. 6.
Com. 3. aph. 16.
1. De diff. feb. c. 9. & 11.
Ibidem & 2. de diff. feb. c. 9.
8. De comp. me. 5. loc. c. 7. & c. 8.
4. De simph. med. fac. c. 3.
1. De diff. feb. c. 11.
2. De diff. feb. c. 13.

Tertius modus inflãmationis sanguinis à calore putredinali proficiscitur. Putrescit autem sanguis dum inflammatur ob humiditatem. Et ob calorem sinu humiditati iunctum. Et ob crassitiem obstruentem, copiamque &c.

Sanguis putrescit non vt sanguis sed vt in termino, & vt humor ad quẽ transit: dum putrefactus est.
Putredo sanguinis ob eius dulcedinem fit &c.
Et ob liquiditatem, & ob eius spiritus calidissimos & dulcissimos, qui sanguinis liquiditatis causa sunt vt Hippoc. li. de carnib. sol. & 209. & 210 & Aristot. 2. de part. anim. c. 3. & 3. de hist. anim. c. 6. & c. 19. & 2. de part. anim. c. 4. & 4. de hist. anim. c. 7.
Oribasius lib. 5. medicinalium collectionum ad Iulianum Imp. ex Gal. lib. de vinis c. 6.
Istorum autem inflãmationis sanguinis modorum sicuti vnus modus alio modo citioris, velocioris* inflãmationis, maioris* magnitudinis sanguineæ morbi inflammatoriæ causa est: ita etiã celerior & copiosior venæ sectio peragenda est.

conuertitur, vel etenim vt in bilem flauam, aut atram transmigrat: sanguinis nanque tenuioris, & pinguioris pars, si putrescat, in flauam bilem mutatur sicuti crassa eius pars putrescens, in atram bilem vertitur; causa verò huius rei à Galeno assignatur, vt eum est legere. At verò sanguini putredo etiam contingit, ob eius dulcedinem, cum sanguis patenter dulcis sit. Præterea etiam quia liquidus est: Verùm ob spirituum, qui tum calidissimi sunt, tum dulcissimi sunt, vt lib. de med. certit. iam ostensum est, commixtionem sanguis tam dulcis, quam liquidus habetur, vt ceræ, & pici liquiditas certè, ob calorem ignis accidit. Spiritus itaque àctu in nobis calidissimi, facilè à calore excedenti inflammari queunt, quibus inflammatis, sanguis quidem subinde, vt humidus, ac dulcis, & pinguis facilè putrescit, vt omnia dulcia calida, & humida facilè putrescunt, ac etiam biliescunt, & omnia dulcia pinguia supra modum calfacta in amatam bilem vertuntur. Hinc vinum dulce in nobis biliescit vt Hipp. & Gal. statuunt: Quocirca Oribasius ex Galeno vina dulcia biliosis contraria esse censuit, cum omnia vina dulcia, flauæ bilis, materia sint. His autem modis omnibus sanguis inflammari valet, ac innatus calor aereus, in igneum conuerti potest: Sicuti autem quilibet horum modorum sanguinis, tum propriè inflammandi, velocior altero modo est; sic etiam celeriùs sanguis educendus, in eo vt velocius ab eo modo sanguinem inflammandi magnitudo morbi sanguinea præsens emergit. Pariter de copiosiori sanguinis missione molienda in ijsdem modis, vbi maior copia sanguinis peccantis fuerit, velociori modo annexa, asserendum venit, quatenùs ab ea copia maiori, celeriori modo iuncta, maior, seu vehementior morbi magnitudo sanguinea prodit. Verùm si ipse sanguis, & copia, & caliditate simul ingenti inflammetur, adhuc velociùs, & copiosiùs sanguis mittatur: sic etiam ijs addatur calor putredinalis, vel præsens, aut imminens, tunc à vehementissima magnitudine morbi sanguinea, ab ijs tribus modis exorta, copiosissima sanguinis detractio celerrimè administranda indicatur. Concurrentibus tamen omnibus coindicantibus antea allatis, vnà cum permittentibus statutis, & compermittentibus.

A
Eodem lib. c. 9.
2. De crif. c. 12.
5. Aph. 17.
4. De sim. med. fac. cap. 10. & 3. de diff. feb. c. 3.
2. De nat. fac. c. 8. & 2. de vict. ra. in morb. c. cont. 19.
2. De crisib. c. 12.
3. de vict. rat. in morb. acut. t. 2. & cont. 10.
1. De diff. feb. c. 3.
B

CAPVT XVIII.

Cum plura sint, quæ in sanguineæ massæ magna inflammatione vehementer incalescunt, quid primo, & quid secundo, tertio, & quarto inflammetur quæritur; ac etiam sanguisne arteriarum, an venarum priùs inflammetur: sicuti nanque plura sunt, quæ inflammantur, seu inflammata sunt, sic etiam celerius, copiosiusque, sanguis educendus; & de arteriarum sectione agitur.

C

Conens.

Cæterùm, cum plura sint, quæ in morborum inflammationibus, tum vniuersi corporis, tum alicuius partis, iam antea statutis inflammẽtur: Nam in his magnis, & acutis morbis, aut cordis quidem substantia, aut humor, seu aerea substantia cordi implantata, inflammari potest. Insuper aut sanguis venarum, vel arteriarum, aut vterque simul inflammatur: Ac etiam in sanguine, vel tantum spiritus vehementer incalescit, vt in synocha non putri, vel vnà cum his spiritibus sanguis putrescit, vel prædominans, vt in synocha putri, seu vt subdominans vt in causone. De corde autem, quia priùs inflammari substãtiam aeream, deinde in calefieri humores inflammari manifestũ est. Tandẽ in calefieri quoq; cordis corpus inflãmari conspicuũ est. Ideò circa id nihil elaborandũ mihi est: Sed de venarum, & arteriarũ sanguine quæstio cadit; sanguisne venarũ, an potius arteriarũ priùs inflãmetur: Quandoquidẽ ex Gal. arteriarũ sanguis priùs inflãmatur, postea venarũ sanguis. Cũ exararit. *Calefit primũ, qui in arterijs est sanguis, quia, s. is tum natura calidior, tum verò spirituosus magis sit, post hunc verò etiam, qui in venis est.* Ex alia aũt parte patet, tũ in aliqua particula collectum sanguinem, tam in inflammationibus propriè vocatis, phlegmonibusque appellatis, quam in non propriè nuncupatis, tum in sinu venosi generis, seu in toto corpore sanguis incaluerit, & putruerit, priùs inflammari, postea cor secũdum eius spiritum primogenitum inflammari; quo igneo reddito non nisi certè sanguinis arteriarum spiritus incalescũt, quibus vehementer calfactis, necessariò sanguis etiam arteriarum inflammatur. Quocirca perpetuò venarum sanguis priùs inflammatur, postea is arteriarum sanguis similiter inflammatur. Ergo manifesta contrarietas adest. Cui respondeo contrarietatem hanc non esse, cum priùs, & posteriùs duplici modo adesse valeat; nam vel causaliter, & putredinali inflammatione cor vt subiectum caloris febrilis inflammatorij, tam in particularibus, quam in vniuersalibus, magnis, & acutis morbis sanguineis, inflãmanti, sanguis vtiq; venarũ priùs inflammatur, deinde verò cor, tandẽ arteriarũ sanguis, & id sanè consideratione perspecta ante subiecti proprij febrium omnium

1. De diff. feb. c. 5.
Lib. de inæquali intemperie c. 4.
9. Meth. c. 4. & c. 5 & 1. de diff. c. 8.

Dubium.
Num quid venarum an arteriarum sanguis inflãmetur prius aut posterius.
Solutio.
Prius & posterius duplex.
Prius causaliter, & putredinali inflãmatione, cor subiectum caloris inflãmatorij febrilis &c.
Inflãmatio gemina: nam vel pro caliditate ingentissima nõ propriè, vel pro calore febrili & igneo putredinali etiã impropriè accepto.

D
Lib. de Inæquali intemperie c. 4.

A inflammationẽ, pro inflammatione nunc caliditatẽ magnã, & igneã recipiendo, ceu Inflãmationem non propriè appellatam. Alio verò modo eum igneum, & magnum calorem considero formaliter febrilem tum cordis, tum exinde totius corporis, præsertim sanguinis arteriarum, & venarum ad alium calorem putredinalem alicuius partis comparatum, qui totum corpus in febrilem calorem ponere nequit: quin prius cor per calorem igneum sanguinis arteriarum, ac deinde venarum igniter calefecerit: Cõsiderat enim Galenus, quod quando æquabiliter *calor sanguinis in particula, qua phlegmone* tum propriè, tum non propriè *laborat, mitis est, tum qui in toto animalis est corpore mediocriter attemperatus, non facilè vnà cum afflicta particula calfit*, eum calorem sanguinis peculiaris partis æqualiter, & inæqualiter, eum alio sanguinis calore totius corporis, tam venarum, quam arteriarum comparando; æqualiter enim, si vtrunq. temperatum, fuerit difficilè calfit. *Sin* inæqualiter *vel ille* sanguis particularis *feruet vehementius, vel qui per totum spargitur animal, biliosus est, illico totus* sanguis *ad calorem vertitur: Multò verò magis sicubi ambo* æqualiter ad facillimè calefaciendum *concurrunt, vt & qui in phlegmone habetur admodum calidus sit, & qui in toto est animante biliosus*. Deinde verò priorem, ac posteriorem comparando calorem, qui, à caloris putredinalis phlegmonis vehementia concitatur, prius in arterijs subinde inuenis; depromit. *Porrò calefit primum, qui in arterijs est sanguis, quum scilicet iste natura calidior, tum verò magis spirituosus fit: post hunc verò etiam, qui in venis est*. B Denique verò calorem cuiuspiam visceris plurimum habentis sanguinem, cum alio calore alicuius partis inflammatæ coarctando, statuit viscus id, plurimo sanguine decoratum, & calidissimum, facillimè quidem, & celeriter, simul cum calore vniuersi sanguinis tum arteriarum, cum venarũ, eam partem phlegmone offensam, eò magis inflammare valet: Cum posteritati medicinali hæc assignarit verba. *Quod si propinqua visceri, cui plurimus sit sanguis, obsessa phlegmone particula fuerit, iam celerius cum hic vniuersus, qui in animali est sanguis, calore afficitur*. Si itaque pars aliqua phlegmone affecta, vel cordi, aut hepati vicina sit, quia celerrimè vniuersus arteriarum, venarumq; inflammatur sanguis, ex quo eò magis pars inflammata maiori quidem, & noua laborare potest inflammatione; Ideo tunc etiam celerrimè, & copiosè venæ sectio est mollienda. Cæterum sanguinea vtique semper respicienda est magnitudo, quo ad sanguinis venarum inflãmationem primariò: Hinc ad locum venæ secandæ eligendum perpetuò à loco venarum læsæ parti consensu respondenti, sanguis certè educendus, seu deriuandus venit. Eanque sanè ob causam isthæc plura inflammabilia perspicienda sunt; Quæ omnia ad inflammatum venarum coarctare sanguinem deuincimur; Semper enim quot sint ea, quæ inflammantur, vel inflãmata, sunt, & quæ prius, & quæ posterius, & quæ celerius inflammantur, perpendere cogimur; Perpetuò tamen habita ratione, ad partem nobiliorem, nobilem, & ignobilem: Quo nanq; pars nobilior inflammetur, eò celeriùs etiam, vena secanda est. C Præterea quo plura inflammata sint, & inflammentur, & quo celeriùs quoque inflammentur, eò etiam maiorem sanguineam morbi habebimus magnitudinem, & eò etiam celeriùs produci ea magnitudo potest. Quocirca tunc etiam celeriter eò magis, & eò copiosius sanguis, venæ sectione, detrahendus est. At verò celerrimè, copiosissimèque id executioni mandandum semper est, Si sanguinis venarum inflammatio à sanguine arteriarum inflammato reflexiua fuerit: reflexiuam autem eam, voco, inflammationem, quoniam dum à sanguine venarum inflammato, corde mediante, sanguis arteriarum longè quidem calidior magis, magisque spirituosus, subinde valde inflammatur, ac tunc ea sanguinis arteriarum inflammatio, profectò ad sanguinis priorem venarum reflectit inflammationem, eapropter tunc in venis maximam sanguinis introspicimus inflammationem, maximamq; etiam sanguineam morbi conspicimus magnitudinem, Quam certè obrem adeò sanguis vtiquè calidior valdeque arteriarum spirituosus incalescit, vt magnas fluxiones, ac inflammationes, ac dolores diuturnos tentare possit; tum in se ipso, tum in alio venarum sanguine. Quocirca tunc Antiqui arterias secabant, vt Galenus fassus est, vbi Medicinam his verbis illustrauit. *Vbi enim calidus, spirituosusque infestus est sanguis in arterijs aceruatus, illic communibus parti affecta, sectis arterijs est opus* D idem ait in *infestantibus oculos fluxionibus, tum calidis, tum spirituosis in temporibus* arteriam secabant. *Post aures verò in vertiginosis maximè, & ijs, qui diuturnis doloribus capitis calidis, & spirituosis affliguntur*, & postea inquit, *arterias secarem in omnibus doloribus, qui à calida, spirituosaque substantia nasci videbantur, & maximè in membranis; quarum dolor punctioni similis est, ac sensim expanditur, pungente quidem sensu vna in parte, &c.* Vnde insomnijs monitus duobus, arteriam in manu sitam, secuit; & isti sanitati restituti fuere.

De inæquali intemp. c. 4.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

De cur. rat. per sang. miss. c. 22.

Lib. eodem cap. 23.

Galeni locus delucidatur. Si calor sanguinis phlegmonẽ facientis, mitis fuerit: & etiam calor totius generis venosi tẽperatus sit, cor sane omniũ calidissimũ nõ nisi difficilè calfit, ac totum corpus vnà cum parte phlegmone læsa.

At vero si partis phlegmone affectæ calor magnus sit, ac sanguis venosi generis biliosus fuerit, statim totum corpus incalescit: cum tunc cor facillimè incalescat.

De arteriarum sectione vbi sanguis valde spirituosus arteriarum ingenti calore affecto est.

CAPVT XIX.

Quomodo ad animi vsque deliquium nostro æuo sanguis educendus sit: Vnde contra Auerrhoem pro Galeno tuendo nonnulla constituuntur.

Contextus.

CVm doctrinalis ordo sit, vt, quacunque re explanata, si quid dubitatu dignum sit, ne in lectoris Mente vllus doctrinæ maneat nodus, diluatur; Ideo quia primum modorum missionis sanguinis genus declarauimus, in suas differentias diuisum, quod est, vbi quandoque ad lipothymiam vsque id remedium fieri debet: Nunc dubium remanet an ita copiosè, & ocyssimè sanguinem mittere liceat ad animi vsque defectum, vt Galeni mente hactenus ostensum est: cum Auerr. contra hanc enucleatam Galeni sententiam tribus rationibus, hunc in modum, exararit. B

Prima ratio Auerrhois cōtra Galeni sententiam de sanguinis missione vsque ad lipothymiā moliendā.

7. Colliget.c.1.

Et ego dico, quod hæc quantitas euacuationis artificialiter non existit: immo valdè erronea eo, quod hæc ars immitatur naturam, & nunquam fit crisis laudabilis per euacuationem sanguinis vsque ad syncopā perducentem: immò hæc prouenit à crisibus malis, in quibus virtus expulsiua plusquam conueniens est, expellet. Secunda autem ratio talis est. *Adhuc non est intentio euacuationis in quantum est euacuatio, nisi ad remotionem superflui sanguinis peccantis quantitate, & ad conseruationem quantitatis naturalis: ergo quando potest sanguis euacuari vsque ad syncopam, nisi cum detrimento sanguinis naturalis? hoc impossibile esse videtur, & Galenus non intellexit per hoc nisi subitam corporis refrigerationē: ergo hæc medicina accidentalis est periculosa: Vnde melius est, vt aliquātulum ex calore remaneat extraneo, quam calor naturalis diminuatur.* Tertia verò ratio ita ab Auerr. habetur. *Adhuc est credendum, vt in tali corpore, quale est istud, non sit putrefactionis alicuius humoris præparatio: ergo si diminuis calorem naturalem corrumpetur humor, & virtus diminuetur, & non erit, qui huius erroris faciat correctionem.* Cæterùm, Auerrhois pace; dicam, ipsum Auerrhoem Galeni, Hippocratisque statutum minimè intellexisse: Quandoquidem ipse valdè deceptus est; cum loco animi deliquij lipopsychiæ appellati ab Hippocrate, & Galeno perspecti, Auerrhoes syncopam intellexerit; inter vtrunque etenim maximi faciunt isti Græci Autores, vt Alexander Massaria animaduertit, ita exarando; *animi defectum, vel defectionem, vel deliquium, vel quomodocunque velimus appellare, sicuti manifeste colligitur apud illum 1. ad Glau. c. 14. & 2. aph. 8. & alibi: postremum autem nomen syncope aliam rem significat adeò, vt certum sit Aetium lib. 5. cap. 101. nec non multos recentiores medicos, qui docent Lypothimiam à syncope nihil differre in manifesto, & pernitioso errore versari.* Et postea inquit de syncopis signis. *Signa syncopis sunt manifestissima: pulsus vel sunt aboliti, vel certe admodum parui, obscuri, & quos formicantes appellant extrema partes refrigerantur, sudores frigidi apparent, ægri sensu, & motu priuantur, atque vno verbo, & facile, & toto corpore imaginem mortis repræsentat. Quo loco notanda est sententia Aetij lib. 5. cap. 101. qui ponens inter syncopem, & lypothymiam discrimen inquit lipothymiam de repente incedere, sensu, & motu hominem priuare, & sudoribus carere, syncopem verò & vigilantes, & dormientes inuadere, & omninò cum sudoribus, qui syncopici nuncupantur: Quæ sententia non est recipienda, si quidem res ipsa demonstrat, non solum lipothymiam sed etiam syncopem repente inuadere, & in vtraque sudores etiam apparere: præter quam quod falsum est perspicuè, ægrotos in lipothymia priuari sensu, & motu, cum id potius in syncope fieri soleat. Vera autem differentia inter vtrunque affectum non alia est quam secundum magis, & minus: si quidem ex Galeno ita habendum est; vtrunque affectum ab iisdem causis posse prouenire: sed Lipothymiam, & mitiores causas, & leuiora symptomata, quam syncopem habere: & vnico verbo lipothymiam omninò leuiorem esse affectum, & facilè reparabilem: contra verò syncopen propemodum lethalem, ac sine remedio.*

Terti a ratio.

Primæ rationis solutio.

Auerrhoē deceptum fuisse syncopem pro lipothymia accipiētem.

Syncopes à lipothymia differt.

11. Meth. c. 5.

Lib. 2. suæ prat. c. 9.

C

D

Vena sectio ad lipothymiā imminentem moliendam, ex hemorrhagia narium critica, & saluberrima, q̄ ad animi deliquium contigit ægris à febre ardenti sanatis, ab Hippo. & Galeno inuēta ergo non ad syncopem vsque, Galenus ait venam secandā, vt Auerrhoes putabat: Imò vt nec ad lipothymiam præsentē sanguinis eductio agenda est: sed solum ad lipopsychiam imminentem seu incipientē sine extrema vacuatione.

Ergo falsissima patet hæc Auerrhois præmissa, ex qua quidem non nisi falsa quoque conclusio sequi valet: Nam quantitas eductionis à Natura ægrorum crisi saluberrima, & optima expulsa ad Lipothymiam vsque, sed exclusiuè, & imminentem, non autem inclusiuè, nec præsentem, nec incipientem sponte molita fuit: vt Galenus asseuerat, & vt est manifestè videre in historijs Hippocraticis, in quibus narratur omnes ægros, quibus in febre ardenti è naribus amplissimum ocyssimèque egressum sanguinis profluuium superuenerit, sanitati restitutos fuisse, vt antea dictum est, quibus vtique in eo sanguinis profluuio animi deliquium modo allato cecidit, sine extrema euacuatione, quæ semper perniciosa esset: Vnde cui extrema sanguinis eductio velociter, & ad syncopem vsque sponte contigit, ei quoque mors cecidit, vt Larissæ. Hipposteni euenit, cuius cum meminerit Hippocrates, ait. *Sexto postquam sternutasset, sanguis è naribus effluit ad quatuor ferè heminas sub vesperam neque loquebatur, neque quid fieret, aut quid diceretur, sentiebat: Vndecimus mortuus est.* Et sicuti Naturæ in ægris contigit, vt natura rectè vsq; prope lipopsychiam, seu lipothymiam sanguinem ex naribus expellente, extrema sāguinis euacuatione minimè facta, egri hærclè sospites euaserint; è contra verò, natura non rectè agente euacuatione sanguinis extremè E

Cap. 14.

5. Epid. ægr. 14. p. 10. 41. in Foesio.

elapsa,

1. Aph. 3. & 23. & lib. de cura. rat. per sang. m. c. 13. 4. De tuen. sani. c. 10. & eiu. 33. met. c. 15. Com. 1. aph. 23. lib. de cur. rat. g sang. mis. c. 19. Iisdem in locis & 11. meth. me dén c. 15. Lib. de cur. rat. per sang. mis. c. 12. & 9. meth. c. 10. 2 aph. 3. 1. aph 23.

Modus Galeni sanguinis missionis ad lipopsychiam vsq. moliendæ, tutus, salubèrrimus, & præsentissimus est. & cur.

A elapsa, donec in syncopen ceciderint ægri, mortem obierint. Sic pariter Medicis naturæ ministris, imitatoribusque iam quoque certe idem euenisse manifestum est: Quandoquidem primo modo sanguine à Medicis detracto, cum ibi nec extrema sanguinis vacuatio, nec ad extremum virium dissolutio subsequatur, quin potiùs vtrorunque *symetrum, moderatumque sit eductum videatur:* perpetuò patientes omnes hoc infallibili præsidio sospites factos fuisse ait Galenus, cum tunc Natura iam, à pondere calorem naturalem grauante, exonerata, caloreque igneo febrili, subita ea refrigeratione maiori ex parte sedato, discordiaque, & pugna caloris innati cum ipso igneo habita valde quoque remissa 9. Meth. cap. 5. in optimam crisim celerrimè morbi terminatunt: vt hactenus, ex Galenicis verbis antea positis patet. At verò illi tres medici, qui tum sanguinis eductionem extremam, tunque virium roboris ad extremum tenorem dissoluerunt (syncope introducta) eos duos patientes interfecerunt: Immodicæ namque euacuationes omnes malæ sunt, ac omnino vitandæ non minus, quam summæ repletiones periculo plenæ sint. Nam vt ait Hipp. *Quæ vacuantur multitudine metienda non sunt, sed si quæ oportet vacuentur, & facile ferant. Atque vbi ad animi deliquium educere conuenit, faciendam, si ægrotus par esse possit.* Hinc ad secundam Auerrhois rationem dico, sine vllo sanguinis naturalis detrimento, et motionem sanguinis

Ad secundam Auerrhois rationem responsio.

B superflui, tum quantitate, tum qualitate ignea inflammata peccantis, per venam sectam præsertim introducendam, simulque sanguinis naturalis, tam quantitate, & qualitate conseruationem procul omni dubio fieri posse, vsque propè animi deliquium; procul verò à syncope, ea sanguinis eductione ocyssimè molita, perpetuò non perpensa quantitate educenda vt ait Hippoc. vt dudum dixi, immò tantum succi educendi specie, & virium robore perspectis. Hinc nos docuit Galenus pulsus vehementes, seu magnos, & æquales, vt nos patientibus vena aperta tangamus, ne pulsus diminuatur, *ne videlicet, nobis opinantibus pro animi deliquio mors* syncopa *occupasset. Quod sanè tribus euenisse medicis noui.* Et alia quamplurima incommoda, alijs, vt antea cap. 9. dictum est. Vnde ex quo omnes conditiones seruandæ sunt, hucusque statutæ, vt hæc sanguinis eductio tuta, cita, & iucundè fiat. Quippe in vigilijs vehementissimis, sudoribus magnis, dolore intenso, atque regione, seu statu cœli valdè æstiuo *Caniculæ sunt subitæ, & multæ euacuationes, qualis est tempore medio inter Canis ortum, & Arcturi. Atque ideò omnes, quibus medici nihil omninò de temporum statu cogitantes, sanguinem abstulerunt interierunt. Si etiam valde frigida fuerit, tunc quidem sanguinem mittere est formidandum: cum non ignoremus non parua ex similibus sequi pericula. Interierunt autem nonnulli, qui in calidis admodum constitutionibus non rectè euacuati sunt ex syncopa vocata, & dissolutione. In frigidis verò, cum accessiones incipiũt nimium refrigerati non amplius*

Non quantitas sanguinis respicienda in venæ sectione ad animi vsq. defectũ agendo, sed sanguinis qualitas & viriũ robur.

De cur. rat. per sang. miss. c. 19, & 9. met. c. 10. & c. 20. vsque adhuc. 1. Ad Glaucon. c. 24.

C *releuantur. Ob hac igitur neque in locis supra modum calidis, aut frigidis sanguinem mittere audemus: sed si regio ipsa, & temporis status consentiunt omnino abstinemus: cum verò non consentiunt, euacuamus quidem, sed multo minùs, quam si neutrum prohiberet.* Præterea hac alia conditione existente, à copiosa, & confestim facienda sanguinis missione, nos abstinere quoque tenemur, sic enim ait

Ibidem,

Galenus. *Tanquam etiam accidens quoddam ægrotantis ad patiendum facilitatem considerare est necessarium: multi enim, neque vnquam sunt euacuati, neque euacuationẽ vllam integram, aut inediam longam possint perferre, sed alij quidem ex his in omnimodam corporis imbecillitatem facilè incidunt: quidam verò statim os ventriculi malè affectum habent adeò, vt cibos abhorreant: quod si eos cogantur assumere, aut non retinent, aut malè concoquunt.* Insuper *in hac dignotionis parte etiam ægrotantis temperaturam contemplari oportet: quicunque enim calidi, & sicci natura sunt hi omnes facilè ab integris euacuationibus offenduntur.* Postea *Et consuetudo quoque non parui momenti est, tum ad omnia alia, tũ præcipuè ad euacuationis indicationem, quidam enim nunquam antea fuere euacuati, neque vnquam euacuationem integram pertulerunt, & multis cibis vsi sunt &c.* Denique ibidem quoque cætera, integram euacuationem, celeriterque agendam, prohibentia posuit, quorum cum antea iam meminerim, modo non sunt iterum connumeranda. In quibus omnibus, talem copiosam, ocyssimèq; agendam sanguinis eductionem, prohibentibus, ait. *Hosce igitur omnes, quod diximus, vbi dispositiones hortentur, non semel, neque ex toto* confestim, *sed paulatim oportet euacuare, inedijs moderatis,*

Cap. 4.

Ibidem,

Ibidem,

Ibidem.

Vbi prohibẽtia fuerint; & magnitudo morbi sanguinea ipsã venæ sectionẽ induxerit qd agẽdũ erit, narratur & vide c. sequens.

Ibidem 1. ad Glauc. c. 24.

D *& frictionibus, & clysteribus mollibus, humectationibusque, & cataplasmatis, & balneis,* a quibus et plethora tollitur: vt etiam alibi Galenus dixit, & vt antea iam exaraui. Nec mihi prætermittendum est, talem copiosam celerrimè moliendam eductionem, à nobis nunquam agendam, tum in ventriculi affectibus, cum is vacuationum terminus sit, tum in cordis ægritudinibus, vt Gal. nobis iubet, ne caloris innati substantia dissolpatur. His autem Galeni rationibus non obscurum est, Galenum peroptimè iam constituisse, quando talem sanguinis detractionem integram, magna ex parte, celerrimèque ve vndique certam, & salubrem moliri deuincamur: Immò ea, quæ iam posuerat Hippocrates respiciendo, nempe vt non quantitatem educendam peccantem respiciamus, sed humoris speciem peccantis, & educendi, nec non virium robur permittens, inquit enim *ijs tantum sanguinis est detrahendum, quantum vires tolerant.* Idem verò clariùs declarando ait. *Vtile est autem pulsuum diminutionibus animum aduertere tangendo eos sanguine etiam num fluente, sicuti in alijs, dum sanguis mittitur facere consueui,* ne nobis ægri mors superueniet, loco eductionis sanguinis vsque ad lipothymiam. Hinc nos admonet. *Proinde satius est à tam copiosis vacuationibus abstinere, nisi magna incumbat necessitas. Quin reuulsionem non leuè, & ipsam, auxilium*

4. De tuen. sa. c. 4. & li. de cur. rat. per san. mis. c. 20. Lib. 1. c. 25. 7. Meth. capite vltimo.

9. Meth. c. 5.

Ibidem.

quoque

In magnia sanguinis vacuationibus, si pro reuulsione fiat pluries vnico die agẽda venæ sectio est.

A *quoque sæpè secta adhibetur vena. Quanto maiorem in numerum particulares auxeris detractiones tanto efficatiorem effeceris*. ergo hanc corporis subitam tum refrigerationem, tum exonerationem, non vnica quoque vice, quin potiùs pluribus vicibus nos executioni mandare debere Galenus statuit. Si oportuerit sanguinem educere: vt virium robur conseruetur. Quod etiam fusè alibi decreuit. Et idem quoque ait, quod Auerr. inquit. *Vnde melius est, vt aliquantulum ex calore remaneat extraneo, quam calor naturalis diminuatur*. Nam c. 11. iam demonstratum est, ex Galeno, potius in defectu, quam in excessu quantitatis sanguinis detrahendi, nos peccare debere, eo, quia ex parte ea, qua calor extraneus manserit. refrigerare valemus, & quantitas, quæ superest *clysteribus, vel inedia, vel frictionibus, vel sudoribus* dissolui poterit: *Præterquam quod & denuò detrahere si voles, non vetaberis*: eo quod vt iam dictum est cap. 14. *In hac verò secunda detractione, si quod tale* lipothymiæ *homini, incidit facilè reuocabitur*, rationibus ibidem, à me allatis; Ad tertiam verò Auerrois rationem dico, negando consequentiam, cum ex iam dudum rationibus allatis, longo tum veterum, tum recentiorum experimento certificatis; per eam sanguinis missionem vsque propè lipothymiam, seu lipopsychiam, nihil pulsu magno, & æquali diminuto, seu permutato, medici præsentia eum pulsum tangentis, & perpendentis molitam, vel vnica vice tantum, vel duabus vicibus vnica die, calor naturalis diminui haudquaquam possit: quinimmo eũ à pondere grauante exoneratum validiorem certè fieri constat: hinc faciliùs postea cæterorum crudo- B rum coctionem, malorumque à bonis succis segregationem, nec non bonorum retentionem, ac denique malorum optima quidem crisi, calor ipse innatus expulsionem ingredi potest: Verum aduerto ego, quòd hac nostra tempestate, cum ægrotantium naturæ his rationibus à me præstantis cap. 9. istius libri non ita validæ reperiantur, vt Galeni æuo aderant, nec etiam ita audacter, vt antiqui faciebant, talem sanguinis missionem vsque propè animi defectum moliri debeamus; immo consideratissimè, & potius in defectu semper peccare cogimur, quam in excessu: & vbi sanguinis missione defecti fuerimus: refrigerationibus, simulque humectationibus, *clysteribus, vel inedia, vel frictionibus, vel sudoribus*, supplere deuincimur. Vt semper in meis ægrotantibus curandis hucusque me ipsum gessi.

4. De tuen. san. c. 10.

Lib. de venæ sectio. aduers. Erasist. c. 7.

9. Meth. 4. & 5.

Loco citato de venæ sect. c. 7.

4. De tuenda sanit. c. 10.

Ad tertiã Auerrois rationem.

Nostro tamen tempore nõ ita audacter vsq. ad animi deliquiũ vacuare debem° vt Galeni tẽpestate Medici vacuabant.

Gal. de venæ sect. aduers. Erasist. c. 7.

CAPVT XX.

De venæ sectione copiosè, ac celeriter administranda, non tamen ad animi vsque deliquium agenda.

Conclusio.

His autem primi modi missionis sanguinis generis prorsus dilucidatis differentijs. C Nunc ideo eiusdem generis postremam perpendere differentiam teneor: quæ copiosè, ac cito peragenda est, vt vacuatiua, exoneratiua, deostructiua, refrigeratiua, depuratiua, simulque deriuatiua, non tamen ad lipotymiam vsque moliẽda. Immo bis, seu ter, quaterque in die: Vel vnica vice in die; Sed tamen tribus quatuorue singulis diebus agenda. Interdum enim etsi sanguinis missio allata à morbi sanguinea magnitudine indicetur; atque prorsus, ac vndique concurrentibus etiam alijs requisitis coindicantibus, molienda esset: Nihilo tamen secius, cum ibi vtique vires non ita validæ sint, vel aliquod aliud cõpermittens non adeò validum reperiatur, tunc nonnisi per vices id executioni mandare possumus: Quinimmo etiam licet vires validæ, ac alia quoque compermittentia essent: laudabilius tamen, ac tutius est, semper eam sanguinis eductionem nos per vices perpetuò moliri debere; ne dum Galeni ratione, at verò etiam Empiricorum ratione à Galeno, hunc in modum, statuta. *Quam autem ob rem in ys, qui hac premuntur* sanguinis copia, *iterari sanguinis detractionem iubeam, nec hos multum, ac simul reficere: satis profectò fuerit*: cum extremæ euacuationes, ac extremæ refectiones, non minus scilicet perniciosæ, simulque periculo ægri vitæ plenæ sint, quam extremæ repletiones, vt Galenus ipse ex Hippocratis mente fatetur: causam verò Em- D piricorum reddit Galenus, (ab empiricis enim disci tenemur, sicuti etiam à vulgo, vt ex Hippocratis decreto lib. de med. cert. iam dictum est. *Vel empiricorum causam reddere, nempè quod & magis iuuantur, quibus sic est emissus, & bona valetudine diutius fruuntur, qui sicut comprehensum est; sunt tractati*. Subinde vero Galenus rationem ex refectione iam deductam omnino patefaciens, inquit. *Cæterùm & qua ex natura rei ducitur, rationem apposuisse, non sit alienum. Quoniam igitur in hac, qua veluti phlegmone fatigat lassitudine, ijs calidi sanguinis congesta in corporis mole est; venæ autem sectio succos è vasis emittit; vtile est post priorem detractionem tantisper intermittere, dum aliquid eorum, qui in corpore sunt humores remigret ad venas*, vt Natura suis recreetur viribus: Sed quemadmodum de venæ sectione euacuatiua, simulque de aliã *calidi sanguinis* refrigeratiua iam dixit, id intelligendum esse; subinde ita etiam patenter id ipsum de depuratiua, ac reuulsiua sanguinis missione explanat, inquiens *Quod tamen quoniam committendum non est, vt in ys maneat venis vt pote ex dimidio corruptum, sed potius plurimum eius expellatur: Idcirco detractionem sanguinis etiam secundo die iteramus: aliquando verò, & tertio, vbi videlicet & reuellere, & ex alys in alia*

transferre

Vbi vires non validæ sint, aut non sint cõpermittẽtia & magnitudo morbi sanguinea copiosã sanguinis detractionẽ postularit; eã vnica vice, ita largam sanguinis missionem molliri non possimus, tunc per plures vices id agẽdum quod etiã Empirici solo experimẽto laudant vt ait Gal. Primus Galeni locus.

4. De mendo sanit. c. 10.

4. De mendo sanit. c. 10.

Ibidem.

Secundus Galeni locus, quo ad varietatem differentiarũ sanguinis eductionis.

Ibidem.

A *transferre visum est conducere.* Si itaque hoc, vbi etiam vires valentes & coindicantia adfuerint, obseruandum sit, ac etiam dum vsque ad animi deliquium sanguis detrahendus sit, vt antea dictum est: ergo, eò longè magis, idem administrare cogimur, si virium robur, aut aliquod aliud compermittens haud quaquam fuerit, ac vbi sanguinis eductione ad lipothymiam vsque agenda, opus non est; Perpenso quoque, vt semper eo magis per plures vices id executioni mandare deuincamur, quo minor sanguinis copia pro vice detrahi possit, in eo, quod copiæ sanguinis educendæ, ac indicatæ, simulque coindicatæ prohibens, & comprohibens maius fuerit, vel quo ad plura prohibentia simul coeant: sicuti è contra per pauciores vices, id agēdum erit, quanto maior sanguinis quantitas in vnaquaque vice educi possit à permittente, & à compermittentibus permissa: Bis autem in die sanguis educendus ait Gal. præsertim vbi copia sanguinis educenda, cui ascribit Aetius. Galenus etenim medicinalibus monumentis sic prodidit. *Iterata tamen detractionis tempus, in quibus simpliciter quidem vacuare conamur eodem die esto:* idem Aetius ait *vbi euacuationi tantum studemus iteratio eodem die facienda,* & etiam habet. *At qui inanitione quidem summopere indigent, sed viribus admodum imbecilli sunt, hos cautè maniri oportet. Primamque sanguinis ductionem ita imperfectam relinquere, vt secunda, ac tertia quoque suppleat, si expediat.* Quod etiam alibi Galenus confirmauit, vt etiam dudum vidisti: Vbi etiam idipsum de refrige-B ratiua, ac putridi, semiqne putridi, fuliginosi, fumidiue, excrementi depuratiua, sanguinis eductione peragenda obseruandum esse statuit: At verò si æquè tum copiæ sanguinis vacuatiua, tunque simul eodem tempore fluxionis sanguinis copiosi reuulsiua venæ sectio molienda fuerit, tūc sanè eodem die non modo bis vena aperienda, verum ter, quaterue, seu pluties est, cum Gal. posteritati, & memoriæ medicinali scriptis prodiderit in sanguinis profluuio ex naribus *si resolutus adhuc æger non sit,* sicuti omninò ea Matrona Romana virium resoluta erat, *etiam vena ex eo cubito incidenda est, qui profusioni è directo respondet. Vbi paululum detraxeris, mox vnam horam intermittens, rursus detrahes, post iterum, atque iterum pro laborantis viribus.* Quo enim pluribus vicibus id fiat, eo efficacior semper reuulsior fiet: Quocirca *Reuulsionis gratia, qui in rectum languentium secat venas, confestim perspicuam inspexerit vtilitatem.* Reuulsione nanque sanguinis ductione facta, vehementes fluxiones cohibentur: Quandoque bis primo die vena secanda, semel verò secundo die, similiterque tertio die, vt Gal. in eo adolescente fecit, *cum sanguinem, & ipse ad dimidiam heminam* per os ex pulmone *reiecisset.* Ideò ait, *detractionem sanguinis etiam secundo die iteramus, aliquando verò & in tertio, vbi videlicet & reuellere* vnà cum exoneratione, *& ex alijs in alia transferre.* Cæterùm dum sanguis copia non peccarit, immò tantum motu, C ibi sola sanguinis reuulsione opus est: tunc varijs diebus venæ sectio agenda, cum dixerit Gal. *At in quibus reuellere* solum *si vel duobus diebus fiat, melius fuerit.* Et Aetius idem inquit, *vbi verò auersioni tantum* studeas *satis est duos interponi dies*: sed de hac reuulsiua sanguinis missione postea dicam: Verùm potissimum venæ sectio exoneratiua, simulque reuulsiua agenda, vbi doloris magnitudo fuerit, si sanguinea sit: Quocirca in omnibus partium doloribus vehementissimis statim per initia permittentibus non desideratis copiosè, ac celerrimè sanguinem educendum esse statuit; pariter sic in alijs locis habetur: tum in occulorum dolore: tunque in ventriculi dolore: itidem in dolore ischiadico: atque podagra incipiente per cubitum, in vertigine verò, & epilepsia per pedem: sic pariter ne aphoniæ, vertigines, paraplexiæ, epilepsiæue fierent Hippoc. copiosæ, & confestim sanguinem mittebat: Cæterùm præsertim per vices talis venæ sectio agenda venit, si cum his doloribus *vehementissima vigiliæ, aut dolor intensus ægrotum infestent cauendæ sunt subitæ, & multæ euacuationes,* hinc optimè Auicennas exarat. *tibi quoque cauere debes à missione sanguinis in hora fortis doloris.* At verò semel in die, tribus, quatuorue diebus singulis sanguis mittendus in venæ sectione sanguinis adustissimi, consistentia crassissimi, colorisque nigerrimi, pici liquidæ simili, & copiosi, vacuatiua, simulque exoneratiua, depuratiua, ac refrigeratiua, tamen principaliter depuratiua: cuius duo exempla habemus: primum enim Galeni est, D secundum Stratonici Galeni Præceptoris; Quorum eò, quia fusè iam hoc eodem libro capite 2. memini, Proinde nunc isthæc non sunt recensenda.

Cap. 18. & c. 19.
Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 21.
Lib. 3. c. 17.
4. De tuen. san. c. 4.
8. Meth. c. 4. vt lib. 1. c. 9. iam dictum est.
5. Meth. c. 15.
5. Meth. c. 13.
Ibidem & 4. de tuend. san. c. 10. & li. de cur. rat. per sang. miss. c. 19. & 21. & 5. meth. c. 13.
Li. Gal. ascript. præs. exp. cōfit. c. 4. ac lib. Gal. de cura. rat. per sang. miss. c. 19. 20. & 22.
5. Meth. c. 13.
4. De tuen. sani. c. 10.
Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 21.
Lib. 3. c. 17.
Cap. 92.
Gal. com. 6. aph. 5.
12. Meth. med. c. 8. & 1. de vict. rat. in morb. acut. t. 11.
De tuend. rat. p sang. miss. c. 10. & c. 17. & 6. aph. 31. & Hipp. 7. aph. 46.
5. Epidem. ægr. 6.
Lib. de cu. rat. p san. miss. c. 19.
4 de vict. rat. in mor. acu. t. 21 vsq. ad t. 29.
3. ad Glauc. c. 14
4. Fol. 1. char. c. 20.
6. Epid. com. 3. t. 29.
Lib. de atra bile c. 4.

Vbi tantū euacuationi incumbimus absentibus permittentibus amplam venæ sectionē vnica vice; tunc bis vnico die vena secanda.

Verum si æque tum euacuationi copiæ peccantis, tū reuulsioni sāguinis motu nociui, studeamus, tūc ne dū bis, sed ter, quaterq. pluribusque vicibus eodem die vena secanda.

De Hirudini. reu. suc. c. 2.

Si sāguis copia nō peccarit, sed fluxu tantum, pluribus dieb. Reuulsiua sola venæ sectio, de qua vide c. 29.

Vacuatiua simulque reuulsiua in magnis doloribus.

Hipp. de natura homin. p. 479. & de ossium natura 245. in Foesio.

CAPVT XXI.

De sanguinis eductione tardè, & paulatim paruaque agenda, æquè tum vacuatiua, seu exoneratiua, tum calfactiua, seu refrigeratiua, depuratiua, ac reuulsiua.

QVoniam huc vsque ex quatuor modi missionis sanguinis explorandis generibus, capite duodecimo propositis, primum enucleaui genus; Eam sanè ob causam nunc vt exacto prosequar ordine, iam tempus congruum est, vt secundi generis modi mensuræ sanguinis detrahendæ, à morbi magnitudine sanguinea indicatæ, & à coindicantibus quoque simul coindicatæ declarationem ingrediar; quod certè genus à primo differt, prout sicuti in primo genere morbi certè magnitudo sanguinea, vt plurimùm quoque acuta habetur, quæ

Conexus. Hoc est secūdū genus sanguinis propositum declarādū in hoc lib. c. 12. quo ad modum.

Comparatio inter primum, & ſecundum hoc genus & differentia.

quæ celeriter ægros interficere valet, vel ſi non acuta fuerit, tamen aliquam partem vel principalem, vel principalibus, tum ſubordinatam, tum inſeruiẽtem, aut ſolum principalibus inſeruientem, ita celeriter affectam reddere poſſet, vt toto vitæ patientis periodo non niſi ea pars neceſſariò quadantenus obnoxia maneat. Hinc etiam ibi perpetuo ocyſſimè ſanguis detrahendus eſt: Sic in hoc ſecundo genere, morbi magnitudo ſanguinea tardè ægros necare valet: hinc in ea quoque tardè ſanguis educendus: Inſuper ſanguis, vt cauſa iſtius magnitudinis ſyllogiſtica quidem, ibi copioſus eſt, hioc etiam cauſa eſt magna, celeriterque inflammabilis, vſtibilis, & colliquabilis, conſequenterque putreſcibilis, vt antea iam demonſtraui. Proinde quoque ſanguis citò, & copioſè ibi educendus eſt: Hic verò ſanguis, vt cauſa ſyllogiſtica magnitudinis ſanguineæ morbi, copioſus quidem non adeſt, immo paucus, tardeque inflammabilis, vſtibilis, & colliquabilis: Idcirco nunc ſanguis tardè, & parcè vacuandus: Vlterius ibi cruditas cacochyma peccans, celerem & copioſam ſanguinis miſſionem prohibens certè non adeſt: Verùm totum in oppoſitum in hoc genere cruditas cacochyma peccans, ſolam ſanè tardam, paucanque ſanguinis detractionem, permittens reperitur: Ergo quia tunc ſanguis, ſimulque morbi magnitudo ſanguinea celeriter, copioſè, & magnopere ſine prohibente peccant: Ideo celerem quoque, & copioſam ſanguinis miſſionem agendam fore indigant. Nunc verò cum ſanguis ſimul, atque magnitudo ſanguinea morbi, tardè, parcè, & mitè vnà cum prohibente iuncta peccet, proinde non niſi modo allato ibi ſanguis detrahendus: vt ex ijs, quæ poſui cap. 17. elicere poteris: Cæterùm aduerte, cũ hæc ſanguinis miſſio depuratiua, refrigeratiua, ac reuulſiua, copiæ quoque ſemper exoneratiua, à magnitudine ſanguineą aliquo modo repletionali indicata ſit; proinde ibi copiam peccantẽ ſanguinis aliquo modo etiam ex neceſſitate adeſſe patet, tametſi facta collatione cum alijs modis antea allatis primi generis, hic pauca ſanguinis copia peccans ſit; ſicuti è contra, in alijs modis copia magna ſanguinis peccans eſt: In modo verò, quem infra explanabo, nulla ſanguinis copia peccans erit, ſed ſolum magnitudo ſanguinea fluens à ſanguine motu peccante tantùm prodiens, licet ibi etiam copia ſanguinis conſequenter non peccans, educatur: At verò magnitudo illa prior ſanguinea tarda, ac mitis, ſanguinis peccantis paucæ copiæ annexa, quæ in aliqua parte eſt ne dum repletionalis & fluxa. Verum etiam impura, calorifica, ſeu refrigeratiua, & fluens facilimè inuenitur, & in pleriſque profectò alij morbi cacochymæ magnitudini magnæ iuncta reperitur; cui primo vel cacochymiæ purgatione, ſeu præparatione, & poſtea eductione (quæ ad primam cruditatum regionem purgandam) incumbere cogimur: Deinde verò ad cruditates, in aliqua ſecundæ, ſeu tertiæ regionis parte, collectas auferendas, prius vena tamen parti offenſæ reſpondens aperienda; vt cruditates illæ, quæ nullatenus medicamento ſoluenti cedunt, venæ quidem ſectioni cedant. Vnde in talibus re vera etiam, ſi nullum plenitudinis fuerit ſignũ, vt abunde antea iam demonſtratum eſt, priùs vena incidenda eſt, vt poſtea ſecurius deterſoria remedia dare valeamus; ait enim Gal. *ſecanda eſt etiam vena, ſi plenitudinis ſigna non fuerint. Præſtat enim vitioſi maiori parte emiſſa ad detergendas obſtructiones accedere, cum alioquin metus ſit, ſi obſtructionibus liberandis priùs quam euacuaueris ſtudeas, ne ipſas obſtructiones magis impinguas, &* etiam geminabis. Vnde ex quo in talibus cruditatibus adimendis, ſi etiam *Vbi multa vacuatione ſanguinis eſt opus, verùm vires ſunt imbecilliores, in his euacuationem partiri expedit*, vt antea iam dictum eſt, *vt nimirum, & me feciſſe vidiſtis in ijs, in quibus crudorum inerat copia humorum. Nam pauculo ſanguine detracto, protinùs* ad eas cruditates detergendas, tenuandas, ac incidendas, & etiã fluxiles reddendas *melicratum exhibeo probè coctum, cum incidentium medicaminum quopiam, veluti hyſſopo, origano, & interim etiam nepita, aut pulegio, aut certè cum melicrato oximel oxiglyci* tantum, vt dum febris adeſt vt Gal. conſcribit, *ſic rurſus ſanguinem minuo, vel ipſo eodem die non nunquam, interdum poſtero die, in quo rurſum exhibito propoſitorum medicamentorum quopiam: iterùm de ſanguine quid aufero, ac rurſum tertio die ſimiliter bis.* Si itaque in talibus, vbi copioſè, & non tardè ſanguis mittendus eſt, hoc modo ſanguis auferendus ſit: ergo eò magis eodem quoque modo educendus erit vbi parcè, ac tardè is detrahendus eſt: Neque obijcias tu; ſi dixeris Galenum aſſeueraſſe, *ſi bonus ſanguis exiguus ſit, reliquus verò crudus plurimus, vtique in his abſtinendum à detractione ſanguinis eſt*, quia ibi tantùm de euacuatiua ſanguinis miſſione allocutus eſt. Ergo nec etiã in tuo ſtatuto ſanguis mittendus eſt. Eò, quòd reſponderem in meo hercle inſtituto, ſanguinem copia peccare, ac etiam magnitudinem ſanguineam fluxuram, & indicantem repletionalem cõcitare; hinc educendum eſſe, vt in febribus cronicis ex cruditatibus, obſtructionibusq; collectionibus, ac tumoribus cronicis, exortis contingit: ſimiliter in arquatis morbis lõgis, ex obſtructionibus, ſeu duris tumoribus genitis, non autem ex inflammationibus, cum omnibus ijs tribus modis, regius morbus vſu venire valeat. Idcoque in lienis tenſionibus ait Gal. *Præſtat autem non ſemel quantum conueniat extraxiſſe, ſed in duos dies id partiri ſatis eſt.* Aduerto autem Hippocratem dixiſſe. *Rigores, vbi ſanguinis eruptioni ſuccedunt, diuturni fiunt*, cum ibi expultrix facultas imbecilla iam à ſanguine egreſſo facta, ſubinde humores expellere per ambitum corporis nequit, nec etiam coctrix tenuare, neque coquere, hinc etiam corpore denſato, vt refrigerato rigores diuturni fiunt, ergo parcè, ac tardè in rigoribus magnis ſanguis auferendus, ſi magnitudo morboſa ſanguineą rigori commixta fuerit, hanc ſanguinis inſinuans miſſionem.

Margin notes (left): Ad obſtructiones adimendas, vena ſecatur per vices. — Modus detrahendi ſanguinis poſitus explanatur. — Poſt primam venæ ſectionem: Detergentia interna. Poſtea iterum: ſanguine frigido, craſſo, & viſcido, vena ſecatur. — Obiectio. — Solutio obiectionis. In quibus affectibus hæc ſanguinis miſſio conueniat. Lienis tenſionibus tollendis duobus diebus vena ſecanda. Rigorib. parcè, ac tardè ſanguis mittẽdus; vbi magnitudo febris continuæ fuerit ſanguinea.

Margin notes (right): A — Cap. 17. & 18. — B — 8. Meth. c. 4. — C — Eodem loco 8. meth. c. 4. Lib. 1. iſtius operis c. 9. — Gal. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 12. Cap. 13. iſtius libri. Ibidem. 12. Meth. c. 8. & lib. 9. meth. 10. & c. 12. & 12. meth. c. 3. 8. Meth. c. 4. — 4. De tuen. ſal. c. 4. — D — Gal. com. 4. aph. 62. & 3. epid. cõ. 3 com. 5. & 4. de vict. rat. in morb. acut. com. 82. De cur. rat. per ſang. miſ. c. 16. Lib. 2. prçd. 151. 2. p. 88. in Foeſio interp.

CAPVT

A

CAPVT XXII.

Venæ sectio allata in genere cap. præcedenti explanata; modo in spetie exoneratiua, calfactiua, refrigeratiua, depuratiua, ac reuulsiua, simul exoneratiuæ iuncta exactè rationibus, & autoritatibus explanatur.

Conexus.

Lib.1.c.7. istius operis.

CÆterùm vt id, quod genericè iam explanatum est; specificè omninò quoque liqueat: quancunque illius generis sanguinis missionis speciem nunc quidē patefacere teneor. Quandoquidem iam ostensum est, euacuatiuam sanguinis copiosi naturam grauantis, vel quo ad vasa, vel quo ad vires eductionem vtique per se naturæ grauatæ exoneratiuam esse, eanque principalem, & per se quoque inueniri; cæteras verò sanguinis missiones consequenter, & per accidens, sub ratione euacuatiuæ, seu exoneratiuæ fieri, vel fuerit calfactiua,

11.Meth.c.10. 10.Meth.c.10. Ibidem.

B

aut refrigeratiua, seu depuratiua, siue reuulsiua, deriuatiuaque cum exoneratiua collecta. Postea verò cap. 13. etiam prout sanguis copiosus, & crassus comprimens, ac substantiam calidi tum influentis, tum innati, extinguens, magnitudinem morbi sanguineam valde refrigeratiuam gignens, præparatione priùs iam facta euacuatur, ac ita etiam vt substantia caloris exoneretur, ibi sanguinis missionem calfactiuam quoque effici iam satis demonstratum est. Verum enim verò, cum morbi magnitudo refrigeratiua sanguinea ventura vt hydrops est, aphoniæ, epilepsiæ, paraplexiæ, & aliæ affectiones magnæ ob *natiuam caliditatem, quæ ob copiam sanguinis crassi suffocationi quippiam simile patitur* obortæ, à sanguinis parua quidem copia gigni nequeunt. Ideò hæc sanguinis eductio exoneratiua, simulque calfactiua hic locum non habet, sed in eo loco iam cap. 13. posito, quo ad totius corporis natiuæ caliditatis refrigerationem, & suffocationem à magna sanguinis crassi copia prodeuntem. Sin à sanguine pauca copia, & crassitie peccante calidi hepatis innati substantia suffocando ita refrigeretur, vt hinc hydrops fieri possit, vt Hippocrates, & Galenus in assueta hemorhoidum perfusione retenta asseuerant, id euenire posse: similiter, & à muliebribus suppressis purgationibus, vel ab aliqua alia sanguinis excretione salubri parua assueta restricta, vel à pauca plenitudine, aliquo pacto præter assuetudinem exorta: aut etiam à repletione non consumpta vt antea consumi solebat, ob aliquam partem mutilatam: tunc sanè sanguis tardè, & parcè educendus: Quam sanè ob rem Galenus ait, *etiam spasmum, & hydropem sanguinis euacuatione sæpius sum medicatus*, Quod ex Hippocrate habuit dicente. *Hydropis duæ naturæ, quarum hyposarcidius, si fieri aggreditur vitari non potest &c. si difficulter spirauerit, fueritque anni tempus æstiuum, & viguerit ætas, viribusque fuerit valentibus, sanguinem à brachio tolles*, vt etiam c. 13. iam vidisti: à me positum fuisse. De sanguinis autem missione regrigeratiua exoneratiuæ iuncta, iam abundè actum fuit. Verùm ibi copiosè, & cito peragenda. Ideo modo de ea tardè, & parcè molienda agam, cum venæ sectio per accidens refrigeret, sicuti per accidens calfacit, depurat, ac reuellit. De depuratiua quoque iam dictum est: quæ vel sanguinis excrementosi est, aut sanguinis putridi, vt etiam lib. 2. cap. 10. iam dixi. Nam *totus sanguis impurus, excrementosusque est* nonnunquam ait Gal. quem vtique in pituitosum, biliosum, melancholicum, seu atrabilarem diuisit Gal. ex Hipp. item, ac serosum. Verùm si talis sanguinis impuri, & excrementosi differentiam quanlibet perpendamus; Quò ad copiosiùs, & celerius educendam exploremus, procul omni dubio sanguis melancholicus primum locum post sanguinem probum copia peccantem mittendum possidet; tribus rationibus, nimirum, tum quia sanguinis naturalem superfluitatem sanguinem hercle melancholicum in splene residentem Græci antiqui statuerunt. Eanque sanè ob

4.De vict.rat.in morb. acut.cōt. 23.

Venę sectio exoneratiua ac desoppilatiua verò & calfactiua, à magnitudine morbi sanguinea alicui parcis oneratiua, & obstructiua & calidi innati suffocatiua, refrigeratiuaq; indicata, parcè ac tardè moliēda.

6.Aph.12. & 4. de vict. rat. in morb. acut. c. & cont. 112.

5.De loc. aff. c. 7

C

De venæ sect. aduers. Erasist. c. 5. in fine.

4.De vict.rat.in mor. acut. t. 131.

Li. 2. c. 6. & hoc 2. lib. c. 24. vsq; ad præced. cap. 24.

20.Meth.c.10.

Lib. 2. c.6. & 2 c. 24. vsque ad 20. istius 2. lib.

4.De tuenda sa. c.4.

Eodē 4. de tuē. san. c. 10.

6.Epid.com.2. cont.38.

6. Epid. com. 2. cont.38.

Lib.Gal. attributo de anato. venarum, c. 55.

De sanguinis missione exoneratiua simulque refrigeratiua parcè ac tardè agenda hic verba fiunt.

Ac depuratiua.

Idem 9.meth. c. 10.

De depuratiua sanguinis Melancholici.

Prima ratio sanguis impurus, & excrementitius, melancholicus celerius et copiosius quam alij excrementitij educendus.

D

causam sanguis, qui naturaliter in mulierum puerperijs effunditur, vt plurimùm melancholicus habetur: Quare Mulieres parturientes sanitate fruuntur, ac hilares apparent; non concipientes verò, nec integra sanitate gaudent, nec hilares degunt. Præterea eo, quòd melancholicus sanguis parum à sanguinis perfecti forma recedit, cum ipsiusmet sanguinis fex, seu lutum sit. Insuper ratione visceris instrumentaliter agentis, melancholicus sanguis à probo sanguine non dissonat, cum vterque sanguis à calore hepatis moderato gignatur, sanguis enim melancholicus non nisi cum melancholia admixtus est: hinc Melancholici sunt, qui sanguinem multum, & calidum habent, ac in sanguine melancholico in toto existente venoso genere, priùs vena cubiti media secanda, ante pharmacum solutiuum: hinc etiam in tali sanguine copiosam vacuationem efficiebant Græci Antiqui: Si verò sanguis bile flaua commixtus fuerit, ex qua vtique semper sanguis biliosus appellatur, cum is magis à sanguinis natura recedat, minus vacuādus est: At verò adhuc minus, ac tardius, si pituitosus fuerit eo, quia tunc etiam adhuc magis à sanguinis probi specie distat: semper tamen perpensis his tribus istius sanguinis impuri, & excrementitij differentijs, à Galeno statutis, & à me hoc in libro cap. 3. commemoratis. Nam si tertia differentia sanguinis cacochy-

3. Epid.com.3. contex. 73.

4. Aph. 31. & 3. de atra. c. 2. & de atra bile c. 4. & alibi.

3.Epid.com.3. contex. 10.

10.De sim.med. facult.3.f.7.2.f.

3.De locis aff. c. 7.

Idem Paulus li. 3. c. 14. & Ætius lib.6.c. 10.

Lib.de atra bile c.4. & 6 epid. com. 3. cont. 29.

4. De tuen.san. c.4.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

De depuratiua sanguinis biliosi sanguinis eductione.

De depuratiua sanguinis mali pituitosi.

A

Ibidem.

2 De vict. rat. in morb. acut. com. 20. & 44. & 5. de sim. me. fac. c. 20.

De cur. rat. per sang. miss. c. 6.

cacochymi, in sinu venosi generis existentis fuerit *nullus omnino* Sanguis *mittendus est*, ergo longè minus vbi pituitosus fuerit: tum quia pituita in venis temporis processu coqui potest, ac in sanguinem probum conuerti, totumque corpus alere, tum eò, quòd si ibi ratione reuulsionis tantùm sanguinem detrahere cogamur; tunc sanè magis considerate agendum est, in ea pituitosa tertia differentia, quam in alia tertia melancholica, & biliosa, vt elicio ex Galeno; cum ibi de humore in venis refrigerato sua copia naturam degrauante, & crudo propriè asserere intendat, dum ait *sin infesta sit degrauans plenitudo haud semper sanguinis molienda detractio est: Fieri enim potest, vt crudus per corpus collectus sit succus; in quo aduertendum diligenter est, quantum valeat, robustaque sit virtus, & quantum humor ipse sit refrigeratus*; si nanque pauculum is pituitosus sanguis à sanguinis natura recesserit, audacter sanè educendus est: si vero medio modo fuerit tunc consideratius agendum erit, si autem plurimum recesserit, tunc nihil sanguinis mittendum in euacuatiua sanguinis missione, etsi de reuulsiua, ac de caloris putredinali euentatiua, nec non de putridi, fuliginosi, ac fumidi excrementi alicuius particulæ depuratiua, non ita asseuerandum veniat; cum ibi, vt in pleuritide, seu tumore inflammatorio, vena sit secanda etiam in quocunque corpore cacochymo. Contingere enim potest, vt toto habitu pituita pleno aliqua pars bile affecta sit in cauo hepatis interclusa, & ad pleuram, seu ad aliam partem accedat, & legitimam pleuritidem efficere loco euomitionis biliosæ, quæ illi homini pituitoso contigit, à Galeno rememorato. Si itaque cacochymo corpori sinu generis venosi pituitoso, vel melancholico, aut bilioso superuenerit, pleuritis, aut peripneumonia, vel angina, ibi certè vena secanda esset, sed corpus cacochymum non esse debet in tertia cacochymiæ differentia, quia iacturã ponit Galenus, quæ in talibus posset, ex ea sanguinis eductione vacuatiua, & reuulsiua superuenire, inquiens. *Nam exoluta ad id genus affectibus virtus adhibita sanguinis missione in extremum malum residere solet, vt nequaquam postea restitui possit*, subinde verò id, quod vena secta, euenire posset perscribit, si æstiuo tempore vena secaretur, aiens. *Quod vbi euenit periculum non leue consequitur, potissimum si febris accedat statu æstiuo, stomachoque malè affecto, aut toto adeò corpore natura molli, ac tempore humido eiusmodi enim hominibus multa accidit per habitum digestio repentina, quæ syncopa etiam si febris haud magna inuadat.* Deinde incommoda, quæ in talibus pituitosis cacochymis corporibus, sanguinis missione præstata hyemis tempore, ac in natura frigida euenire possunt, narrat. *Si verò horum nihil sit, ceterùm hyems fuerit, regione sua natura frigida, tum natura quoque hominis frigidior iis per sanguinis missionem, & totum corpus grauiter refrigeratur, & accidunt nonnulla, quæ ad grauem sequuntur refrigerationem symptomata*, vt cachexia, hydrops, paralisis, paraplexia, orthopnea, & apoplexia: item iecinoris, & ventriculi imbecillitas, atq; delirium, vt ait Gal. & iam c. 9. istius quoque libri posui. Eamque sanè ob causam concludit Gal. *Quocirca, qui sic affecti sunt, eos sanguinis missione vacuare non conuenit.* Verum loco sanguinis missionis, quid tutò agendum sit, vt ea cruda plenitudo adimatur, nos subinde docuit. *Sed frictionibus, mediocriterque excalfacientibus vnctionibus, tum potionibus humorum crassitudinem incidentibus, ac modicè calfacientibus: Nam quæ valenter calfaciunt nimis subito vires deiiciunt, vt in reliquam curationem non sufficiant: sæpè enim febrem auxere, itaque & inde viribus noxa obuenit. Quapropter humorum incidentes crassitudinem, tum cibi, tum mediocris potus sunto in excalfaciendo.* Quam doctrinam Galenus etiam 12. met. cap. 3. & alibi vt cap. 13. etiam dictum est, & Paul. lib 2. cap. 37. ex Hippocratis tamen decretis posuit. Ergo ex dictis liquet, vt valdè cautè, si reuulsionis gratia, nulla sanguinis probi copia peccarit, venæ sectio præstanda sit, id agere debeamus, in morbo inflammatorio alicuius partis magno; Sed venæ sectio depuratiua impuri sanguinis, à natura alieni excrementosi, vel corrupti, seu putridi se habentis, vel fumidi, seu fuliginosi excrementi habetur. Nam Galenus ait, *ergo quod corruptum est, alienum à natura est, quod tale est, id sanè auferendum dictat &c. idque fit, vel vena incisa, vel purgatione*; & alibi. *Quoniam committendum non est, vt in his maneat ex dimidio corruptum, sed potiùs plurimum eius expellatur, idcirco detractionem sanguinis etiam secundo die iteramus, aliquãdo verò, & in tertio*, quasi declarare voluisset Galenus, id, quod iam dixerat, vbi ait, *si igitur cũ viribus imbecillis corruptela incidit &c.* ibi per vices vacuandum est. Hipp. verò ad purulenta puerperij purgamenta in vtero retenta animum vertit: vbi tardius processerint, hinc etiam corrupta euacuanda, ait. *Pessos autem subditiтios &c.* Verùm præsentaneum eductiuum remedium huius purulenti quidem venæ sectio malleoli est. De fumosis verò excrementis, fuliginosisque, ait. *illico sanè fumosa, fuliginosaque excrementa transpirant, succisque venæ sectione molita ipsis imminutis, pauciora restabunt.* Vt ergo isthæc omnia putrida venę sectione educantur, inquit Hippocrates in Pleuritide sanguinem totũ iam atrum, putridumque factum, adeò nos vacuare debere, quousque *rubidior multum, vel pro puro rubido liuidius fluxerit.* Cæterùm denique, de quarto venæ sectionis genere reuulsorio, quod tamen cum eo copiæ vacuatiuo collectum est, iam ex hactenus præpositis, certitudo iam ita enucleata apparet, vt hic temporis cõteritione, in hac explananda, nullum sit opus; tum etiam quia modo de sola sanguinis reuulsiua missione exactè sum acturus.

Si crudus per corpus collectus vt iecor, diligenter perpendere debemus si reuulsionis studio vena esset secanda.

In corpore cacochymo reuulsionis gratia, in affectu inflammatorio impetrare vetito, & magno sanguinea magnitudine præsente putredinali, & fluente interfectiua, vena secatur.

Mala quæ euenirent, si eo existente succo crudo per corpus vena secaretur. Mala, quæ eueniunt æstiuo tempore.

Mala, quæ euenirent hyemali tempore, ac regione frigida.

Ergo his sanguinis vacuatio nõ conuenit.

Loco autem sanguinis vacuationis, frictiones, vnctionesq. moderate calfacientes, congruæ sũt Galeni sententia ex Hippocratis decreto.

Venæ sectio depuratiua sanguinis corrupti seu putridi, vel fumidi, aut fuliginosi.

B

De arte medic. c. 74.

Ibidem.

9. Meth. c. 10.

C

Loco prius cit. de cura. rat. per sang. miss. c. 6.

4. De vict. rat. in morb. acu. t. 43. & 44.

9. Meth. c. 10.

4. De sani. tuen. c. 10.

D

9. Meth. c. 10. dudum citato.

Lib. de loc. in hom. pag. 421. in Foesio.

8. Meth c. 4.

2. De vict. rat. in morb. acu. t. 10.

CAPVT

A

CAPVT XXIII.

De ſanguinis miſſione parua, paulatim, ac pluribus tum vicibus, tum varijs diebus præſtanda, tantum reuulſiua, ſeu deriuatiua, nihil principaliter euacuatiua.

Conexus.

4. De tuēda ſan. c. 4.

Eodem lib. c. 5. Idem 12. Meth. c. 3. & Paul. lib. 2. c. 37.

Dubium. Galeni autoritas. Secunda Gal. autoritas.

PRima autem ſecundi generis modi miſſionis ſanguinis patefacta differentia. Modo eius generis ſecundam explicare differentiam æquum eſt. Verum cum de hoc genere dubium vertat, ideo quoq. ſimul huius dubij ſolutionem aggrediar, dum eam declarare differentiam conabor: quia fruſtra fiunt per plura, quæ per pauciora optimè fieri valent; Dubium vero tale ſe habet. Quoniam modo, vbi ſanguis plurimum à ſanguinis forma receſſerit, quod ibi *nullus omninò mittendus eſt ſanguis*: Galeni mente probauimus: Inſuper quoq; cum idem Gal. dixerit. *Cæterum in laſſo corpore ſāguis bonus exiguus ſit, crudi verò humores plurimi huic nec ſanguis mittendus. Quippe inciſa vena bonū*

B

ſanguinem emittit, malum verò, qui in primis venis maximè circa iecur, & quod meſentereum vocāt colligitur, in totum attrahit corpus. Quo vtiq; fit, vt ſanguis probus in ſinu venoſi generis exiſtens, à crudis his plurimis cruditatibus, à primis vijs ad venoſum genus, ea venæ ſectione attractis coinquinetur: hinc omnium corporis partium alimentum non niſi deprauatum, & prauum efficitur: Vnde tunc imbecilis corporis partes non amplius nutriri, nec ſeruari valent, immo neceſſario hę perire partes coguntur: Inſuper ex ea ſanguinis probi deturpatione neceſſe eſt, vt calor ſanguinis venarum influens ſuo robore valde priuetur. Quo tum calor cordi inſitus, tum omnibus cæteris membris complantatus in ſuo robore viuido actuali, & virtuali conſeruatur. Quā ſanè ob cauſā ſi calor ipſe extingueretur, conſequenter etiam non niſi calor his partibus inſitus ſuo robore priuaretur: ex quo ægri obirent. Nihilo tamen minus Gal. ipſe totum in oppoſitū ait, quoties morbi ſanguinea ſit magnitudo, à ſanguinea maſſa, nihil copia peccante, exorta; quippe tantū à ſanguine motu, ſeu latione ad aliquā partem tendente determinata, peccante genita: vbi ſanguis eo motu ſolū vel principaliter, vel vt fomes, vel vt augens motum eū humoris principaliter fluxione peccantis, ſuo actuali, & vehemēti calore, eam parit magnitudinem: quia ſanguis vt calidiſſimus ſimulq; fluxiliſſimus facilè, vt vehiculum alios fluentes humores velocius fluxiores reddere pōt, ac in anguſtam, & penitiorem penetrare partem eos facit ſuccos: Ac ita ſanguis eam fluentē ſan-

6. Epid. com 5. t. 5. & 8. de decretis Hipp. c. 7. & 1. Aph. 14.

De Magnitudi ne morbi ſāguinea tantū fluente, per ſe vigēte hinc etiam per ſe ſanguinis miſſionem reuulſiuā tantum indicante.

C

Capite præcedenti.

13. Meth. c. 5.

4. De victus rat. in mor. acu. cōment. 19.

4. Meth. c. 6. Lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 8.

De fracturis 6. 2. t. 10. & li. Mochlico p. 889. 890. in Foeſio.

guineam concitat magnitudinē præſentem, aut incipientem, ſeu imminentem, citam & magnā ſanguinis reuulſiuam, ſeu deriuatiuā indicantem emiſſionem. Sine vlla ſanguinis copia peccante concurrente: vt iā dixi: Et Gal. ait, *Menodotus Empiricus in ſola plethorica appellata ſyndrome ſanguinis miſſionem obſeruari aſſeuerans. Nos autem, & non ea exiſtente venā ſecamus: cum dolor vehemens hominem ſtatim prehēderit, vel os ex loco pulſum ſit: vel illius quiſpiam articulus contractus, reductusq.* Idem in caſu ab alto, & in plaga, & vlcere veteri, & in Rheumate vt Gal. depromit, ſicuti ē cōtra reuulſionis gratia, ne ſanguis probus ad partem læſam fluat in corpore ſano, tum vt nunc, tū ſimpliciter, ſanguineq; optimo prædito, cui vel percuſſio, vel contuſio, aut ſugillatio, vel caſus ab alto, aut vulnus in aliqua parte, vel oſſium fractura, vel neruorum diſſolutio, aut punctura: ibi Hippocrates ventrē validioribus purgantibus ſoluit, ac ēt Galenus, nec tamen ibi vllus cacochymus humor peccat, vt vbertimè demonſtraui lib. 2. de magn. morbi cacochymæ c. His aūt ſtatutis dico, ad primam Galeni autoritatem, vt etiam capite præcedenti aſſerui, ibi Galenum de ſanguinis miſſione tantum vacuatiua verba feciſſe: quæ non eſt agenda, niſi immineat morbi magnitudo ſanguinea repletionalis, à ſanguine quantitate peccante exorta, vt eſt laſſitudo ab ea repletione genita, quæ huic magnitudini vēturæ vnitur. Ad ſecundā verò autoritatem reſpondeo, tūc Gale-

Ad primā Gal. autoritatem reſponſio.

Ad ſecundam autoritatem ſolutio.

D

12. Met. c. 3. & 1. ad Glauc. c. 14. Paulus l. 2. c. 27.

4. De tueda ſan. c. 6.

nū cruditatū pituitæ in primis tum vijs, tum venis copiā conſtituiſſe, tanquam virium robur ſoluentem, ac etoris, ventriculi angorē inferentē, quæ morbi cacochymā conſtituēdo magnitudinē, lipothymiā, ſyncopē, & mortē præbere valet, vbi corpora ſūmè cacochyma fuerint pituitoſa, ex tertia cacochymia pituitoſa obnoxiā differentia, vt Gal. ſtatuit, & Paulus confirmauit. Hinc talia corpora quietē omnino ſeruanda, & hæ copioſæ per vomitū educēdę cruditates veniūt, vt idē Gal. decreuit: dūmodo tamen in tertia cruditatū regione mordaces copioſæ non adſint cruditates: tunc enim nec vomitus, nec aluina valida cōperit eductio. Præterea ibi ratione proſtratæ virtutis præſentis & vēturæ prohibentis venę ſectionē, vena minime ſcindenda eſt, nō autē ob cruditates illas: Nā reſpectu ſyncopis lethalis venturę vena ſecanda non eſt. Cū longè magis virium ſeruanda vrgeat dignitas prohibendo venæ ſectionē, quam morbi magnitudo in indicando. Cæterū modus ſanguinē educendi, in reuulſiua ſanguinis miſſione, has amplectitur conditiones. Primo vt pluribus vicibus adminiſtrari debeat, quo. n. pluries venā ſecueris, & quāto numeroſiores venę ſectiones fuerint, eo maior ſēper reuulſio fiet, cū dixerit Gal. *Quin & reuulſionem non leue, & ipsā auxiliū quoq; factā adhibetur vena ſecta: Quāto maiorē in numerū particulares auxeris detractiones tāto efficatiorē reuulſionē effeceris.* Quod ēt confirmauit ijs in locis c. 20. Citatis, vt eſt ibi videre. Secūda aūt conditio iſtius modi eſt, vt ſicuti. *Iteratæ detractionis tēpus, in quibus ſimpliciter qui-*

9. Meth c. 13. vt iam oſtenſū eſt li. 1 c 13.

De cut. rat. per ſang. miſſ. c. 12.

4. De tuen. ſan. c. 10. & de cur. rat. per ſan miſſ. c. 9. & 5. Meth. c 13.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 21.

Modus venæ ſectionis præſtandæ reuulſiuę dūtaxat, ſuis conditionibus conſtituitur.

Prima conditio eſt vt per plures vices vena aperienda.

Secūda cōditio. Galenus.

Vbi euacuationi ſolæ ſtudemus eodem diē iterare.

Aetius.
Vbi vero tantū reuellere volumus iterare vena in diebus duobus, etiam interpositis diebus. Vbi vero ſimul & euacuare, & reuellere volumus ſingulo die donec ſatis ſit.
In ſanguinis fluxionibus ſāguis etiam peccat copia.
Quater in die ſanguinem miſit Galenus vbi vero & euacuare & reuellere volumus maxima ſanguinis copia præſente primo die bis vena ſecanda, & inde ſingulo die ſemel.
Tertia cōditio.
Vbi reuellere volumus in magno affectu ſanguineo viribus proſtratis nullam venæ ſectionem admittentibus crura & brachia, & coxæ pro reuulſione ac deriuatione agendi. ligaturis, & frictionibus validis & calidis frictionibus ſiccis cucurbitulis agitandis & calfaciendis.
Vbi vero viriū robur ſit, vltra venæ ſectionē etiam crurum & brachiorum remedia illatæ cōgrua ſunt ad maiorē reuulſionem, ſeu deriuationem peragēdam.
Quarta conditio.
Quinta conditio.

dē vacuare conamur eodem die eſto, ſic ſolū in quibus reuellere conamur, ſi vel duobus diebus fiat, melius fuerit: vt etiā Aetius confirmauit *vbi tantum euacuationi ſtudemus, iteratio eodem die facienda, vbi verò auerſioni tantum ſatis eſt duos interponi dies*. At verò vbi ad euacuationem, & ſimul eodem tempore reuulſionem præſtandam incumbimus, ibi ſemel io die ſingulo die ſanguis educendus, donec euacuatio vnā cum reuulſione adhibita fuerit, vt ex illis locis Galeni citatis c. 20. apparet: & etiam vt ex alio loco liquet, vbi ait. *Idcirco detractionem ſanguinis etiam ſecundo die iteramus, aliquando verò & tertio, vbi videlicet, & reuellere, & ex alijs in alia transferre viſum eſt conducere*: Verùm in ſanguinis fluxionibus & egreſſionibus, ſemper etiam ſanguinis copia peccat; Ideo Gal. in ſanguinis ſputo quotidie vſque ad quartam vicem ſanguinem detraxit, ſic in quacunque ſanguinis excretione inſalubri agendum eſſe reor. Verum vbi maxima ſanguinis copia etiam fuerit, optimum erit, primo die bis venam ſecare, vt Galenus in laſſitudine phlegmonoſa, & in ſanguinis ſputo iam fecit. Deinde verò ſemel in die vſque ad tertium diem, tum ad deputationem, tumque ad reuulſionem efficiendam, vt idem Gal. ſtatuit; Tertia verò conditio eſt quòd hæc reuulſiua venæ ſectio. *Poſtulat ſemper vires valentes, quæ modo euacuationis eius, ſanguinis educti in ea reuulſione molita reſpondeat*. Eanque ſanè ob rem Galenus in ea Matrona Romana viribus deſtituta nihil ſanguinis eduxit, verùm tantum clyſteris acris vſu *tum crura, manuſque calfacienti pharmaco plurimum fricaret, & vinciret* reuulſionem fecit: quod etiam alijs diebus ſequentibus adminiſtrauit *in omni taciturnitate, & quiete muliere ſeruata, tum artubus eius perfricatis, vinctiſque, iuſſi reliquas quoque partes omnes perfricari excepto capite*, à quo deſtillatio fluebat, ac ſanguinis ſputum mouebat; Cæterùm, ſi has vires, hanc ſanguinis miſſionem permittentem inueniemus *reſpicientes, ſanguinem detrahimus, aliàs ſemel, aliàs bis vel ter, vel ſæpiùs*. Immò etiamſi vires adſint validæ quoque manuum, ſeu brachiorum, & crurum frictiones, & vincula reuulſiua vltra ſanguinis miſſionem conueniunt, cum dixerit Galenus *Alteri verò adoleſcenti, cui non ex deſtilatione*, vt alij Matronę contingebat. *Cum ſanguinem, & ipſe ad dimidiam heminam reiecisset, ſtatim vena incidi, ac bis in eodem die ex ea ſanguinem detraxi: Deinde rurſus poſtridie bis ſed artuum frictione, & iunctura priore die vſus, ſecundo die poſt alteram detractionem &c.* Verùm ad hanc ſanguinis emiſſionem reuulſiuam rectè agendam, quarta conditio ab Aetio ex Antillo Græco aduertitur; nempe vt *anguſtiſſimam inciſionem facere oporteat*, tum cum ibi ſanguinis copia nō ſit, nec ingens calor, ſeu impuritas putrida craſſa, tum quia *ea detractione auerſioneque propterea opus eſt, vt longo tempore è vena ſanguis emanet*, quo enim longiori tempore retractio ea quidem perſeuerarit, eo quoque maior, & efficacior reuulſio neceſſariò conſequetur. Quinta denique cōditio à me inuenitur in eodem Aetio ex eodem Antillo expiſcata, quę eſt, vt nedum phlebotomię figura anguſtiſſima eſſe debeat, verùm etiam per figuram tunicę venarum fibrarum tranſuerſam fiat, vt difficilius venę pertuſio cicatrizetur, ſicuti per directū facillimè glutinatur; per obliquam verò figuram medio phlebotomum ſanatur, cū Aetius deponat. *Tranſuerſa igitur vtendum vbi iterationem faciendam*.

A
Lib. 3. c. 17.
De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 12.
5. Meth. c. 13.
4. De tuenda ſa. c. 10.
5. Meth. c. 13. Ibidem.
9. Meth. c. 12.
5. Methodi c. 13.
B
9. Meth. c. 11.
5. Meth med. c. 11.
Lib. 3. c. 14.
Ibidem.
C

C A P V T XXIV.

Quando in morbi magnitudine ſanguinea, neque copioſè, nec parcè, nec ocyſſime, nec tardè, nec paulatim; immo modo medio inter vtrunque ſanguis educendus ſit, & cur, ſi morbi magnitudo ſanguinea, & ſimul cacochyma ſit, priùs ſanguinis miſſio agenda ſit.

Tertiū ſanguinis miſſionis modorū genus propoſitum capite 12.

TErtium autem genus modorum ſanguinis miſſionis à morbi magnitudine ſanguinea indicatæ nunc dilucidandum venit, iam c. 12. propoſitum. Quod quidem ſi mediocritatem inter primum, & ſecundum genus introſpiciamus, facilè patebit: Id enim erit, vt plurimum vbi vnà æquè, tum ſanguis, tum cacochymia quoque æquabiliter tam morbi magnitudinem ſanguineam, quam cacochymam producet, & in qua ſanè perpetuò primò ſanguis eſt mittendus, poſtea ſecuriùs peccantes educendi humores ſunt Hippoc. decreto, & Galeni, Pauli, & Auicennæ confirmatione, vt lib. 2. c. 14. iam dixi: Vbi enim venæ humoribus plenæ fuerint, ſi purgans præbeamus pharmacum ante ſanguinis eductionem, natura quidem malum à bono ſegregare non valeat. Nec medicamētum poſſet ſua vi attrahente venas ingredi ad humores malos attrahendos; neq; facultas expultrix grauata à mole, eos expellere poteſt ſuccos niſi prius ſanguis educatur. Vnde tam malum, quam bonum humorem vtilem euacuabimus, aut nihil vacuabimus, immo ſanguinem calfaciemus, ſi ante ſanguinis miſſionem purgauerimus. Hinc ex Græcis antiquis hæc habentur. *Sin quatuor humores abundauerint, potiùs vena incidenda eſt, ante purgationem, quam purgandum ante venæ ſectionē. Quoniam ſi per ſanguinis miſſionem corpus prius vacuatum fuerit, purgans medicamentū exhibitū venas, & arterias, et inanes corporis regiones inuenit nō oppletas. Quo fit, ut abſq; vllo impedimēto in totū corpus dimanet ad attrahendos, ſuccos, facillimèq; fiat eorū euacuatio per vaſorū ſpatia, & fuſionē tenuitatemq; ſuccorum. Nam ſi vaſa ſanguine repleta ſint, & purgatiuum medicamentum dederis*

Vbi æquè & morbi magnitudo ſanguinea, & cacochyma ſimul fuerint, cur prius magnitudini ſanguineæ ſatiſfaciendum ſit.
Auctoritas Græciſſ. Autoris Græci.

D
6. Aph. 47. & ſ. 4. de vict. rat. in morb. acut. c. 11.
6. Epid. com. 1. cont. 1.
Lib. 2. c. 19.
E. 4. cat. 2. c. 4.
De renum aff. dig. & med. c. 4. Gal. claſ. 7. fol. 193. E.

non

A *non poterit propter plenitudinem in corpus differri: Vnde fit, vt ſubſiſtet, & nihil efficiat, aut ſi quicquã facit, malefaciat.* Idem quoque aſſerendum eſt, vbi in venis æquè, & plenitudo, & cacochymia ſimul fuerint, vtranque allatam magnitudinem infeſtans. Hæ autem geminæ morbi magnitudines ſimul iũctæ ægro inſunt, dum hæ ſimpliciter magnæ, vel morbus ſimpliciter magnus ſit, non autem cum additione hac, vt ſint vehementer magnæ, tunc enim nonniſi valde acutus, vehementerque magnus morbus eſt, cui tantum ſanguinis miſſio celeriter, & copioſè præſtanda competit, non autem purgantia valida, quæ ignea ſunt, vt loco proprio declarabo: niſi materia turgeat. In talibus enim illico purgare expedit: In febribus itaque magnis præſentibus, nempe aſſiduis, talis venæ ſectio, ſeu ſanguinis miſſio cõgrua creditur, quia febris continuatio morbi magnitudo ſanguinea eſt per ſe vrgens, ægrorumq; interfectiua, & vitę periculo plena, hinc etiam per ſe ſanguinis eductionem indicans eſt, vt ex ijs Galeni verbis elicio: *ſanguinem verò mittere oportet, & ob morbi magnitudinem* per morbi enim magnitudinem ibi intelligit febris continuationem ſymptomatibus carentem; cum ibi *curatio febrium continuarum, quæ carent accidentibus* habeatur, vt ex illius capituli ipſa inſcriptione liquet. Febribus verò interpolatis, pro vt in imminentem continuationem ipſæ febres incidere poſſint, ſanguinis miſſio competit. Eanque hercle ob cauſam nobis Medicis eius poſteris his verbis prodidit. *Saluberrimum autem (vt prædiximus) eſt in febribus venam incidere, non continuis modo, verum etiam alijs omnibus, quas putreſcens humor concitat; vbi præſertim nec ætas, nec vires prohibent.* Auxilium verò, quod in his febribus ope miſſionis ſanguinis conſequimur, ac etiam damnum quod ea omiſſa, ſequitur, ſubinde, explanat. *Leuata nanque, quæ corpus noſtrum regit natura, exonerataque eo, quo veluti ſarcina premitur, haud ægrè, quod reliquum eſt vincet: Itaque proprij muneris haud oblita, & coquet, quod concoqui eſt habile, & excernet, quod poteſt excerni: eorum enim, quæ ſunt in medio corpore (vt iſti vocant) prouidentia: vbi detractus ſanguis non eſt, maximum planè, eſt malum. Vbi vero detractus eſt non maximum eſt malum.* Verùm enim vero, nedum exoneratiua eſt, ſed etiam caloris putredinalis euentatiua, excrementique putridi, fuliginoſi, ignei, & fumidi refrigeratiua, ſimulque depuratiua, ac denique reuulſiua habetur, vt etiam de alio genere modi cap. præcedenti oſtenſum eſt: Iſthæc autem omnia de quacunque quidem ſanguinis miſſione à morbi ſanguinea magnitudine ſimpliciter perpenſa, indicata cuiuslibet partis obnoxiæ certiſſima eſſe aſſeuerare audeo.

4. De vict. rat. in mor. acut. c. 21.
4. Aph. 10.
4. Aph. 43.
3. Ad Glaucon. c. 13.
12. Meth. c. 15.
B
Ibidem.

Hæ geminæ morbi magnitudines ſimul adſũt vbi cacochymia ſecũdæ differẽtiæ eſt, quæ ſimpliciter magnæ ſunt.
Febres aſſiduæ ſunt ſimpliciter magnæ præſentes, ac terminarum potiſſimũ, ideo vtrunq. remediũ indicant in methodo curatiua.
Febres vero intermittẽtes magnæ fieri poſſunt, ac ideo vt magnæ imminentes vtrinq. remedio egent, in methodo præſeruatiua.
Emolumenta, q ex vena ſecta in his febribus aſſequuntur, & incõmoda, quæ ex ſectione prætermiſſa ſuperuenire poſſunt Galenus patefacit: talis enim venæ ſectio euacuatiua exoneratiua de obſtructis, & eius excrementique putridi, calidi & ignei euentatiua, refrigeratiua, depuratiua, ac deriuatiua.

CAPVT XXV.

Quibus affectibus magnis ambiguis venæ ſectio ambigua quoque, ac tentatiua conferat, diſquiritur.

C

Conexus.

Æterum vt ad quartum modorum mittendi ſanguinis genus patefaciendũ accedamus, ſpeculor quandoq; morbi magnitudinẽ ſanguineam impurã, ſimulque excrementitiam melancholicã, ita ambiguam eſſe; vt ẽt incertam profectò eam eſſe, patebit, quæ ſanè iure merito ẽt tentatiua, ſeu hoc modo conditionata, vt conditione ipſa deliberata, ſanguinis eductionem per ſe indicat; ſicuti ẽt ea magnitudo imminens ambiguè vrget; incerteq; ægri vitę diſcrimen impendet, nẽpe conditionaliter: Cum itaq; tota Medicina iam ab Hipp. & a Sachra. tunc temporis Aeſclapiadum familia ab Aeſculapio vſq. ad Hippocratẽ tranſacto anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono, nec non poſtea à Galeno vndiq; certa confirmata fuerit, vt ſatis loco proprio demonſtraui. Ideoq; Galenus eum agnouerit non niſi ambiguè, indeterminateq; interdum magnitudinẽ morbi allatam nos cognoſcere poſſe; eã tamen certã nos introſpicere poſſe, ſola ſenſata nobis notitia viſus, egreſſionis ſanguinis venoſi generis, colore atro, cõſiſtentiaq; craſſa, viſcida, ac lenta exiſtentis, tanquam magnitudinem morbi ſanguineam melancholicã, ſed atrabilarẽ: Cognita. n. cauſa illius magnitudinis ſyllogiſtica, facilè quoq; eam magnitudinẽ ſaltem superuenturam, imminentemq; dignoſcere valebimus: Aperta namq; vena ſanguiſne talis, nempe niger, craſſus, & glutinoſus, an non ſit, facilè certa cognitione intueri poſſumus: Quãdoquidem, tametſi huc ipſũ in melancholia, à toto cõcitata, per notas ſpeculatiuas inſpicere nos docuerit Galenus; hunc in modum. *Vtrum verò melancholicus ſanguis vniuerſum corpus, an ſolũ cerebrũ occupet, ita differẽdum eſt: In primis vniuerſi corporis habitũ qualis ſit conſiderare velim: memineriſq; quod molles, et cãdidi, & obeſi nequaquã humorem melancholicũ habent. Macri verò, & nigri, & hirſuti, & quibus latæ venæ ſunt aptiſſimi ſunt, vt huiuſmodi in ipſis humor cumuletur, ſitq. interdum, vt rufo colore homines affatim in melancholicã tẽperiẽ decidant atq; poſt hos flaui &c.* Nihilo tamẽ ſecius ad allatã vndiq. certitudinẽ cognitionis confugiendo ſenſatã, pergendo, inquit. *His itaq; præmeditatis, quũ ſperaueris in vniuerſi corporis venis melancholicũ ſanguinẽ contineri, quo certiorem habeas notitiam, cubiti venam ſectam præcipueque mediãque communis, & ei, quæ humeralis appellatur, & ei, quæ per axilam ad manum fertur. Quod ſi tum fluens ſanguis non videatur melancholicus ſtatim ſupprimatur ſi verò talis appareat vacua quantum pro laborantis corporis habitu, ſatis eſſe conieceris.* Verum idipſum etiam in quartana febre ait. *Et ſi vena inciſa is, qui fluit niger videatur, & craſſus, (præcipuèque*

Hipp. Aeſclapiades poſt Aeſculapium fuit claruit anno 1159. vt in ſupplim. & ſo croncicatum mũdi inuenio.

D

3. De loc. affec. c. 7.
4. Ad Glauc. c. 11.

H 2 *vero*

verò in ijs, qui liene laborant huiusmodi videtur) audatius mittendus est, quod si flauus, aut tenuis apparuerit statim supprimendus. Cum tantum inutilis, & morbosus sanguis educendus sit. Hinc aduerto hanc rem non nisi in morbis melancholicis veram esse, quia in biliosis morbis etiam si sanguis flauus, ac tenuis quoque liene affecto, sectaq; vena splenitica euacuari debet: immo in quartana etiam si sanguis rubeus, tamen crassus detrahendus; audatius nihilominus educendus niger, & crassus: Cæterum, si talis fuerit etiam in biliosis affectionibus semper copiosiùs, & audatiùs vacuandus, vt Stratonicus Galeni Præceptor fecit, referente Galeno, & vt ipse Galenus in ea muliere administrauit, cui ex longa ægritudine sanguis melancholicus accidit: sicuti etiam alijs ob longos morbos, vt ait Gal. *melancholicum humorem contraxerunt.* A

9. Meth. c. 12.

Lib. de atra bile c. 4.
6. Epid. com. 5. cont. 29.
Ibidem & 3. de loc. affect. c. 7.

C A P V T XXVI.

Tres vniuersi corporis humani partes, locosue esse, per quos venæ sectio, à morbi magnitudine repletionali, simulq; refrigeratiua, seu calefactiua, seu impura, aut fluente sanguinea, indicata, vt vacuatiua, exoneratiuaque vnà, & calfactiua, seu refrigeratiua, depuratiua, vel deriuatiua administrari valet. B

Conexus.
Tertius tractatus huius libri explanatur.

QVoniam verò non modo sanguinis mittendi mensura, & modus, à morbi magnitudine sanguinea, concurrentibus etiam cæteris enarratis coindicantibus, vnà cum permittentibus, indicatur; Verum etiam & locus, per quem vtiq; sanguinem morbosum, tum copia, & quiete, tum qualitate, impuritate, & motu determinato, ad aliquam partem læsam tendente, peccantem facilè auferre possimus: Hinc istius tertij tractatus huius libri declarationem, in mei studij tantum gratiam, iure optimo ingrediar. Quandoquidem Græci antiqui corpus nostrum in tot partes secuerunt, per quot etiam sanguinem eum peccantem, & euacuare, & mouere per se, vt per accidens postea, eadem sanguinis peccantis eductione etiam calorem naturalem oneratum, exonerare, refrigeratumque, & suffocatum calfacere, caloremq; igneum euentare, obstructiones arcere, cruditates tum mouere, tum euacuare, venas verò ab impuritate coinquinatas, uel sanguine excrementoso, uel excremento corrupto, seu fuliginoso, & fumido depurare; ac denique sanguinis fluxionem auertere, perpetuò possimus. At uerò, cum per tres partes isthæc omnia emolumenta semper assequi ualeamus. Ergo Diuinus Hippocrates omnium primus ille fuit, qui hanc triũ partium distinctionem constituit. Secundus Galenus fuit, Tertius Aetius, tum ex Hippoc. & Galeno, tum ex Antillo idem asseuerans: Vt exinde, sanguine manente velut fomite, pabuloùe calidi cordi insiti, per se ubique. & semper ægros sanantis, morboq; resistentis, eo faciliùs Natura ęgri relictę magnitudinis, & morbi, & istorum causę sanationem acquirere ualeat; ac etiam ut Medicus subinde securiùs & faciliùs reliquę curationi studere possit: sanguine nanq; his cunctis modis peccante, morbiq; magnitudinem sanguineã, ijs quoq; generibus infestante, in capite, ac in quacunq; capitis, & faciei supra collum parte lęsa inexistente, is procul omni dubio, non nisi per uenam flexus, seu cubiti humeralem superioremque ab Hipp. & à Galeno humeralem, ac exteriorem, alijs uerò cephalicam, capitalemùe appellatam expelli potest, sicuti dum sanguis, ita morbosus inter collum, & renes extiterit, facilè per uenam flexus cubitiùe, quę inferior ab Hipp. & interna à Galeno, axillaris uerò ab utroque autore, tum dextri cubiti iecoraria ab Hipp. ab alijs uero hepatica, & basilica uocata, tumq; sinistri cubiti splenitica, seu splenitis ab Hippoc. appellata detrahitur, quę ad manũ perueniens inter digitum annularem, seu mediũ, & minimũ fertur; Quam quidem manus uenã omnium primus Galenus, & arteriam pertundere fecit, ut his uerbis liquet, *circa annularem digitum sinistra manus incisa vena*, & alio in loco. *Altera quidem parte mediam digiti medij, & annularis regionem ingreditur: quam venã nonnulli in sinistra manu secantes &c.* sicuti etiam arteriam manus cephalicam incidere fecit, dum ait *accessi ad manus dextræ arteriam inter indicem, & pollicem sitam, siniq; fluere, donec sponte sanguis restitaret &c.* Hippocrates uerò per manus uenam, antiquorum more, usq; ad cubitum intendebat, ut ex his Galeni uerbis patet. *In omnibus suis scriptis, partibus ijs, quæ supra iecur sunt affectis ex manibus sanguinem mittere.* Attamen Hippoc. quoq. uenas manus inter digitos situatas, à uenis brachij distinxit, non tamẽ manus reuera uenã, nec arteriam secuit, ut Galenus. Ista aũt uena iecoraria dextri cubiti, sicuti in uniuersalibus morbis acutis, & magnis semper pertundenda est, ut Hipp. ait. Ita ẽt in acutis particularibus, corde lęso, pectore, pulmone, & hepate, perpetuò eandẽ hepaticam uenã incidere tenemur Galeni pręcepto. Sin uitiosus sanguis, qui uarias, ac plures morbi magnitudines sãguineas, prout uarijs, ac pluribus rõnibus peccare ualeat, infestat, in tertia nostri corporis regione fuerit à renibus infra situata subest: ibi sanè tantũ sanguinẽ illũ à natura alienũ, ac inutilẽ per crurũ uenas sectas educere ualemus, ut Hipp. statuit, factaq. distinctione, ut parte externa dolente, ut in dolore ischiadico, & inflammatione, aut lęsione sãguinea renũ, & dorsi à uena externa sãguis detrahẽdus:

Cur Græci corpus humanum in venæ sectione præstanda; in tres regiones secarunt.

De cur. rat. per san. m. c. 15. vsq. ad c. 19. & 6. epi. com. 1. cont. 3. & 6. & 23. met. c. 5. & de venæ sect. aduers Erasist. c. 18. & lib. de anatom. administrat. c. 5 & 6. & 7. & 5. de locis aff. c. 7. & alibi.

Prima regio est supra collũ residens: cui regioni, vena flexua cubiti humeralis, & superior, exterior vocata; nec nõ cephalica, seu capitalis; respondet, scindenda ea regione læsa.

Secunda regio inter collum & renes iacet. cui vena flexua brachij inferior, & interior, & axillaris vocata respondet.

Vena hepatica, in morb. vniuersalibus magnis, magnitudine sanguinea, secanda corde, pectore pulmoneq. offenso sẽper vena iecoraria aperire tenemur, sicuti etiã hepate læso idẽ agendum.

Tertia regio, à renibus infra collocatur cui vena crurũ communicatur.

Lib. de off. nat. p. 244. & 245. & 247. & lib. de nat. hom. p. 178. & 179. & 5. epi. ægr. 6 & ægr. 7. & 2. de morbis 447. 448. ex Foe. interp. & alibi.

Lib. 3. cap. 22. & 23.

C

Vide Gal. in Hippo. de natu. humana com. 2. t. 6. & 7. & 8. & 9.

Idem Aetie. li. 3. s. 4. doct. 5. c. 20.

De natu. hom. 179. & de offiũ nat. 245.

De cur. rat per sang. miss c. 16. & de venæ sect. aduers. Erasist. c. 4. & 13. meth. c. 21 & alibi.

5. De morb. p. 447.

6. Epid com. 3. cont 1. & 6. de loc. aff. cap. 7. & de cura. rat per sang. miss c. 16.

D

3. De morb. p. 447.

3. De morb p. 447. & 448.

De cura rat per sang miss. c. 16.

De anatom. administ. c 5.

De cur rat per sang. miss. c. 28.

6. Aph 36.

De na. hom. 179. de off. nat 245. & 1. de morb. 447.

Gal. com. 2. de nat. hom. t. 6.

13. Meth med. c 21.

5. Epid ægr. 7. & 6. aph 36.

A dus: in doloribus verò lumborum, testium, vteri, vesicæ, ac pudendi per venam internam, cum dixerit. *In dorsi igitur, & coxendicum doloribus ex poplitibus, & malleolis exterioribus venæ sectiones fieri debent &c. Proinde in lumborum, & testium doloribus sanguis ex poplitibus, & malleolis interioribus mittendus est.* Idipsum quoque Galenus confirmauit, qui statuit etiam coxa, seu crure læso per aliud crus, sanguinem extrahendũ, *Altero crurum male habente, reliquum crus. Has nanque vacuationes indicat ipsa copia.* Galenus verò externam crurum venam *in poplite*, internam verò crurum *in malleolo* esse ait: quam saphenam Auicennas appellauit: Verùm vbi renes affecti fuerint, prius ex cubito misso sanguine; Deinde vena, quæ in malleolo est, vel poplite inuenitur, secanda; etsi Galenus tantum per crura emittat; sic pariter collo quidem læso prius per internam sanguinem mittere expedit, vt in agina, deinde per venam humeralem: Renes etenim, & collũ communes termini sunt secundæ regioni, quæ per venam hepaticam, seu spleniticam inanitur: Verum puto idem efficiendum esse, vbi vnum crus, seu coxa offensa reperiatur. Nam Galenus eodem loco ait. *Si vel totum corpus sit plethoricum, vel malo succo redundet, difficilis curatio redditur.* Et ibi de phlegmone, quæ vlcera sequitur agit, in quacunque corporis parte existente; ergo vt facilior curatio reddatur, prius ratione totius vena cubiti interna incidenda venit. Sed de anginæ curatione venæ sectione agenda, obiectio exoritur, cum locus ille in quo habetur. B *Si igitur angina fuerit delige purgationem, & detrahendus igitur ex vena sanguis brachij dextri vena interiore* Galeni spurius sit, & in alio loco legitimo dixerit, *satius igitur sit, vbi partes, quæ in ore phlegmone læsæ sunt venam quoque incidere humeralem in manu, si ea non inuenietur mediam.* Ergo per venam humeralem, seu per venam mediam in angina sanguis auferendus, non autem per venam internam: Respondeo Galenum, quænam vena sit in angina scindenda, non statuisse, immò tantum ambiguè: Quandoquidem dum ait. *Satius igitur sit, vbi partes, quæ in ore sunt, phlegmonem accersere incipiant. Pari modo venam quoque, vbi hæ partes sic laborant, incidere humeralem in manu, si ea non cernitur, mediam.* ibi de angina minimè allocutus est; immo de inflammationibus oris, quæ supra æsophagum, seu guttur, & supra laryngen contingunt. Nam ille post ea verba adderet, vt in angina, immò postquam hæc verba scripserit, postea de pectoris, pulmonis, cordis, & hepatis affectibus; tertio verò de angina verba fecit, hoc modo. *Vbi iecur, pectus, pulmo, aut cor sic afficiuntur, internam. In angina, quam synanchen Græcè vocant, primas in manibus: Secundas eas, quæ sub lingua habentur.* Verum non dixit primas humerales, nec internas, nec medias in manibus, sicuti nec etiam alio in loco expressit, inquiens. *Quocirca, quæ in gutture & arteria graui torquentur inflammatione, in principio quidem secta in cubito vena, post principium autem sub ipsa lingua.* C Vt etiam Hippocrates sine distinctione exarauit, in Angina, *sanguinem ex brachijs detrahes, & venas, quæ sub lingua sunt, secans.* Qui etiam ad anginam curandam post vtriusque cubiti venæ sectionem, capite calido affecto, suffocationis imminentis discrimen impendens *si decumbat æger*, Vnde *neque excreare potest, neque decubitum sustinet, sed si decumbat suffocatur cum sic affectum offenderis, hæc facito: In primis quidem cucurbitulas ad primam ceruicis vertebram admoueto, deinde capiti ante raso ad aurem vtramque ex parte apponito, & vbi scarificaueris cucurbitulam quã plurimo tempore adhærere sinito.* Etsi hoc remedium, hoc æuo nostro, carnificis potius, quam medici auxilium videretur, si à medico proponeretur. Verùm etiam Paulus ambiguus fuit inquiẽs. *Reliquis autem protinus sanguis è cubito mittendus est, sed non subito, ac semel, verum pluribus interpositis vicibus euacuabitur: quippe cum multa, semelq; facta vacuatione anima ipsis deficiente, suffocationis periculum superuenit, dum materia in affectam partem collectim prorumpit.* Idem Alexander ait lib. 1. c. 59. fol. 128. Præterea ambiguus Celsus fuit, sicuti etiam Aetius ita scribens. *Itaq; vestigo cubiti venam eis incidere oporteret &c. Vtilis est autem eis repetita detractio in sequenti die.* Et Auicennas idem affirmat. Cum itaque per vices plures, in angina sanguis mittendus sit, commodè ergo primo interna secanda vena est, deinde media, seu externa. Cæterum à Galeno quartum locum sanguinis mittendi constitui videtur, nempe per venam mediam cubiti, inter internã, ac externam, vt in oris inflammationibus, & in melancholia, cum exararit D *hi tres sunt loci mittendi ex cubito sanguinis, interior, exterior, & medius.* Qui communis est. Nihilominus tres tantum loci principales reuera sunt, has totius corporis proportionatè regiones complectentes, etsi plurimi loci sint ad has tres corporis partes reducendi, vt venæ sedales ad partem referuntur inferiorem, sicuti communis illa æquè tum partem corporis superiorem, tum mediam quidem respicit; non tamen ita vtranque partem à sanguine morboso vindicat, vt illæ duæ partes principales propriè vindicant: adest etiam vena frontis, & narium venæ, & venæ post aures aperiendæ in fine magnitudinis sanguineæ: Hippocrates enim inquit *iuuat etiam sanguis ex naribus, autem vena frontis detratus*, quæ venæ ad regionem cephalicam rediguntur. Insuper in dolore capitis acuto ait, *sanguinem ex lingua, si venam apprebendere possis, detrahito.* Post aures verò alibi venam aperit: semper autem deriuandi modo, id efficit, & Gal. inquit. *Quod si affectio perseueret venæ sectione à naso, aut fronte, aut cucurbitis ad occiput &c.* Vnde plures loci sunt; qui ad eas tres regiones rediguntur.

Lib. de nat. ho. p. 178 & 179 & de ossium nat. 144. & 145.
13. Meth. c. 11.
6. epid. com. 1. cõt. 1 & 6. epid. com. 7 com. 34. & 13 meth. c. 5. de cura. rat. per sang. miss. c. 18.
13 Meth. c. 5.
De cur. rat. per sang. miss. c. 18.
Lib. 1 f. 4 doct. 3. c. 20. f. 213.

In ischiadico dorsali, & renali affectu vena externa cruris secanda.
In lumborum, testium, vteri, vesicæ & pudẽdi affectu interna secanda vena.
Coxa, aut crure affecto p aliud crus sanguis est mittendus.
Cruris venã externam poplitẽ esse internã vero malleoli esse.
Dum renes læsi sunt priùs cubiti vena incidenda.
Collo etiam obnoxio, prius vena cubiti interna ratione totius secanda.
Idem agendum crure læso, vesica, vtero, teste & pudendo.

13. Meth. c. 5.
Lib. Gal. attributo de præg. exper. consilium. c. vlt. in fine fo 78. E.
13. Meth. c. 11.
13. Meth. c. 11.

Obiectio de angina qui primo per venam mediam aut solum per venã humeralem sanguis mittendus.
Responsio.
Vbi Galenus p venam humeralem vel mediã sanguinẽ mittẽdum esse, nõ de angina intẽdit sed de inflãmationibus oris q supra locum anginæ sunt.
Galenus & Hippoc. in angina reuera, quæ nã vena cubiti incidenda sit, non statuerunt.

De cur. rat. per sang. miss. c. 9.
4. De vict. rat. in morb. acut. t. 30.
Lib. 2 de morbis p. 461.
Lib. 3. c. 27.

Nec etiam Paulus expressit, q nam vena brachij scindenda sit.
Nec et Alexander nec celsus nec Aetius nec Auicennas.
Obiectio alia.
Solutio.
Tres locos mittendi sanguinẽ principales, sicuti tres tantum sanguinis mittendi regiones habentur in corpore nostro.

Lib. 4. c. 4.
Lib. 8. c. 47.
Lib. 3 f. 9. t. 1. c. 23.
13. Meth. c. 11.
3. De loc. aff. c. 7. Idem de cur. rat. per sang. m. c. 16.
Lib. de aff. 517.

A

CAPVT XXVII.

Cur per eas tres venarum regiones ab Hippocrate inuentas morbi sanguinea venæ sectione eripiatur magnitudo fluens, & fluxa, non autem fluxura: cum ea doctrina de deriuatione verificetur, non autem de reuulsione, demonstratur.

Thorema.

Ratio.

VErum dilucidationis studio, doctrinæ modo statutæ causas reddere debeo. Nam sanguinem quocunque modo peccantem, ceu morbi magnitudinis sanguineæ causam syllogisticam euacuatione quidem, vbique, & semper tolli posse, hucusque demonstratum est: Eam verò sanguinis vitiosi detractionem, procul omni dubio per partem loci affecti propinquam fieri debere infra dicam: Vt per vicinam simpathyam, quæ inter membrum læsum, & venam secandam adest, omne quod sanguini peccanti vitium inhærescit, vnà cum sanguine ipso vacuetur. Quandoquidem vitium tale, non nisi hac sympathya, communioneque sectæ venæ, & venarum partis obnoxiæ, adimi posse, vnicuique Anatomæ perito manifestum erit. Locus nanque sanguinem vitiosum continens perpetuò sibi similem, quo ad continuationem vicinam sanguinem contentum educendum reddit. Si itaque iam ostensum sit, venæ sectæ foramine inducto, dum sanguis egreditur, vim vacui veluti causam efficientem primam hinc etiam immediatam esse similique sanguinis adæquationem continuam, & vicinam vnà, & continuationem vicinam sanguinis fluxilis, seu fluxilitatem continuam, & vicinam sanguinis, qui vtique spirituum fluxilissimorum ope, semper tum liquidus, tum fluxilis apparet, quæ procul omni dubio causæ sunt mediante ea vacui vi, vt humores in venulis extremis collecti, calcati, & infixi, neutiquam pharmaco solutiuo cedentes, venæ sectioni cedant: nec non quicquid in sanguine peccat, educatur. Facto enim foramine venæ, ad vacuum id sanguinis fluxilitas ita fluit, vt per vicinam continuationem etiam sanguis vnà cum cruditatibus in venulis partis tumefactæ collectus, fluat, & egrediatur per eum consensum. Ideo hunc consensum ex anatomicis administrationibus, diligenter oculorum intuitu, sensata, & infallibili notitia exploratis, cum in tota humani corporis fabrica triplicem iuxta venarum regiones esse omnium aliorum primus vtique Hippocrates inuenerit: ergo tantum in tres principales venarum vicissim communicantium regiones corpus nostrum distinxit. Primo enim ait in vniuersali. *At venæ crassissimæ* ad sanguinem crassissimum venarum relatæ *hunc natura ortum sortitæ sunt. Quarum cum sint in corpore paria quatuor.* Nam venas tenoes, arterias appellanit veluti morbi, & sanitatis sua pulsatione inditia sint, tenues venas etenim vocauit, quoad sanguinem arteriarum tenuissimum, in eis contentum. Cæterum venarum primum par poplitis est, crurum externorum à Galeno nuncupatarum, tametsi ab Hippocrate venæ malleolorum, seu poplitum externorum vocatæ fuerint, cuius consensum ita explanat. *Vnam quidem ex capite retro per ceruicem parte exteriori ad vtraque spinæ latera, indeque in coxendices, & crura peruadit, deinde per tibias ad exteriores malleolos, & pedes peruenit. In dorsi igitur, & coxendicum doloribus ex poplitibus, & malleolis exterioribus venæ sectiones fieri debent.* subinde verò de venarum consensu secundi paris ait, quæ venæ à Galeno malleoli nominantur, ab Hippocrate verò venæ malleolorum, & poplitum internorum vocantur: hoc autem modo Hippocrates inquit. *Altera autem venæ ex capite exortæ iuxta aures per ceruicem iugulares dictæ intro secundum spinam, vtraque ex parte ad lumbos, intestes, & femora, & per poplites interiores ex parte indeq; e pertibias ad malleolos internos, & ad pedes deferuntur, & testium doloribus sanguis ex poplitibus & malleolis interioribus mittendus est.* Cæterùm aduerte more antiquorum Hippocratem, à capite incæpisse venarum ramificationes, veluti à radice constituendo, per analogiam ad arbores habitam cum homo arbor sit vice versa oppositus tamen cum venę capitis ad poplites, & ad malleolos delambentes, tum longinquę, tum angustę, & nimis ramificatę sint: Ideò in affectibus a renibus infra obortis, non per venas capitis, sed cruris tantum sanguis, & morbi simul magnitudo sanguinea tollitur. Verùm si dolor veteratus coxendicus à capitis distillatione obortus fit: rursus venas post aures secuit, vt infra dicam. At verò post modum de venarum consensu secundę regionis verba fecit, exarando. *Tertium par venarum ex temporibus per ceruicem subter scapula operta inde ad pulmonem defertur, & hac quidem ex dextris ad sinistra, alia verò à sinistris ad dextra peruenit, & dextra quidem ex pulmone mammam subiens, & ad lienem, & ad renem tendit, quæ verò à sinistris ad dextra procedit ex pulmone mammam subiens, & iecur, & renem petit, vtraque postremo in rectum intestinum desint.* Denique verò consensum venarum primę regionis staturę patefacit; inquiens. *Quartum par ex anteriori capitis parte, & oculis sub ceruicem, & clauiculas, indeque per superiora in brachiorum flexus tendit, posteaque per* cubitum

B

Lib. 2.

C

Gal. com. 2. de nat. hum. t. 6.
Venarum diuisio ab Hippocrate facta.

Ttcoacæ prænot. 138. p. 333. & lib. de carnibus 308. & de locis in homi. p. 400.

Venæ crurũ externæ, quæ in dorsi doloribus & ischiadico dolore aperiendę.

Venę crurũ internæ, quæ scindendæ sunt in testium, vteri, pudendi doloribus.

De nat. hominis 179. & de ossium nat. 245. vide 2. de natura humana t. 6. in Galeno.

Lib. de affect. p. 363. & lib. de iudicationibus 69. & lib. prænot. p. 46.

Iisdem in locis citatis antea p. 179. & 245. com. 2. de natura humana t. 6.

Ibidem.

D

6. Epidemiorum sectione 5. tex. 2.

Venæ secundæ regionis, secandæ.

Ibidem.

Venæ primæ venarũ regionis.

Ibidem.

A *cubitum ad primas manuum iuncturas, & digitos, rursusque à digitis per cubitos, & superior manuum inflexuras &c.* Denique concludit, inquiens. *Hæ igitur mittendi sanguinis rationes seruandæ sunt*, vt longa experientia Hippocrates quoque ipse exploratum habuit, *studendunque est, vt quam longissimè à locis, in quibus dolores fieri, & sanguis colligi consueuit venarum sectiones fiant. Hac nanque ratione, cum minimè magna de repente fiet mutatio, continget, cum etiam consuetudinem tollendo effeceris, vt ne amplius eodem colligatur*, reuulsionem præferendo à morbis consuetis præseruandi gratia. Vnde ex quo tametsi Hippocrates principaliter has venarum regiones ad morbos iam genitos, ibi constituerit sanguinis missione deriuatiua molita: tamen ad præseruãdum quoque à morbis magnis venturis sanguinis eductione peracta reuulsiua, eas quoque constituit, tamen differenter eò, quia primo modo vna regione læsa per eandem regionem sanguis detrahitur: secundo verò modo vna regione affecta, per alteram regionem sanguis educitur. Quandoquidem si morborum sanguinis collectiones, ac inflammationes iam concitatæ fuerint, tunc ait Hipp. *Morbi autem per eam partem, cui maximè vicini esse solent, educendi; Per eam autem partem, qua singulis, quam proximus est exitus, educi debent*, tunc enim tum euacuatio, tunque reuulsio simul fit à Galenò deriuatio vocata, cuius Hippocrates meminit etiam vt infra dicam: Quã ob rem, harum trium regionum venarum, venæ sectioni rectè agendæ inseruientium doctrina verificatur si in eadem regione, & læsio, & sanguinis missio respiciatur, in venæ incisione renera B deriuatiua, non autem reuulsiua; Quod vtique vt eò magis elucescat, differentiarum deriuationis, ac reuulsionis, rationes reddere cogor.

Ibidem.

De locis in ho. p. 420.

De vlceribus p. 977.

Per partem longissimam à loco affecto læso reuulsio venæ sectione, seu sanguinis missione facta Hippo in morbi magnitudine sanguinea non ad huc facta, sed ventura ac imminente per aliam religionem non læsam.

Ex Hipp. Morbi Magnitudine sanguinea particulari alicuius partis iam genita à aliqua harum triũ regionum à parte propinqua, & e candem regionem affectã euacuari & deriuari sãguinis missione debet.

C A P V T XXVIII.

Cur venæ sectio vacuatiua, depuratiua, calfactiua, seu refrigeratiua, hinc deriuatiua, magnitudinem morbi iam factam sanguineam tollens; tantum fiat, in eadem venarum regione, parte læsa, parteque phlegbotomanda existente. Reuulsiua verò morbi magnitudinem venturam & fluxuram sanguineam retorquens fiat, vbi in vna venarum regione pars offensa, in altera verò phlegbotomanda sit. Ideoq; deriuationis, & reuulsionis C differentiæ exhauriuntur.

Conexus.

CÆterum, vt ea omnia in capitis præcedentis argumento proposita declaranda; simulque eodem capite explanata vndique enucleata maneant; penitiori quidem studio, cur in eadem venarum regione, æquè tum pars sanguinis collectione, inflammationeue læsa, tum etiam pars phlegbotomanda simul adesse debeant, vt morbi magnitudo sanguinea præsens iam fluxa seu repletionalis, & simul fluens, & impura, & calfactiua, à venæ sectione vacuatiua, auersiua, depuratiua, vnà & refrigeratiua adimatur; Seruatis ijs conditionibus iam dudum statutis: Alias quoque talis sanguinis missionis conditiones patefacere deuincar, omnes deriuatiuę sanguinis eductionis conditiones statuendo: Pręterea etiam, vt hę clarius elucescant, nec non vt venę sectione reuulsiua liqueat, talem morbi magnitudinem iam factam sanguineam, tolli non posse; cum reuulsiua sanguinis missio tantum fluxuram, simulque fluentem venturam, nihil verò fluxam, seu repletionalem, impuram, neque inflammatam pręsentem morbi magnitudinem sanguineam eripere valeat; proinde quoque tunctas reuulsiuę sanguinis missionis conditiones pro- D mulgare conabor. Hinc etiam conuenientia, & discrimen, inter venæ sectionem deriuatiuam, & reuulsiuam, facillimè apparebunt: Priùs perpenso, vt in morbis vniuersalibus, qui *in solis humoribus accenduntur calidioribus, nullum certum occupantibus locum, sed æquabiliter quauis corporis parte genitis*, & in pulmonis, thoracis, cordis, & hepatis affectibus, vena iecoraria scindenda sit, ratione vniuersi generis venosi, rationeque harum partium. Vnde ea venę sectionis harum trium venarum nostri corporis regionum doctrina vtique tantum in morbis particularibus verificatur, qui ex sanguinis collectione, & inflammatione quocunque modo siue propriè, siuè impropriè facta, geniti sunt vt in tumoribus, vulneribus, vlceribus, obstructionibus, ac doloribus sanguineis verificatur; qui stabiles, ac firmi *parte quapiam affecta sunt, veluti in pleuritide peripneumonia, & cynanche* & quibus semper *febres continua* annectuntur, ac in alijs ijs similibus pariter certificatur. In quibus semper sanguinis fluxio, collectio, & inflammatio ad sunt. Sed vt à Deriuationis, & reuulsionis communi nomine, & conditione exordium desumam; aduerto, Auersionem, seu diuersionem appellatione generica ęquè tam reuulsioni, quam deriuationi communiter accommodata, Galenum constituisse, cui diuersioni potissimum Hippocrates,

Capite præced.

4. De vict. rat. in morb. acu. t. 19. & t. 24. & 13. Met. c. 11.

Ibidem.

4. Met. c. 6 & 5. meth. c. 3. & 14. meth. c. 8. & c. 5. aph. 68.

Quæ sint obseruanda ad hæc instituta proposita delucidanda.

Supponitur hic non loqui debere de magnitudinibus sanguineis morborum vniuersalibus, nec pulmonis neq. cordis, nec thoracis vbi vena iecoraria secanda est: vt etiam læso hepate.

Auersio, ac diuersio communis est, tũ reuulsio, tum deriuatio.

A ne affecti, deriuatio fieri debeat, ac per venam ſectam conſenſum eum continuum habentem, quæ ſanguinem eum coaceruatum, in eius membri venulis extremis copia, impuritate, inflammatione, quiete iam fluxa, vnà & motu adhuc fluente, peccantem in ſe contineat, vt in ea venæ ſectione ſanguis, qualis & ſimul qualiter peccat, talis herclè. & taliter educetur. Quod fortaſſis cum Gal. ſtatuere voluerit ait *euacuabitur porro id optimè per venas coniunctas cum iis, quæ in partibus ſunt ſita.* idem 5. meth. 3. Nam cum Galenus Antiquorum quorundam has tres regiones in ſanguinis miſſione, negligentium opinionem narrarit Artis medicæ poſteritati prodidit. *Quidam enim nihil intereſſe dicebant, quancunque venam, quis incidere velit, vt quod ex vnaquaque æqualis totius corporis euacuatio fieret.* Nam etſi à qualibet corporis parte ſanguinis detractione, æqualiter à quacunque corporis parte ſanguis euacuatur, non tamen pars affecta emolumētum recipit, niſi ſanguis à ſua regione, & per venam vicinam mittatur: vt in pleuritide dextri lateris, ſi vel per brachium ſiniſtrum, ſeu per crus dextrum ſanguis educatur, etſi parum ſanguinis à latere ſiniſtro vacuetur, non tamen à tumore pleuritico vllum euacuabis ſanguinem, cum is tumor vt crudus, ac durus, ac renitens nihil cedat, niſi venæ ſectioni his conditionibus ſtatutis molitæ, tumor is id concedat Pariter in Phrenitide, lethargia, ophtalmia, ac aliis capitis tumoribus

B vena cubiti iecuraria ſecta, nihil tumoris, ſeu tenſionum, vel obtructionum euacuabitur. Vnde ſola cephalica aperienda eſt vena, quę immediatè eum educit ſanguinem ab iis tumoribus. Vnde alia vena quidem tunc neutiquam aperienda eò, quia alienę venarum regioni membri actu leſi ſubiicit: Ideo ſi aperiretur nihil conferret, niſi ad reuellendum ſanguinem in via fluentem; ſicuti vena malleoli ſecta, ſanguis ad caput fluxurus etiam reuelletetur. Vnde reuulſionem per alienam venarum regionem fieri patet. Aduerte autem, vt per hanc venæ ſectionem, non modo hi tumores maiori ex parte diſoluantur, euacuatiua ſanguinis miſſione, verum etiam ſuccis impuris, tum excrementoſis, tum putridis, ſeu fuliginoſis hi tumores depurantur, ac etiam à calore inflammante, vel putredinali liberantur; Quocirca ſicuti tumorum magnitudo, & repletionalis, & impura, & calfatiua ſanguinea reperitur, per ſe eam venę indicans inciſionem, ita venæ ſectio indicata, & vacuatiua, & depurauatiua, & refrigeratiua eſt. Inſuper & deriuatiua magnitudinis ſanguineæ fluentis, ad eos tumores. Quocirca ſicuti his tumoribus hæ quatuor ſanguineę magnitudines inſunt, ita venæ ea ſectione ab iis indicata, omnes eripiuntur magnitudines.

Deerrat per ſang. miſſ. c. 29. & 23. methodi c. 33.

De venæ ſect. aduerſ. Eraſ. c. 4.

Hipp. lib. 2 de morbis pag. 448

Reuulſio autem per regionē alienā regionis affectæ.

Etſi à qualibet ſanguinis miſſione ex quauīque corporis parte æqualiter ſanguis educatur, non tamen tumorum collectiones paniū, nec eorum calor, nec putredo, nec impuritas adimitur niſi per eam directam ſtatutam.

CAPVT XXIX.

C Loca, per quæ reuulſio, ac deriuatio in ſanguinis miſſione molienda venit particularius explorantur pro vt reuulſio ſecùndum longitudinem, & deriuationis ad latera agendæ ſex differentiæ, per latitudinem altitudinem, ac profunditatem præſtandæ ſint, quæ exemplis dilucidantur.

GAlenus autem diligenter omnia, quæ per contrarium locum à partis lęſę, poſitu iam indicata fuerunt, colligit, etiam cat'ıxi ſeruata; tum reuulſionem, quę per noſtri corporis longitudinem agenda eſt, tum omnes ſex deriuationis ad latera moliendę differentias amplectens. Quarum duę ſecùndum latitudinem, aliæ vero duæ ſecùndum altitudinem, alię duę autem denique ſecùndum profunditatem ſe habent, ſicuti reuulſionis duę tantum ſunt differentię *ſecùndum longitudinem ſurſum quidem ac deorſum.* De deriuationibus vero ibidem ait *Secundum vero latitudinem, dextrorſum, & ſiniſtrorſum, & ſecundum profunditatem ante, & retro*, & intro, & foras, quæ alię duæ deriuationes, creduntur. Verum mihi videtur deriuationem intro, & foras agendam, ſecùndum altum, & ſecùndum profundum denominari debere vt Galenus ipſe cenſuit, & vt exactè

D dicam, vbi de cruditatibus rectè curandis opus faciam Deriuatio autem antrorſum, & retrorſum facta ſecùndum altitudinem pręſtanda, nuncupari debet, vt reor, quam ita Galenus poſuit de Hirudinibus cap. 2. *item in anteriorem aut poſteriorem*: Verum quęſo iſthęc omnia auctoritatibus, rationibus, exemplis, & experimentis decorata vndique dilucidemus, & prius de duabus reuulſionibus Ipſo namque crure per brachium, brachio verò affecto per crus ſanguinem detrahebat Galenus ex Hippoc. mente dicentis. *Contrariam in partem, vt ſanguinis fluxus fiat, ſeu brachium, ſeu crus &c.* Vnde ait Galenus *Si in manibus phlegmone eſt orta, crus, ſin in cruribus manus.* Antequam ſanguis fluere inceperit ad aliquem affectum magnum continuetum adimendum, ſanguis fluxurus eſt reuellendus. *Hac nanque ratione cum minimè magna de repentè mutatio contingat, tum etiam conſuetudinem tollendo effeceris; ne amplius eodem modo colligatur.* Ideò Hippoc. inquit. *Mulieri ſi placet menſtrua ſiſte, cucurbitulam, quam maximā ad mammas admoueto.* In coxendico, dolore vero diuturno à capitis diſtillatione exorto venas poſt aures ſecuit intercipiendi gratia. Verùm ait Galenus. *Quamobrem podagricos ex cubito euacuato, comitialibus verò morbis verti-*

Com. 5. aph. 68.

4. De ſanit. tuend. c. 6.

De vlceribus pag. 907. 13 Meth c. 5. Idem 5. meth. cap 3. & Aetius lib 3. c 13. Hipp de natura hom. 379. & de natura offium 235. 5. Op. hom. 50. 6. Epid. 5 t. 21. De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 19.

Sex ſunt deriuationis ad latera faciendæ differentiæ.

Duæ vero reuulſionis differentiæ.

Vide Gal. lib. de Hir. c. 2. claſ. 6. f. 2. O. omnes deriuationis & reuulſionis modi qui in corpore noſtro cōtingi poſſunt.

Reuulſionis exempla.

Gal. etiam de cur. rat. per ſāg. miſſ. c. 19.

uginibus obnoxios potius ex cruribus. & alibi posteritati tradidit. *Igitur si in pedes, & crura fluxionem decumbere senserimus, ex cubiti venis sanguinem mittemus,* & Gal. ait. *Mulieri enim inquit Hipp.* A 6. Epid. com. 11. t. 9.
5. aph. 32. & 5. aph. 50. & 2. epid. sect. 6. *sanguinē vomenti menses superuenientes remedio sunt. Hac igitur de causa si vel menses confestim eruperit vel sanguis ab vtero quoq. modo profluxerit sursum reuellet cucurbitam maximam sub mammis defigens. Nam & hoc Hippocratis inuentum est: eandem ob causam cum à naribus sanguis erumpit id retinent maximè cucurbitæ.* Verùm si morbus inflammatorius magnus iam factus, brachij, seu manus practicantes per aliud brachium vena interna secta sanguinem auferunt: sicuti enim deriuationem per latitudinem moliendam Galenus statuit, in eadem venarum regione inferiori, vbi pede, seu crure, vel coxa iam affecta, per aliud crus sanguinem detrahebat: ita etiam idem seruandum in media seu secunda venarum regione: cuius deriuationis Auic. meminit etiam, vbi de cura communi apostematum partium pectoris, & pulmonis agit, inquiens. *Ex rebus communibus est phlegbotomia, sed in principio ex latere diuerso, & magis festina de saphena opposita in longitudine: & post ipsam de basilica opposita in latitudine.* Cæterum quia de cura in communi apostematum, manuum, & brachiorum ibi haudquaquam egit: ergo nec veritas ipsius rei ab Auicenna promulgatur. Cum pectore læso, in latere cat'ixis seruanda sit, vt abundè iam dictum est: Verum læso brachio per aliud brachium sanguis mittendus eò magis, quo vt ait Galenus. *Si reuulsione quidem opus sit* de deriuatione tamen in morbi magni principio asseuerando, *ipsam autem facere vereamur, deriuare sanguinem, ac totum corpus inanire conuenit.* Ipsa vero occasione desumpta primas duas deriuationis differentias, ex latitudine acceptas autoritatibus illustrare conabor, ait enim Galenus. *Secundum latitudinem verò dextrorsum, & sinistrorsum.* Quandoquidem. *Altero crurum malè habente, reliquum scarificamus,* phlegbotomamusue, vt capite 25. iam dictum est. Pariter iam illo brachio inflammato deriuationis gratia, alium cubitum phlegbotomare cogimur, vt Auicennas statuit. Secundæ autem deriuationis differentiæ, quæ per altitudinem habentur nempe antrorsum, ac retrorsum ab Hipp. declarantur, exarante. *E parte capitis posteriore laboranti recta in frontem excurrens vena incisa prodest;* Quod duobus alijs in locis confirmauit: Verùm Galenus in illius textus explanatione, nobis posteris condiscendo, inquit. *Constat autem remedium hoc locale esse, & ad contraria reuulsorium:* Sicuti omnis deriuatio tale quidem præsidium esse manifestum est. In qua *cum reuulsione vacuatio fiet ex fronte. Sicuti & quum anterior pars laborat ex occipite. Ita enim sæpè diuturnæ oculorum fluxiones sanatæ sunt, ex partibus occipitis misso sanguine, & admotis cucurbitulis.* Quas cucurbitulas etiam in phrenitide, & lethargia laudat, occipiti admotas: sicuti easdem quoque proposuit in hepatis, & lienis phlegnone. Hippocrates autem in pituita a capite calfacto, defluente ac etiam suffocationem imminente, loco medicamenti interceptorij. *Quod ex plumbium stercore constat:* à Galeno illius Matronæ Romanæ capiti deraso positum, hoc remedium proponit. *Occipitio deraso cucurbitulæ duæ admouendæ, & sanguis plurimus detrahendus, pituitæque cursus in posteriora reuellendus.* Pariter ad intercipiendam distillationem tenuis, & calidæ pituitæ, à capite calido in sciæ articulum defluentis, *Venæ in auribus posteriores scindendæ sunt.* ait Hippocrates *in diuturnis circa articulos, præcipuèque coexendicem defluxionibus.* sicuti *quod per palatum vacuatur per nares deriuatur* vt ait Gal. Cęterū vt de deriuationis *in capite* antrorsū agēdę ne dū venæ frontis sectione, verū etiā per nares sanguinis missione moliēdæ præstātia, iterū aliqua dicamus, scias Hippocratem dixisse. *Quod si subinde dolor & tenebricosa vertigo in caput incidat &c. Iuuat etiam sanguis ex naribus, aut ex vena frontis detractus.* Quam ob rem, Galenus in dolore capitis veterato, ait. *Si affectio perseueret venæ sectione à naso aut à fronte &c.* Quod vtique in occipitis dolore quoq; confirmauit. Habetur præterea sanguinem sponte per nares fluentem, aut per os, siue per aures dolorem capitis sanare; & alibi ait. Si sanguis è naribus fluxerit caput dolentibus, huius doloris solutio fiat. Sicuti etiam eadem excretione quidam delirio laborans sanatus est. Verùm hæc omnia vsu veniunt, dum sanguinis profluuium copiosum fuerit. Quoniam sanguinis stillæ narium in cacoethe febre perpetuum malum denunciant; Cum *Multam in venis inflammationem significet, deliriumque, & conuulsionem prædicere* tunc valeamus, vt ait Hipp. Ideoque Metoni aqua calida caput lauare cum fecerit, hinc iudicationem excretionis, è nare dextra imminutam, ampliorem excitando, sanitatem quoque præbuit: Cæterum pro euacuatione humoris sanguinei in oculo collecti prius toto corpore exactè inanito, postea ad occiput deriuatione quoque molita, ait Galenus *secta, quæ ad magnum decurrit* occulorum *angulum vena, mirificè iuuatur oculi.* Verùm sicuti in prima venarum regione deriuatio ipsa his modis fit, ita etiam in tertia regione administratur. Quandoquidem ait Galenus. *Quod per sedem profluit id per vuluam deriuamus,* & postea, *quæ per aluū fluūt ea vel per vrinā, vel per vterū transmittens: Quæ vero per vrinas ea vel per vterum, vel sedem transferens. Pari modo, quæ per vterum erumpunt, vel per vrinas, vel per aluum: quæ verò in oculis, aure, vel palato fluxiones accidunt, eorum ad vicina deriuatio per nares est.* Ergo pro deriuādis hemorhoidibus veteratis, venæ malleoli sectio valet: sicuti è contra pro deriuādo vterino, & diuturno sanguinis profluuio, venas sedales sanguisugis admotis scindere tenemur, vt proprio loco fusè dicam. Sed secundum profunditatem, & altitudinem deriuatio, quę vtique *vel foras, vel intro* præstanda est, à circumferētia, etenim ad centrū Hipp. attrahit, & repellit.

Attrahit

Deriuatio secundum latitudinem molienda.

Exempla deriuationis per latitudinem agendæ.

Deriuatio iuxta altitudinē agenda exemplis elucidatur.

Sanguinis missio ad intercipiēdam seu deriuandum.

In fluxione cathathi ad pulmones descendente ad futuram consentiē: deriuanda ac auertēda: & ad occiput: vt eo magis deriuatio fluxionis antrorsum & retrorsum moliēda explanatur.

Gal. 4. de vict. ratio in morb. acut. t. 67. & 1. prorhet. tex. 1.

Deriuatio per profunditatem ac altitudinem seu per intro ac foras exemplis illustratur.

Lib. 3. f. 10 tract. 5. c. 1. fol. 61. 3.

B

6. Epid. com 2. t. 33.
Com. 5. aph. 68.
13. Meth. cap. 5.
Lib. 1. f. 4. doct. 1. c. 20. folio 311. col. 2. lin. 19.
1 Aph 68.
6. Epid. com. 2. tex 27. & lib. de affect 527.
6. Epid. com. 2. cont 27.
Com. 5. aph. cont 68.

C

Idem ait 2. de com. med. 5. loc. 137. H. & de cur. rat. per san. miss. c. 19. & de cur. scarif. c. 17.
13. Meth. med c. 21. & de cur. scar. c. 3.
2. Ad Glauc. c. 2.
Lib de aff. &c. pag 528.
5 Meth c. 13.
6. Epid. com. 5. t. 22.
21 Ex fœs.
Lib. de humor. 58.
Lib. de Aff. &c. pag. 527.
2. De compos. med. 5. loc. fol. 137. H.

D

De cur. rat. per sang. miss. c. 19.
Com. in 6. aph. 10.
De dinamidijs f. 34. G.
2. De morbis mulierum c. 6.
Hippocrates 4. de vict. rat. in mor. acu. t. 67 & 1 pro thet. t. 1.
Vt in Philisco 1. epid. sect 3. t. 18. & in vxore Diomedei 1. epid sect 3. t. 28 & in alio ægro 2. epid. sect 1. tex 36 & 19 & in alia ægra 3. epid. sect. 2. t. 9. & in alio ægro 3. epid. sect 3. t. 73.
De cur. rat. per sang. miss. c. 19.
5 Meth. c. 2.
Hipp lib. de humor. 58.

A circunferētia ad centrum.

A Attrahit nanque & vomitu, qui auxilio sesamoidis cum veratro albo, & oximellite exhibiti, fieri debet, vt ipsi Hippocrati statuere placuit. Prætereà & ventris inferioris purgatione grano cnidio propinato, si pituita peccarit; aut veratro dato facto, si melancholia; aut scamonea molita, si flaua bilis fuerit; Cæterum in dolore capitis acuto, itidem in morbo capitis regio nigro, vbi à centro, ad circunferentiam impurus sanguis excrementosus fluebat, deriuationis gratia sanguinem per venas sub lingua iacentem detraxit. Similiter venæ cubiti sectione ad centrum sanguinem attrahi æquum est: hinc experimento patet, exantematibus in cute efflorescentibus, venæ internæ cubiti apertione ad profundum sanguinem retrahi, peticulasque introferri, ac ægros interfici: Vnde sanguine detracto aluum humidam fieri tum Hippocr. tum Galenus statuerūt ait enim Hippoc. *Quibus per febres sanguinis copia: Vndecunque profluxerit ijs cum reficiuntur alui humidiores euadunt*, & alibi *ij liberaliter sanguinem profundunt. At verò his cum mentis perturbatione aluus effunditur*, & Galenus idem confirmauit, Eanque sanè ob causam, Auicennas temerè phlegbotomiam à centro ad circumferentiam sanguinem, ac humiditatem attrahere existimauit, hinc etiam aluum siccam reddere: Neque Bettus audiendus est Auicennæ opinionem tuens inquiēs, *Ex phlegbotomia trahi humores à centro ad circunferentiam nemo est, qui dubitet, quo fit, vt aluum stipticam magis reddat: humiditates ab intestinis reuellendo, & sic naturam retinet: plurimum autem hoc fit, vt in textu Auicennas cum id per se agat per accidens verò contrarium aduenire apertè, voluit Galenus*. Nam etsi per accidens re vera aluus, tum humida, tum sicca à venæ sectione reddatur, attamen per se perpetuò ad centrum humores trahuntur, cum vbique & semper cutaneæ maculæ cacoethes febri malignæ inheręscentes, ne dum venæ basilicæ sectione, verum etiā hemorrhoidum apertione introferētur, maximo ægrotantiū dāno, sæpiusq; obitu. Per accidens verò aluus humectatur, prout nimirū humores per phlegbotomiā ad centrum attrahantur, vel exonerata à pondere sanguineo, natura, factaque validiori; deinde cacochymum per aluum noxium expellit. At verò per accidens aluus siccatur tunc, quatenus nempe per venam basilicam, sursum humores attrahuntur. Vnde ad intestinorum infernam regionem humores, nisi difficilè expelli valent. Verùm humores ad centrum, Profundunùe repelluntur vnà cum spiritu influenti innati caloris; cum tunc ambitus corporis totius vndique refrigeretur, simulque constipetur, ve Mulieri cuidam sanæ, obesæ perperam expurgatæ contigit, quæ in syncopim ceeidit, ac prope mortem existenti, aqua vtique frigida *ferè amphora triginta corporis affusa, quod sanè vicinam opē ferre videbatur, vixit attamen* auxilio illius constipatioois ab aquæ frigiditate introductæ. Cæterum è contra à centro quidem ad circunferētiam deriuabat Hippocrates, tum frictionibus, tunque balneis calidis. Præsertim in hęmmorrhoidibus priùs vomitionibus reuulsiuis, deinde aluinis purgationibus deriuatinis, ac totius corporis vacuatiuis adhibitis, ait, *exercitetur, deinde & sudet, & mane multum perfricetur*. Et in angina. Hippoc. ad deriuationem agendam post sanguinis missionem per cubiti venam, & per eas venas sub lingua positas administratam, posteritati conducit, inquiens. *In primis quidem cucurbitulas ad primam ceruicis vertebram admoueto, deinde capitis ante raso ad aurem vtranque ex parte, & apponito, & vbi scarificaueris cucurbitulam, quam plurimo tempore adhærere sinito*. Cæterum efficatius longè reliquis omnibus ad cutim attrahunt cucurbitulæ, tum scarificatæ, tum non scarificatæ, vt Galenus statuit. *Acria quoque medicamenta artubus admota eas fluxiones retrahunt, quibus caput, aut viscera vexantur*. Ideoque Galenus in cardialgia, quæ morsus oris ventriculi est, ab humore acri, & mordaci bilioso, à cauo hepatis fluēte, seu a tota massa sanguinea, iam biliosa reddita, ad eum humorem, ad cutim retrahendum; ait. *Cæterum quod stomachum sæpè cum valenter morderetur oleum protinus dulcissimum sanauit, & iniectum totius ventris mordicationes leniit: & à thapsia, vrtica, & scilla in cute excitās* mordicationes *sedant*, hinc mirum in modum cardialgiæ curandæ vesicantia conducunt: etsi non minùs cucurbitæ siccę tamen coxarum, & crurium partibus internis, ac etiam immo ventris siccę admotę, in lipothimiam curandam, seu euitandam, ne ipsa fiat, in cardialgia, cum Galenus dixerit. *Cucurbitulam exhaurire materiam, dolores soluere, phlegmonem minuere, inflationes discutere, appetentiam cibi excitare, imbecillo ventriculo vires restituere, animi deliquia leuare, si quæ profundas partes fluxiones infestent, eas transferre &c.* Idem Oribasius affirmat, dum ait *animi defectiones remouere*. Eanque certè ob causam medici quidem non sunt audiendi, in lipothymia cucurbitulas siccas non admittentes: asserentesque in accessionibus abstinendum esse à quacunque operatione, vt Hippoc. statuit non distinguentes accessiones febrium sine symptomate maximo vrgente, ab ipso maximo vrgente, mortem immioentem impendente, in ipsis accessionibus superuenien- te, quacunque hora incipiente illico tollendo; alioquin, mors ipsa sequeretur, & non aliundè. Celsus cucurbitulam auxilium magis tutum esse ait, *etiamsi in medio febris impetu adhibeatur*. De scarificatis cucurbitulis loquendo, quę in statu etiam accessionis admouendę, vt in essere conuenit, me quidem iudice: Verùm enim verò si in cardialgia cucurbitulę siccę anticipata vnica hora ante accessiooem cardialgię applicentur, vt pręseruatiuę satius fuerit; licet nihil vetet, etiam pręsente accessione, nedum cucurbitulas istas, verum etiam suppositoria acria, optima esse; sed non ne Galenus ipse in summo accessionum ad lipothymiam euitandam 1. ad Glauc. c. 14. omnia reuulsiua, ac deriuatiua remedia proponit? vt etiam 12. Meth. med. cap. 3. & Paul. lib. 1. c. 37.

Præ-

Left margin notes: 1. De vict. rat. 317. & 3. de vic. rat. 340 I Foes. 4. De vict. rat. I mor acu. t. 233. & de internis aff 378. De lies aff. 579. Eodem lib. 578. 4. De vict rat. in morb. acu t. 64. 3. De morbis p. 490. 2. De morbis 465. 4. Aph. 27. Idem r. prędict. 239. p. 87. Com. r. aph. 23. & 4. aph. 27. & de cura. rat. per sang. misf. c. 12. Lib. 1. f. 4. com. 3 c. 10.

B In comm. illius lib. & capitis t. 225. B.

5. Epid. ægra pag. 1047. in Foesio.

C 4. De vict. rat. in mor. acu. t. 231. & 2. de morbis 466. 467. & 1. de vict. rat. 317. & 5. epid. ægro 9. & de loc. in ho. 410. 4. De vict. rat. in mor. acu t. 231. 2. De morbis 481. Lib. de Hirudinib. c. 3. c. 4. Eodem lib. c. 2.

2. De sim. med. f. c 21.

D Gal. cla C6. f. 3 J. F.

1. Aph. 19. 1. ad Glau. c. 14. & 9. meth. c. 3.

Right margin notes: Venæ sectione cum humiditas ad centrū ducatur aluus lubrica redditur ex Hippocrate & Galeno. Vnde Malè Auicennas ait totū in oppositum. Vnde Bettus quoque pro Auicenna tuendo non bene censuit. Semper venæ sectione introrsū sanguis mouetur per se. Per accidens vero ea venæ sectione aluus humectur. Quomodo venę sectione aluus siccatur.

Ab externo frigore ambitus totius corporis cōstipatur; qua constipatione humores intior sum feruntur ac deriuantur. A centro ad circunferentiam.

Cucurbitulæ efficatius cæteris omnibus à profundo ad altū deriuant. Et vessicantia à Galeno potiss. Vessicantia in Cardialgia administrauit Galenus. Non mōligatur dolorificę & frictiones in febrium accessionibus ad animi defectū vel curandum vel eui tandum, à Galeno administratæ 1 ad Glau. c. 14. & 12. metho c. 3. & à Paulo l. 2. c. 37. verum etiā cucurbitulæ & suppositoria conueniunt quia tunc materia agitāda omni ingenio, & deorsum & ad cutim attrahenda, ac deriuāda. In accessionib. & à cētro ad circunferentiā, & à partibus nobilioribus ad ignobiliores deriuare cogimur imminente lypothimia; contra quosdam.

A 10. Meth.c.4. 9. Meth.c.13.

Præterea verò etiam Gal. ait *aliquos ante accessionem esse cibandos, aliquos in ipsa, idque vel inclinante iam incipiente, vel etiam in ipso summo vigore.* Nam in corporibus squalidis, seu picrocollis, vbi lipothymia immineat, in summo etiam accessionum vigore, nutriendi sunt, vrgentis ratione, vt virium robur prosternentis, mortemque impendentis; tunc enim, *Maxima dignitas ipsarum est virium: quando viuere ipsum nobis ex harum custodia constat, vtpote cum vitam, aut ipsas esse vires, aut earum actiones sit necesse. At vita ipsa nihil esse prius, in animantis corpore potest: Virtus ergo omnium prima custodienda hominibus.*

Deriuatio non nisi expurgato toto corpore nobis conducit.

Cæterum vt istius capitis finem imponam, deriuationes, quę prius statutæ fuerunt; nonnisi expurgato toto corpore, tum sanguinis, tum cacochymiæ, eductione, conueniunt, vt etiam de cucurbitulis scarificatis idem affirmarunt Galenus & Oribasius, & Herodotus, & Antillus. (De hirud. c.5. de cucurb.c.2.)

Dubiũ an reuulsio etiam ad latera, & ad partẽ propinquã fiat. Prima ratio.

Verum dubium vertit, cum iam ostensum sit, reuulsionem per longitudinem fieri, ceu per distantissimam partem à loco tum læso, tum læsuro, fluxionem vel recipiente, vel recepturo sursum, ac deorsum; Quoniam reuulsio, quæ succum fluentem per motum contrarium retrogradum retrahit, etiam ad latera, & à parte propinqua exercetur: Ideo non semper reuulsio fit à distantissima parte.

Secunda ratio ex Argẽterij autoritate.

Nam Argenterius ait. *Ex quibus quidem patet quando ad distantissima, quando vero ad propinqua sit reuellendum,* ibi enim reuulsionem ad latera etiam fieri posse statuit. (Com. 3. Artis Medicinalis Galeni f.309.L.D.)

Tertia ratio.

Quod sanè confirmari poterit: cum reuulsio non retractio sit succi fluentis ad contrariam partem vt curtius putabat, sed ad contrarium motum vt Hippocrates, & Galenus rati sunt; ergo reuulsio non ad partem distantissimam referi debet, sed ad contrarium motum humoris fluentis limitare decet. B

Quarta ratio.

Præterea vt humoris fluentis, ad contrarium motum, fiat euersio, per eosdẽ canales, per quos fiebat fluxio, effici debet, quæ fluxio etiam ad latera, & ad partem propinquam gignitur; ergo reuulsio quoque ad Latera, & ad propinquam administratur partem.

Quinta ratio. Galeni prima authoritas.

Quinta autem ratio est ex Galeni autoritatibus, quia (vt antea dictum est.) *Fit porrò reuulsio in contrarium succi fluentis motum ac secùndum longitudinem quidem sursum, ac deorsum, secùndum latitudinem vero dextrorsum, & sinistrorsum, & secùndum profunditatem ante, & retro.* (5.Aph.68.)

Secunda autoritas.

Et librõ de hirudinibus, & cap.2. clas.6. L.D. ait. *Atque vt summa rem complectar, ita reuulsio efficitur. In humoribus videlicet partes superiores petentibus ad inferiores: & contra, si inferiores petant partes, ad superiores: & contra, ad dexteram similiter partem, aut leuam, item in anteriorem, aut posteriorem, si quid defluxerit, ad oppositas partes reuulsio facienda est,* ergo reuulsio etiam ad latera, & partes propinquas administratur: non autem solum per longitudinem, & per distantissimam partem.

Tertia autoritas. Reuulsio localis. Quarta autoritas.

Neque aliæ Galeni autoritates desunt, vbi scriptũ reliquit. *E parte capitis posteriore laborante, in frontem excurrens vena incisa prodest; constat autem remedium hoc locale esse; & ad contraria reuulsorium* & alibi inquit *cum reuulsione vacuatio fiet ex fronte, sicuti, & quum anterior pars laborat, ex occipite;* Quocirca reuulsio quoque ad latera, & partem propinquam fit. (6.Epide. com. 2. cont.27. 5.Aph.68.) C

Confirmatio ex Hippocratis autoritate.

Quod etiam ex Hippocratis autoritate confirmatur, qui in pituita, à capite calfacto, defluente suffocationẽ imminente, per contrarium motum retrahenda exarat, *Occipitio deraso cucurbitulæ duæ admouendæ, & sanguis plurimus detrahendus, pituitæque cursus in posteriora reuellendus;* ergo sequitur institutum. (Libro de affectionibus pag. 528.)

Solutionis dubij propositi primũ fundamentum.

Pro huius autem dubij solutione primo speculor, verissimum esse, omnem reuulsionem simplicem humoris fluentis per motum contrarium, & per eosdem canales per quos fluit humor, factam solumodo per longitudinem, tanquam per partem distantissimam administrari posse, vt Galenus ex Hippocratis sententia statuit, quia confirmando reuulsionem primo ab Hippocrate inuentam libro de humoribus pagina 58. vbi ait *Deriuatio in caput, in latera, quæ præcipuè tendit, aut reuulsio in superioribus deorsum, sursum in inferiis,* confirmando dico Galenus hoc institutum, conscribit *cuius rei discrimen in libro de succis nos docuit; Auertere* nempe reuellere *nos iubens ad contraria: deriuare vero ad latera.* (4 Methodi c.6.)

Galeni locus explicatur.

Ad contraria enim ibi intelligit, vt contradistincta à deriuatione, quæ ad latera fit, & reuulsionem per longitudinem moliendam vt Hippocrates constituit; quam patenter illico dilucidat, his verbis. *Quare nunc quoque etiamnum fluxio valenter irruat, reuellere ad contraria studebis, vtique si in superioribus vlcus consistat per inferna purgantes: si autem in inferioribus sit, per superiorem ventrem vacuantes.* (Ibidem.) (Ibidem.) Ecce hanc veritatem vndique claram. Cum autem illico post reuulsionem, deriuationem ad latera exercendam posuerit, ideo iure merito, statim declarata reuulsione, ad deriuationis iam præpositæ explanationem accedit, inquiens *At si iam fluxio restitit, atque in membro inhæsit, deriuare* ad latera *per vicina magis expedit: cum in propinquiora translatio fit, & purganti medicamento promptior tum accessus* succi fluentis per motum contrarium retracti, *tum attractus* ope remedij attrahentis factus *è vicino detur.* D In fine capitis vero concludit, *Ac si perpetuum est, quod ab eo didicimus incipientem fluxionem ad contraria trahendam esse. Fixam vero iam in laborante particula vacuandam esse, vel ab ipsa particula, quæ affligitur,* & hæc euacuatio vocatur, *vel à maximè vicina* & hæc deriuatio est: quæ composita se habet ex euacuatione, & ex reuulsione topica, seu locale, cuius dum Galenus meminit, ait *constat autem remedium hoc locale esse, & ad contraria,* & ad latera *reuulsorium* & 5. aph.68. inquit *cum reuulsione* locali *vacuatio fiet ex fronte.* (Ibidem.) (6. Epid.com. cont.27.)

Deriuatio ex reuulsione locali, & ex vacuatione componitur. Reuulsio duplex vel simplex, vel localis.

Vnde scias reuulsionem duplicem esse, vel enim solam, ac simplicem, & propriè dictam, vel Localem, & compositam, seu iunctam vnà cum euacuatione impropriè appellatam, quę propriè deriuatio est. Prima autem non nisi per longitudinem ceu per partem distantissimam fit, vt Hippocrates, & Galenus voluerunt; & vt Argenterius cõfirmauit, dum exarat, *igitur ad reuulsionem*

Com. 1. aph. 21. f. 118. c. 2. D.

A *ſionem potentior eſt via per diſtantiſſimas partes, quam per propinquiores, & quæ proxima parti adhibentur remedia, non amplius reuellunt, niſi ab illis ſint commotæ fluxiones, tunc enim quia contrarum motum opponimus, & ad originem ſunt, fluxionem ipſam reuocamus, tunc etiam reuellimus; verum vbi ignoramus quænam partes mittan', in diſtantiſſimis locis ſemper facienda reuulſio.* Ibi enim ex Galeni doctrina, ſtatuit duplicem reuulſionem eſſe, nempe ſimplicem per partem diſtantiſſimam moliendam, in qua, partem humorem fluentem mandantem ignoramus: & localem, per partem propinquam adminiſtrandam, in qua ſanè membrum, ſucci fluxionem tum tranſmittens, tum recipiens dignoſcimus, quæ reuulſio retrahere debet ad contrarium motum fluxionũ, & ad originem fluxionis, vel ad partem origini proximam: Quarum duarum fluxionum diuiſionem ita terigit, his verbis. *Prius tamen notandum eſt duplicem eſſe reuulſionem, vnam, quæ ſimpliciter, aliam, quæ localis reuulſio nuncupatur. Illa in eadem parte fit in ſitu oppoſito, veluti cum dolente fronte cucurbitulas occipiti admouemus: aut cum angina attrahentia medicamenta ceruici adhibenda eſſe Galenus præcipit ad reuulſionem: ſimpliciter autem dicta reuulſionem iubet Galenus faciendam eſſe ad oppoſitas partes, & per illas intelligit diſtantiſſimas ab ea, quæ afficitur,* vt pote per longitudinem, cum tantum ſecùndum longitudinem ſurſum, ac deorſum, à diſtantiſſima parte offenſa, reuulſio ſimplex fiat, non autem ad latera, cum ea reuulſio localis ſit, & impro-

Argēterij com. 3. Artis Medic. f. 107. col. 1. B.

Ibidem f. 107. B.

B priè appellata, quia reuellit à parte recipiente, ad partem mandantem, motum fluentis humoris in contrarium reuellendo euacundoque ſimul à parte recipiente, vel etiam à parte mittente: His autem fundamentis iactis ad primum argumentum patet reſponſio; ad Argenterij autoritatem dico, eum virum confuſo modo accepiſſe deriuationem pro reuulſione, ſicuti ipſe de Galeno exarauit: qui deriuationem aſſumit interdum pro reuulſione, vel dicamus duplicem eſſe reuulſionem, vel ſimplicem, quæ per longitudinem adminiſtratur, vel ad latera, quæ reuulſio eſt localis; Vnde vtranque ibi Argenterius definit reuulſionem. Ad tertiam rationem reſpondeo, reuulſionem ſimplicem, in qua locum mandantem neſcimus, ad partem diſtantiſſimam adminiſtrari, tanquam ad humoris fluentis contrarium motum coartractam. Ad quartam rationem dico, ſicuti in reuulſione per longitudinem molita euerſio, ſeu retractio fit humoris fluentis, per contrarium motum retrogradum, per eoſdem canales per quos ſuccus fluebat, ita ſanè de alia reuulſione impropriè dicta ad latera facta aſſeuerandum eſt: Ad quintum argumentum vero, dico in primis Galeni duobus locis, Galenum vniuerſaliter reuulſionem accepiſſe æquè tũ ſimplicem, quæ ſecùndum longitudinem exercetur, tum localem, quæ per latera fit. In ſecundis vero ordine poſitis alijs duobus locis, eundem autorem reuulſionis localis meminiſſe. Ad quinti vero argumenti confirmationem ex Hippocratis autoritate, reſpondeo ibi Hippocratem reuul-

Com. 3. de Arte medica fol. 313. col. 2. E.

Ad primam rationē reſpõſio.

Ad ſecundā rationem ex Argenterij autoritate.

Ad tertiam rationem.

Ad quartam rationem.

Ad quintum argumentum.

Ad huius argumenti confirmationem ex Hippocratis autoritate ſtatutā ſolutio.

C ſionem localem, & impropriè appellatam conſtituiſſe, non autem reuulſionem ſimplicem. At vero adhuc obiectio adeſt, quoniam reuulſio quædam localis fit ſimplex ſine vlla euacuatione ad latera, & ad partem propinquam molita; vt quando ſiccis cucurbitulis cuti admotis, ſine euacuatione fluxionem per motum contrarium retrogradum retrocedemus, vel dum ad introrſum materia accedit vt in fluore alui, & in febre ardenti maligna vbi interna ingenti inflammatione vruntur, & externa algent, ad extrorſum fluxionem retrahimus, vel tunc quando ad antrorſum ſucci motus fertur, vt in ophtalmia, in qua, ſicca cucurbitula occipiti applicata, ſucci fluentis reuulſio efficitur, abſque vlla euacuatione, vel vbi ad dextrorſum, ſeu ſiniſtrorſum humor fluit, vt in paraliſi vnius lateris, nempe brachij, & cruris, in qua, ſiccis, & validioribus ignitis cucurbitulis parti ſanæ admotis, nimirum brachio, & cruri ſano, ſucci fluxionem per motum contrarium retrogradum retrahimus, ergo falſum eſt, quòd per dictum de omni reuulſio à parte propinqua, & ad latera facta, non fit ſimplex immo fit impropriè vocata; ſimiliter per id falſum etiam eſt, omnem reuulſionem ſimplicem per longitudinem, & per partem diſtantiſſimam tantum adminiſtrari, cum ea quoq; in parte propinqua, & ad latera fiat. Sed reſpondeo, non eſſe verum, his cucurbitulis ſiccis cuti infixis nullam fieri euacuationem, quoniam exhalantis ſucci attenuati inſenſibilis habetur æquè tũ extractio, tum inſenſibilis euacuatio; vapores enim hali-

Obiectio.

Solutio obiectionis.

D tuoſi ij non niſi humores ſunt valde attenuati, qui per cutem igneo cucurbitularum calore rarefactam, euacuantur: immo quòd ſæpè his cucurbitulis valide ignitis, ita ſucci attenuati extrahũtur, quòd ſeroſus ſuccus etiam copioſè egreditur, & inter cutem, & cuticulam colligitur, ex qua collectione veſica facilè emergit; Vnde cuticula inciſa, is ſeroſus egreditur ſuccus. Quocirca tũc ea reuulſio localis vnà etiam cum euacuatione inſenſibile fit. Quæ non ſolum ad contrarium retrogradum motum humorẽ fluentẽ euertit, & ad originem fluxionis, vel ad partẽ origini proximam: Verum ẽt partim aufert humorẽ in partem læſam influxũ, dũ is ad partẽ ſanã retrahitur; & ab ipſa ſana parte ẽt inſenſibiliter educitur; Neq; mihi obijcias, inquiens, non omnis reuulſio localis à parte propinqua molita ſuccum in afflicto membro influxum euacuat, cum tantũ venæ ſectio deriuatiua, ſeu reuulſiua localis, per venã loco affecto immediatè cõmunicatã adminiſtrata infixa, & cruda, in tumoremq; collecta euacuare poſſit excrementa, vnà cũ ſanguine morboſo, his excremẽtis comiſto, non aũt pharmacũ ſolutiuũ iſthæc educere valet excremẽta: ſi itaq; medicamẽta purgãtia infixa nequit euacuare excremẽta; ergo eò minus cucurbitulæ ſiccæ ĩfixos poterũt extrahere ſuccos. Nã pro hac ſoluẽda obiectione, reſpõdeo negãdo eã propoſitionẽ; cum in

Obiectio alia.

Solutio huius ſecundæ obiectionis.

I omni

omni reuulſione locali à parte propinqua, & ad latera adminiſtrata fiat euacuatio ſucci in parte offenſa influxi, nō dū in tumorē infixi, vel deiectorio, vel diaphoretico, vel dioretico facta præſidio. Ideoq; ſcito duplicē ſucci in parte afflicta iam fluxi euacuationē eſſe, vel.n. ſucci in tumorem crudum, ac renitentem infixi, & collecti, vel non dum infixi, nec in tumorem durum conflati: prima nanque vacuatio ſola quidem venæ ſectione deriuatiua, vt antea iam oſtendi, obtinetur; ſecunda vero vacuatio exercetur vtique non modo deiectorijs remedijs, verum etiam diaphorecticix externis inſenſibiliter euacuantibus, quia vt ait Galenus *tum acceſſus, tum attractus è vicino detur, cum in propinquiora translatio ſit.* A

4. Meth. c. 6.

C A P V T X X X.

Sanguinis eductionem per crura in morbi magnitudine adimenda fluxione ſupra renes adhuc etiam ad infernam aliquam partem deſcendente neutiquam adminiſtrandam eſſe, quin prius vena cubiti interna ſecta fuerit; demonſtratur; exceptis gallicis affectionibus. B

Prima ratio.

Hippoc. 6. epid. ſect. 3. c. 28.

SEd quoniam mihi negotium valde faceſſit; cum ſæpiùs teſtes, pudendum, vulua, veſica, lumbi, femora, crura, pedes, & iſchias, ne dum per eſſentiam afficiantur, verum etiam adhuc ſanguine vnà cum humore fluente per conſenſum, ſiue à toto, ſiue ab hepate, aut à liene, vel à capite. Quocirca hucuſque cautionis gratia; præſertim hominibus neutiquā cruris venam me ſecare feciſſe, fateor; niſi priùs cubiti venam ſecuiſſem; vt in renum affectionibus obſeruare ēt tenemur. Prima enim ratio eſt, vt ſanguinis miſſio deriuatiua *Parocheteuſis*, ſeu *Antiſpaſis*, vel Parocheuſtica, antipaſtica ue eſſe debet, vt ex Hippocratis decreto, & Galeni, & Aetij confirmatione iam fusè oſtēdi; nempe per contrarium facta, vt vnà cum euacuatione ſanguinis iam collecti etiam retractio ſanguinis fluentis fiat. Verum per venæ cruris inciſionem ſanguinis miſſio deriuatiua antiſpaſtica quidem eſſe nequit, verum tantum venæ cubiti reuulſiua, parocheruſtica eſſe valet, ergo inſtitutum ſequitur. Hinc habetur in renum aff. ctibus. *Qua propter cum firma virtus eſt conuenit ex vena, quæ in poplite eſt, ſanguinem mittere, cum debilis ea eſt reuellere ad ſuperiora.* Ideò Galenus ad euacuationem ſanguinis agendam, in renum affectionibus veſicæ, pudendi, ac vteri per cruris venam tantum ſanguinem detrahit, verum ita copiosè, vt etiam eadem venę ſectione, totum corpus exactè inaniatur vt etiam Hipp. in coxendico dolore agit, cum exarat. *Huic ſanguis ex malleolo detractus, & admodum multus, & niger.* Ergo ſatius erit priùs ſanguinem per cubiti venā exhaurire, reuulſionis gratia, cum hoc noſtro æuo, naturæ hominum non adeò copioſam ſanguinis eductionem ferant. Secunda autem ratio eſt, vt ſemper priùs ad partem mandantem incumbere teneamur ſubinde verò ad partem recipientem, ſeu attrahentem. Vlteriùs nunquam optima reuulſio fit, ab aliqua parte læſa, niſi per depurationem totius maſſæ ſanguineæ in ſinu generis venoſi peractam: Hinc ait Galenus nullatenus rectè aliquam partem curare poſſimus, quin prius totum corpus, tum ſanguinis miſſione, tum humorum purgatione depuratum ſit. Ideo ait 4. Meth. med. cap. 4. vt pars antequam remedijs ſubiaceat, totum ſit purgandum, & vt pars ſanari nequeat, ante totum. Præterea exarat. *Nam ſi reuulſione quidem opus ſit, ipſam autem facere vereamur, deriuare ſanguinem, ac totum corpus inanire conuenit.* Præterea inquit, vt antea quoque c. 25. dictum eſt: *ſi vel totum corpus ſit plethoricum, vel malo ſucco redundet difficilis curatio redditur.* Partium tertiæ, venarum regionis: Ergo in curatione partium tertiæ, venarum regionis rectè agenda, priùs vena cubiti ſecundæ regionis ſcindenda venit; quia ad partem ægram, & imbecillam omnia, quæ in toto redundant deferuntur, ac deſcendunt *pro ſuaque natura* ita de fluxa *affectum excitant*, & augent. Ex quibus rationibus, autoritatibus comprobatis patet, noſtrum inſtitutum. Neque ex Hippocratis exemplis mihi deficiat, idem corroborare. Nam Hippocrates in dolore podagrico, & coxendico ex capitis diſtillatione orto non incumbere voluit ad partē recipientem, etiamſi dolor ſit veteratus, immò ad partem mandantem, cum ſecuerit venas poſt aures ad reuulſionem, ac interceptionem efficiendam. Idem fecit pro deriuanda, ac intercipienda pituita à calido capite, in pectus deſluente cucurbitulis ſcarificatis occipiti deraſo admotis. Idem quoque fecit in morbo regio nigro à capite afficiente corpus, cum venas ſub lingua ſecuerit. Adde quòd Hipp. dixit *Phlegbotomia vrina difficultatem ſoluit, ſecare verò interiores*, & ait Galenus in commento. *Illud verò ſecandas eſſe interiores ſi de manuum venis dicatur, verum non eſt, neque Hippocrati confeſſum, ſi quidem in omnibus ſuis ſcriptis, partibus ijs, quæ ſupra iecur ſunt, affectis, ex manibus ſanguinem mittere: inferior verò partium morbis poplitis, & malleoli venas pertundere iubet.* Vnde in fine ait. *Melius itaque fuerit hunc etiam aphoriſmum*

Marginal notes (left): Hippocrates & Galenus per venam crurum tātum ſanguinē mittebāt copioſiſſimè, vt etiam totū corpus vacuaret vnica vice. — Secunda ratio. — Tertia ratio. — Quarta. — Cōfirmatio tertiæ & quartæ rationis. — Alia confirmatio. — Alia confirmatio. — Hoc inſtitutū, his rationibus & autoritatib. comprobatum, etiam Hippocratis exēplis confirmatur.

Marginal notes (right): Cap. 27. Hippo. de vic. 907. Gal. de cur. rat. p. ſa. miſ. c. 16. & 21. met. c. 11. & 5. meth. c. 3. & ex Oribaſio de cu ſcarif. c. 19. Lib. Gal. aſcrip. de renum affect. c. 4. clas. 7. f. 291. F. — C — 13. Meth. c. 19. 5. Epid. ægr. 7. — 6. Epid. com. 2. cont. 33. — 4. Meth. c. 4. — 6. Epid. com. 2. cont. 11. — 13. Meth. c. 5. — D — 1. De alimentorum facul. c. 5. et 13. Met. c. 10. — 6. Epid. ſect. 5. c. 33. — Lib. de affect. 598. — 2. De morb. p. 461. — 6. Aph. 36.

3.Epid ſect.6 p. 996.ex Foeſio.

A *riſmum inter aſcitios habere*. Verum licet eſſet ſputius hic aphoriſmus, ſatis eſt mihi, vt hanc noſtram roboret veritatem. Quod confirmare voluit etiam dum ait, *Lotium ſub ſtillum, aut vrinæ difficultatem, venæ ſectio ſoluit*. Vnde perpetuò prius venam ſuperiorem cubiti dextri, ſeu internam, vt potiſſimum ſanguine copioſo, & acri, & mordaci, ac aduſto, ab hepate valde calido, vt in veteri dolore acutiſſimo, & in vlceribus pudendi, aut ani: vt pluries introſpexi, ſecare tenemur, immo tunc bis vena dextri cubiti interna incidenda; priùs quam vena cruris ſcindatur. Per ſpleniticam verò ſi à liene fluxio ad infernam partem aliquam proueniret; aut externam humeralem quoquè nuncupatam, dum fluxio ea à capite prodiret; loco ſectionis venarum occipitis poſt aures ſubiacentium, aut cucurbitularum ſcarificatarum ab Hippocrate admotatum. His enim modis, meorum ægrorum tantùm, feliciſſimo euentu, & emolumento hactenus, diuina ope fauente; me geſſi; ſicuti alij quamplurimi Medici in oppoſitum agentes, eorum honore pauco, ægrorumque ſuorum damno, ſe habuerunt, vt exploratum habui. Verùm enim verò, ſi aliqua pars lue celtica inferior, vt in gonorrhæa indica, à nobis Gallica appellata, vſu venit, inueheretur, ſed aliqua infra renibus, ea virulentia indica eſſentialiter quoque partim affecta, tunc virus illud indicum magis vrget quam fluxio ab hepate, ne virus illud ad partes ſupernas nobiliores, principaliſſimaſque totum corpus regentes, & gubernantes attra-

Quando prius è venâ cruris ſanguinem educere debemus. In Gallica gonorrhæa & bubone aduſto tetreo, ad ſuppurationem maximè tendente.

7. Aph.50.& 4. aph.74. Hippoc. de nat. hum. 279.com. 8.tex 5. Com 6.aph.25.

B hatur inficiendas, vt eſt cor, cerebrum, & hepar: A quibus affectis partibus, non niſi lues venerea grauior fieret, atque contumax, ac rebellis, curatu admodum difficilis. Cum morbi grauiſſimi fiant, quoties pars aliqua ex his principalibus validiſſima obturpata ſit. Perpetuo itaque, ac potiſſimum in labe gallica à parte principaliſſima ad aliam non principalem partem noxios trahere ſuccos deuincimur, vt Galenus iubet: Ac id eò magis vtique executioni mandare cogimur, quo natura vincens partis principaliſſimæ ad ignobilem, ac inferiorem partem morboſos expellere humores nititur, vt in pudendi vlceribus, & in gonorrhæa gallica vſu venit. In qua perpetuo eum quidem deorſum a natura factum coiuuare motum tenemur, nunquam verò ſurſum retorquere debemus. Eanque ſanè ob cauſam inter ſcriptores, qui de lue venerea verba ſcriptis mandarunt, primum obtinuiſſe locum Gabrielem Faloppium inuenio, ita exarantem. *Verum in ſecanda vena aduertatis, quòd ſæpe in principio morbi gallici, vel etiam in confirmato ſolent in inguinibus apparere bubones, & puſtulæ, vel vlcuſcula, quod fit ex materia mala tranſmiſſa ab hepate ad partes illas*, ſicutietiam gonorrhæa eo modo exoriri contingit. *Quibus præſentibus, ſtatim aduocantur medici, & quia adeſt plenitudo, quæ indicat ſectionem venæ, ideo aliqui ſubito ipſam ſecant, & valde errant*. Illicò autem iacturas promulgat, quæ à venæ

Lib. de morb. Gallico f.139.

C cubiti prius facta ſectione emergi poſſunt, pergens: *Nam ſi ſecetur vena aliqua ex ſuperioribus, vt ſoleat ipſi ſecare, retrahitur materia mala ad interiora, & impeditur motus naturæ rectè operantis, quæ euacuat per inguina, nam ſunt propria emunctoria, quibus expurgatur hepar. Hippocrates autem in primo aphor.21. inquit, quæ ducere oportet, quo maximè natura vergit per loca conferentia, eo ducere*: concludit ergo, *cum itaque natura inclinet ad inguina non eſt impedienda, eò magis, cum inclinet ad loca conuenientia*. Ideòque in his caſibus nunquam prius vena cubiti ſecanda venit. Alibi verò idipſum confirmando conſcribit. *Quamuis venæ ſectio cubiti refrigeret hepar, & reſiſtet putredini, quæ fit in hepate ob labem gallicam, tamen ſi ſecetur vena ſuperior fiat & deductio materiæ malæ, quæ à natura tranſmittitur ad inguina, & ita impedietur naturæ actio*, Cum itaque tunc longè magis naturæ motus materiæ putridæ, & venerea labe omnino deturpatæ vehementer lædentis, vt toto genere præter naturam adimendæ, quam hepatis caliditas, & quam putredo ventura in hepate gignenda, *ſi vena eſſet ſecanda in partibus inferioribus, vt in malleolo* vtique priùs ſecanda tantum eſſet. Deinde verò ſecurius vena cubiti ſcindi poſſet: Educto nanque ſanguine prorſus putrefacto, mox tuto ſanguinem in iecinore putrefacturum educere poteris, ſimulque hepar ipſum refrigerare debebis, venæ cubiti ſectione molienda. Quibus ſanè rationibus, nec in gonorrhęa gallica, nec in pudendi vlceribus gallicis vnquam pro toto genere venoſo euacuando, proque iecinore refrigerando, ſimulque ad futuram in hepate inhibendam putredinem cubiti venã

Lib. de vlcerib. cap 43.

Cur in gonorrhæa gallica pro vena malleoli ſecãda, poſtea vena ſecotaria cubiti dextri.

Ibidem.

D ſcindere tentabis; quin prius venę malleoli inciſione omnino putrefactum ſanguini copulatum detraxeris ſuccum; alioquin ſiccus is vndique putrefactus, & ab hepate ad pudendum tranſmiſſus ad hepar ipſum retorqueretur, ex quo eo magis à labe indica ſanguinis officina labefactaterur, & hinc neceſſariò affectus ille ualde curatu difficilior euaderet. Quam certè ob rem motus ille à natura rectè operante neutiquam uenæ cubiti ſectione ad hepar coinquinandum, retrocedendus eſt. Ac tanto magis quanto etiam gonorrhęa ut ait Falloppius *per contagium acquiritur quoties plures halitus putredinoſi non ſolũ materia ſanioſa in glande pudendi, qui halitus poſſunt meare per canalem penis, & peruenire vſque ad vaſa, in quibus continetur ſemen*, quæ paraſtatę appellantur, *& ea glanduloſa corpora in canali exiſtentia laxare, & debilitare* poſſunt halitus illi putredinoſi, *& ita eſſe in cauſa poſſunt, vt ſemen profluat*. Præterea *cum ex halitu illo putredinoſo inficiantur primæ venæ pudendi, quæ habent magnum conſenſum cum vaſis teſtium poteſt halitus putredinoſus communicari vaſis peruenientibus ad teſtes, quibus vaſis infectis, & indebilitatis profluit ſemen*. Si ergo antequam hepar lędatur, pennis, paraſtatę, ac teſtes putredine gallica obturpentur, igitur etiam ante ueną ſectionem iecorarię brachij, uena malleoli pudendo, paraſtatibus, ac teſti-

Ibidem.

In gonorrhæa gallica in duob. locis ſedes morbi gallici adeſt in hepate & pudendo & paraſtatibus, & teſtibus.

> Natura morbi gallici eſt ſuum ponere ſedē in hepate. Nā ſicuti hepar principium quo vſum exoptamus venereum ſic etiā iuſtū eſt vt lues celtica in vſu venereo accepta in eo reſideat principio cōcupiſcendi eum actum venereū vt ego ſcio.

> Ibidem cap. 38. fol. 130.

testibus deſeruiens ſcindenda eſt. Dixi autem, antequam hepar lue celtica affligatur. A
Nam ut ait Fallopius *calfactis his partibus communicatur ſanies, & virus illico transmittitur per venas ad hepar, & diſſipatis ſpiritibus naturalibus inficitur hepar; talis eſt natura morbi gallici*. Quocirca in gonorrhæa duæ ſunt partes læſæ nempe & paraſtatæ, ſeu pudendum, ſiue teſtes, & hepar, à quibus ſuccus ſanioſus, ac purulentus per pudendi canalem emittitur: quare ſi primo vena cubiti ſecaretur, procul omni dubio ne dum putridus ille ſuccus à iecinore emiſſus, ad hepar id retrocederet, verum etiam alter humor putrefactus gallicus non ab hepate, ſed à paraſtatibus tranſmiſſus ad hepar id accederet, & longè magis viſcus id infeſtaret: Vnde ſequitur noſtrum inſtitutum veriſſimum eſſe. In quo adminiſtrando hæc duo adnotare debes, nimirum, vt ſolum elapſo quadrageſimo die, ab ineunte gonorrhæa vena ſecetur: nam vt Fallopius ait permittendum eſt *vt fluat ſemen, nam in gallico morbo incipiente optimum eſt, vt fiat aliqua euacuatio materiæ aduſtæ: & ideo æger debet patienter ferre defluuium ſeminis ſaltem vſque ad quadraginta dies*. Poſtea curetur. Vlterius ſecta prius malleoli vena, tertio, ſeu quarto die alia cubiti ſecetur vena, priuſquam in pudendi partibus noua humoris emergat putredo gallica; quæ ſurſum ad hepar attraheretur; hinc iecur etiam noua ea gallica affligeretur putredine, ſi octauo, decimoue die poſt venæ malleoli inciſionem, alia cubiti ſcinderetur vena. Verum etiam quandoque ſi morbi gallici non fuerint, infra renes reſidentes, vena tantum malleoli, ſeu poplitis pertundenda eſt: vt quando in his partibus phlegmone inceperit, ſeu partim iam factus ſit tumor phlegmonoſus, magno dolore obturpans; Nam tunc longè magis vrget pars recipiens, & attrahens, quam tranſmittens, ſed tunc copioſè ad totum etiam euacuandum ſanguis aducendus per venam cruris. Præterea interdum ſine morbo gallico vena cubiti ſcindenda non venit, immo tantum ſanguis per venas ſedales detrahendus eſt, quoties ſcilicet in vena porta malus ſanguis, & cacochymus coaceruatus fuerit. Poſtea vero per crus ſanguinem mittere oportet.

> Eadem li. c. 41.

> In vena ſecāda in his gallicis affectionib. duo potiſſima obſeruanda ſunt.

> Quando per venam cruris tantum.

> Quando prius per venas hæmorrhoidū, & poſtea per venā malleoli ſāguis mittendus ſit vide rationē li. 4. c. 3. huius operis & Gal. 4. de tuenda ſan. c. 5.

> Ratio iſtius venæ ſectionis euacuatiuæ. & exoneratiuæ partis phlegmone affectę patet.

B

C A P V T X X X I.

Reliqua circa locos, per quos ſanguis mittendus eſt, agenda proponuntur.

QVoniam in hoc opere cuiuſcunque eductionis ſanguinis expeditum, ac paratum conſtituere promptuarium conor, vt ego in quolibet caſu quouis modo ſanguinem mittendi difficillimo, qui mihi repentè occurrere poſſit, quid, in meis ægrotantibus rectè curandis, vtiliſſimum, ac rectiſſimum agendum foret, ſemper tuto, facilè, religioſe; cito, iucunde, ac feliciter aſſequi poſſim. C
Quo etenim res agenda diutius, ac diligentius examinatur, declaratur, atque præmeditatur, eo citius quidem, promptiuſque, ea res ita enucleata, executioni mandari poteſt: Eanque ſanè ob cauſam hactenus his, de locis amiſſionis ſanguinis, explanatis; Ideo ſupereſt, vt de locis rectè mittendi ſanguinis aliqua valde tum cognitu, tum operatu difficillima ſoluamus dubia. Quandoquidem non raro circa locum detrahendi ſanguinis plurima à quibuſdam Medicis perpetrantur errata, in morboſas ſanguineas mulierum curandas magnitudines, ex ſuppreſſis menſibus exortas. Inſuper de loco eductionis ſanguinis eadem committuntur errata, in morboſis ſanguineis inflammationum mulierum eripiendis magnitudinibus ſupra renes genitis, menſium, vel puerperij menſtruoſo præſente, & exeunte purgamento. Neque deeſt vt quo ad locum ſanguinis mittendi multæ, & graues ægrotantium à Medicis imperitis efficiantur iacturæ, circa morborum ſanguineas tollendas magnitudines, ex hemorrhoidibus retentis productas. Ad hæc itaque euitanda errata; omnia iſthæc profectò omnino, accuratè, ac patenter dilucidare enitar, vt meis ægrotantibus, nauata opera, perpetuo fructus vberrimus ferre valeam. D

A

C A P V T X X X I I.

Quando ex ſuppreſſis mulierum menſibus, morbi magnitudo ſanguinea, vel imminens, ſeu ventura, ſiue incipiens, aut præſens concitatur, ſanguinis eductionem per venam malleoli moliendam indicans: & quando per cubiti venam, demonſtratur.

QVoniam vero plures quidem controuerſiæ, difficultatesúe reperiuntur inter Medicæ artis ſcriptores circa locum mittendi ſanguinis in morbi magnitudine ſanguinea, vel ex retentis mulierum menſibus oborta: aut cum puerperij purgamẽtis, menſtruisúe, ſtatutis circuitibus effundentibus complicata, ſimulque implicata difficillimam curationem reddentibus genita. Ideoque vtriusq. generis nodum aperire conabor. Quoad primum autem, Galenum inuenio ad morbi magnitudinem venturam prohibendam in plenitudine à ſuppreſſis menſibus, vel omnino, vel imminutis valde cumulata perpetuò venam cruris malleoli ſcindentem, noſque tempus ſanguinis mittendi in talibus mulieribus vtique docendo memoriæ prodidit. *Ac vbi id facere volueris tẽpus conſueti muliebri circuitus, tribus, quatuorúe diebus anteuertens, aut vena incisa*, vt in rubeis, aut nigricantibus mulieribus, quibus ſanguis craſſus colligitur, *aut ſcarificatis malleolis cruris vnius*. vt in albis, & obeſis mulieribus, in quibus ſanguis tenuis coaceruatur, vt etiam alio in loco dixit, & in quibus venæ anguſtæ ſubſũt, & inquit. *Pauculum euacuato: Deinde poſtero die ſimiliter facito in crure altero, vt tum etiam iſtis diebus, in quibus uacnas, & ante eos quatuor, aut quinque extenuantem uictum*. Rationem verò reddendo ait. *Nam plenitudines à ſuppreſſis menſibus ortas, omnino per crura euacuabis*. Reſpiciens locum, vbi plenitudinum cauſa iam fuit, & adeſt: Aliam autẽ rationem aſſignat. *Sectæ uenæ in cubito mulierum reuellere ſurſum purgationem aſſolent*, & etiam aie *purgationes menſtruas comprimant, ſanguinem ad ſuperiores corporis partes retrahendo. Quæ uerò fiũt ex cruribus* menſes promouendo etiam vnà cum plenitudine oborta etiam cauſam illius plenitudinis educit, morbiq́ue magnitudinem ſanguineam imminentem, incipientemque, ac præſentem tollit. Quam ſententiam amplexus eſt Auicennas. De angina curanda, inquiens. *Et quandoque oportet, vt attendatur in ſe phlegbotomiæ, res aliqua, quæ eſt magis integra, quoniam quandoque eſt cauſa dominium ſanguinis in præfocatione retenti, & præcipuè conſueti, ſicut ſanguinis menſtrui, &* C *ſanguinis hæmorrhoidum. Et in huiuſmodi quidem oportet, vt ſit phlegbotomia in latere trahente materiam ad partem à qua cadit retentio, ſicuti neceſſaria eſt hic phlegbotomia ſaphenæ, & ventoſæ crurum*. Cuique Galeni ſententiæ Capiuaceus aſcripſit in febre putrida magna curanda hoc modo. *Quoad partem affectam, ſi verbi gratia febris putrida foueatur à ſanguine menſtruo retento, tunc vena pedis ſecanda non brachy. Item ſi caput ſit affectum humeraria externa aperienda, immo vena frontis*. Verum Auicennas, & Capiuaceus ibi hoc laudant, dum febris putrida ab humoribus in vniuerſo genere venoſo, vel in aliquo viſcere ſecundæ regionis non pendeat, tunc enim dicunt venam baſilicam ſecandam fore, in putrida febre, *niſi aliquid impediat, nimirùm vel virtus, vel pars affecta*, in ſecunda regione. Quam ob rem, obſtructa aliqua parte impedimentum venæ ſectionis baſilicæ fore arbitratus eſt Capiuaceus. Aetius autem, cum earum Mulierum, quæ plenitudinis ratione non purgantur curationem conſtituerit, dum congruo menſtruorum tempore, magis mulieres grauantur, *doloresq́ue circa lumbos, & ſumen percipiunt, flatuq́ue replentur, quem ſaltus, diſtenſiones, horroresque totius corporis neceſſariò conſequuntur, ſed præcipuè inſigni venarum tumore dignoſcuntur*. Pro cuius curatione ait, *cubiti igitur, ac malleoli venas ſecare oportet*. Neque certè nihil ſurſum menſtrua retrahere intendit: immo ſi purgationes vteri *alio itinere auertatur, vel per hemorrhoidas, vel per nares ſanguis eſt reprimendus, & ad vulua iter congruis præ*- D *ſidys reuocandus, ne fortè inde repulſus ad aliquod nobile membrum vertatur*. Paulus autem in menſium retentione curanda, inquit, *venam oportet incidere, idq́ue non ante ſtatum menſium tempus: ſed vbi præterierit, decem dies ſuperadyciantur*. Non expreſſit autem, quam venam. Verùm ſolum decem diebus elapſis tranſacto purgationum lunaeium circuitu; non autem, vt voluerit Galenus; per venam ſaphenam tribus diebus priusquam ſtatutum tempus acceſſerit. Ideoque videtur potius Paulum venam cubiti pertondendam fore, quam ſecus aſſentiſſe, mihi viſum eſt, vt omninò totum corpus ſanguine improbo depuretur, & ne ſanguis ille ſinni venarum impedimento ſit, medicamentorum menſtrua prouocantium ore aſſumptorum, expurgato toto priùs exactè corpore: alio quin potius remedia iſta in vterum, cum malum ſanguinem in genere venoſo exiſtentem introferrent, hinc maiorem vteri obſtructionem augerent. Vnde vice fluxionis menſium, ſuppreſſionis maioris cauſa quidem eſſent. Si nanque ſanguis in vtero extiterit corruptus, in aliorunque ſuccorum naturam tranſmigratus, ne ſurſum venæ ſectionis cubiti molitæ ſerratur, prius ſolutiuo medicamento educendus eſt, cum extra tempus

Galeni opinio à retentis menſib. plenitudo orta ſẽper nos per cruris venã ſanguinem mittere debere.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 18. & c. 13.

Tempus quo id executioni mãdare debeamus à Galeno ſtatutum.

6. Epid. com. 3. cont. 6.

Cap. 22. eiuſdẽ libri.

Quibus Mulieribus vena malleoli ſecanda. & quibus malleoli ſcarificatio, cõducat ex Galeno.

Cap. 18.

Ratio Galeni cur tunc per malleolos ſanguis educendus ſit.

Alia ratio Galeni.

Lib. 3. f. 9. tract. 2. cap. 11. f. 607. col. 2.

Auicennas Galeni ſententiam complexus eſt: in ſuffocatione à ſanguine ſuppreſſo genita; ſanguinem per partem retentione laborantem detrahendũ eſſe confirmans.

Lib. 6. c. 23.

Capiuaceus Galeni decretum extolens: ait; in febre putrida à retentione orta partem retinentem nos vacuare teneri.

Lib. 16. c. 59.

Aetij opinio li. 16. c. 59 quæ opinio contra Galeni non eſt: vt aliqui falſò putarunt.

Nam nõ vt Galenus; ſed ſi à plenitudine totius generis venoſi grauitate vterum, menſes ſupprimantur: Tunc vult vt vena cubiti ſcindaque.

Lib. 16. c. 62.

Lib. 3. de menſium ſuppreſſ. p. 236.

Pauli opinio.

Ratio opinionis Pauli.

Sanguine in vtero corrupto purgante medicamento educẽt eſt poteſt.

A

circuitus menſium non qualitate venefica peccet, verum duntaxat qnalitate putrida, vel impuritate excrementoſa; in Methodo præſeruatiua; licet in Methodo curatiua præſentis magnæ anginæ præſentibus menſtruis, purgationibus venam malleoli ſecare deuinctus fuerit lib. 1. f. 129. vt infra dicam. Ac verò in ſuppreſſis menſibus ita me gero. Si Mulier ita malè affecta, nullo tamen magno morbo læſa fuerit, quæ facili de cauſa præfocationibus vterinis laborare aſſueſcat, etiam ſi obſtructiones in vtero minimè ſint, aſſiduè venam malleoli incidere iubeo, ratione iſtericæ paſſionis à ſuppreſſis menſibus abortæ, vt vrgentis. Inſuper vt ait Galenus, inſtante menſium circuitu, quatuor, tribusùe diebus ſola crurum ſanguinis extractio locum habet. Ad hæc læſo vtero, non concurrente fluxione ſuperna (quia tunc ſanè à cubitu priùs venam ſecandam eſſe, poſtea venam crurum mihi viſum fuit, vt antea ab Aetio didici) ſin vteri dolores magni, inflammationem fuerint, vena quidem malleoli incidenda, vt Gal. & Aetius dicunt ex Hippo. decretis antea allatis: Pariter obſtructionibus, aut humoribus peccantibus collectis, in vteroque coacernatis, exiſtente febre aſſidua ab ijs euidenter oborta, vt magna; Capiuacei quoque ſententia ex Galeno deſumpta vena ſaphena aperienda venit. Pariter in partu difficili Hipp. venam malleoli ſecuit. Similiter in ſanguinis vomitu, menſtruis erumpentibus, vomitus ſolutio fit, vt ait Hipp. 5. aph. 32. vt etiam Galenus adnotauit de venæ ſect. aduerſ. Eraſ. cap. 4. ergo in ſanguinis vomitu ſuppreſſis menſibus vena malleoli incidenda eſt. Sicut etiam in puerperio eò magis, cum ibi ſanguis vteri quadam venefica qualitate affectus ſit, ex Hippocrate.

Ex Galeni ſententia quid agēdum, & quomodo Galeni decretum intelligendum ſit explanatur.

Lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 13. & c. 18.

De cura rat. per ſang. miſſ. c. 18.

In partu difficili per ſaphenā. In ſāguinis vomitu menſtruis erumpentibus per ſaphenam.

Idē de morbis muliebr. ex Cornario f. 340.

B

Præterea in Methodo præſeruatiua ne morbi magnitudo ſanguinea fiat, puerpera non omninò à puerperio purgata; ſiue in abortu, vbi in vtero humores deterrimi colligi ſolent, ibidenque tumorem fieri diutiùs permanentem, qui capitiſque grauitates inferre ſolet in ſinciput potiſſimum, ac in alias partes vt ait Hipp. Quocirca tunc ad vterum incumbendum venit etſi ſex menſibus poſt partum purgauetis, vt ex Hippoc. In Methodo præſeruatiua etiam per crura ſanguinem deijcere tenemur, ſuppreſſis menſibus, ex qua retentione plenitudo in toto corpore aliqua, non tamen multa nata ſit. Deinde per cubitum; at per crura priùs ante menſium tempus aſcriptum, tribus diebus: poſtquam verò menſes delituerint per cubitum. Verum ſi non plenitudo modo Galeni poſito ex menſibus retentis exorta fuerit; quinimmo Plethora vniuerſalis ſinus venoſi generis, vterum grauando ſuppreſſionis, cauſa fuerit, nunc ex Aetij mente me gern, priùs cubiti uenam ſcindere facio, exinde crurum aliam ſeco venam, cum in morbis vniuerſalibus perpetuo dextri cubiti iecorariam pertundere venam deuincamur, vt Hippocrates nos docet. Pariter ſi partes ſupra renes malè affectæ reperientur, particulariter ſuppreſſis menſibus; vt dolores magni; inflammationes quouis modo genitæ, tam propriè quam non propriè appellatæ; quarum doctrinam didici, vt autea exarauit item obſtructiones magnæ collectiones humorum, tumores renitentes calidi, dolore referti, ac magni tum ſenſu vlceroſo à Galeno appellato acri, mordaci, ac pruritiuo, tum ſenſu grauatiuo pleni, qui præſentes, vel incipientes, ſeu imminentes eſſe poſſunt, vt Galenus & Aetius ſtatuerunt, tunc perperuò per cubiti venam ſanguis deijciendus venit, perſpecta ea Pauli conditione, ſi potueris vt in Methodo præſeruatiua, in qua morbi magnitudo ſanguinis eductionē indicat, vt imminens non multo tempore expectato, ſi non fieret, nempe vt elapſis menſibus, die octano circiter tantum vena cubiti ſecanda, poſtquam natura ſe à pondere retenti ſanguinis exonerauerit, etſi imminutè: ſin morari non potueris, perpendendum eſt quidnam vrgentius ſit & ad id incumbe: Verum præſentibus lunaribus purgationibus, aut puerperijs perpetuò ea vrgentiora inueniuntur. Ad Auicennæ autem autoritatem dico ratione præfocationis imminentis in angina priùs venam ſaphenam incidendam eſſe, ad partem manda. tem reſpiciendo reſpectu urgentis: ablato uerò periculo præfocationis, poſtea uena cubiti incidenda illico eſt.

6. Epid. com. 1. t. 8.

Lib. de loc. in homin. 473. ex Foeſio.

Aetij ſententia quoq; eſt. Quomodoq; intelligenda ſit declaratur.

4. De victus ratio in m. acut. t. 24.

Cap. 18.

C

De cur. rat. in morb. acutis 23. & 22. & 27.

4. De tuenda ſanit. c. 4.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 9.

Lib. 3. c. 10.

Paulus etiā benè diſtinxit cōtra Galeni, ſeu Aetij ſententiā ſe gerit & quomodo Paulū mēs interpretanda ſit dilucidatur. Auicennæ opinio quomodo bona eſſe poſſit exploratur.

C A P V T XXXIII.

D

Puerperijs, aut menſibus præſentibus, exiſtente aliquo morbo acuto præſente, & magno inflammatorio alicuius partis affectæ ſupra renes, per quam partem venæ ſectionem moliri deuincamur: diſquiritur.

Contextus.

CVm difficultarum allatarum primi ordinis dilucidationem iam ſtatuerim; Et eo quia etiam mulierū purgationes lunares, ac puerperios urgentiores ſe habere, dictum fuit, cum ueneni naturę participes ſint. Ideò, ut ad ſecundum antea propoſitum accedam. Modo quæſiti dignum, mihi ſeſe effert; puerperijs, ſeu menſibus præſentibus, ſuperueniente aliquo magno morbo inflammatorio, ſupra renes, qui uenæ cubiti ſectionem efflagitet, tanquam urgentiſſimus Hippocratis decreto; ut eſt angina, phrenitis, pleuritis, peripneumonia, hepatis phlegmone, & alij morbi, ijs ſimilęs; quid agere debeamus? Cum autem huius rei ueteres nihil meminerint,

4. De vict. rat. in m. acutis c. 22.

præter

A præter Alexandrum aſſerentem in Angina. *Mulierem inſuper iiſdem fermè temporibus angina laborantem cognouimus, atque curauimus ſanguinem per ſectam ſub malleolo venam, detrahendo, intellexeram quippe menſtruis eam purgationibus deſtitui, proinde magis conueniebat ei ſanguinis illa dimiſſio. Atque inde quidem geminum ſenſit auxilium, nam & angina ritè curata conualuit, & menſes in ordine redacti, ceu poſtliminio reuerſi ſunt.* Ideo ad Neotericorum opinionem me conferam. Duę autem fuerunt probabiles opiniones, circa hanc rem; Quarum alia, ex Galeni mente exhauſta, aſſerentis, in quocunque affectu ex ſuppreſſione menſium, per venam malleoli perpetuo ſanguinem eſſe mittendum, & ex Hippocratis decreto aſſerentis. Quo natura vergit eò ducere oportet per viam conferentem: ac eò magis in puerperijs, in quibus ne dum onus eſt naturæ grauatiuum copia, & qualitate impura, & excrementitia peccans; verum etiam qualitate occulta aliquo modo venefica; quæ nullatenus venæ ſectione in cubito molita ſurſum ad nobiliores partes reuellere debemus; neque in febribus, nec in alijs morbis, quam opinionem etiam iſti recentiores fortaſſis ab Alexandro loco citato habuerunt. Quam ſententiam habuit etiam Auicennas; dum ait. *Et plurimum quidem febrium earum eſt propter retentionem menſtruorum. Quum ergo curatio fit, cum phlebotomia ſaphenæ fit iuuamentum.* Eiuſdem opinionis fuerunt Capiuaccus, Maſſaria, & alij recentiores. Alia autem opinio, à prima recedit: Quandoquidem aliqui putarunt Galeni ſententia & Hippocratis decreto, puerperium priùs expurgari debere; aut à Natura, aut ab arte: Ve-

B rum ſuperueniente pleuritide; aut aliquo alio morbo inflammatorio ſuperno, exonerataque natura, magna ex parte ab onere puerperij, magiſque vrgente morbo eò, quam puerperij reliquū, existimarunt, primo venam ſecandam cautionis gratia malleoli, poſtridieque aliam cubiti loci inflammati propinquam, ac directam venam ſecandam fore: Inter quos Ludouicus Mercatus, Franciſcus Valleriola, & Rodericus à Caſtro Luſitanus inueniuntur. Ludouicus enim ille Mercatus, cum morbos in vniuerſali ex ſuppreſſa purgatione puerperij conſiderarit, inquit. *Quamobrē venas incidamus tali vel cucurbitas inſuris, & femoribus affixas ſcarificamus vel ex toto puerperium ſupprimatur, & mollibus remedijs ceſſetur, vt non ſperemus iterum rediturum: hemmorroidas euocamus, quæ ob partium vicinarum defectum purgationis vteri mirè adimpletur.* In febre verò ſpeciatim alloquitur puerperæ ex ſuppreſſione puerperij inquiens *ſanguinem quam citatiſſimè mittes ex tali venis quantum ſufficere videatur ad plenitudinem deponendam vna aut repetitis vicibus. Poſmodum verò quoque ſanguinem minues affixis, & ſcarificatis cucurbitulis femoribus, & ſuris, aut ſi mauis per mariſcas id facito: ceſſante autem protinus puerperij fluxu, tranſacto ſtatuto purgationis tempore ex vena iecoris, ſi diſtemperiem adhuc præeſſe conſtet, aut ex venis brachiorum, ſi ob plenitudinem intromitti ſanguis poteſt.* Poſtea verò de angina in puerperea, ac in difficili reſpiratione ex ſuppreſſo puerperio, inquit. *Euacuare ſanguinem ex talo, vel ex ſuris, aut femoribus. Verùm in his*

C *inflammationibus, nempe angina, hepatis inflammatione & id perpetuo obſeruandum eſt, nimirū quod ſi ſanguine ab inferis partibus ſufficienter miſſo affectionem adhuc creſcere contingat facta coniectura plenitudinis affectæ particulæ, ſiue guttur, ſiue caput, aut pleura ſit, mihi non eſt dubium ſanguinem ex viciniori parte eſſe mittendum etiamſi puerperium fluat. Nullo enim modo alio citiùs præcauere poteris ſuffocationis periculum in pleuritide difficili reſpiratione, & angina, quam ex viciniorbus ſanguine miſſo; euocatis etiam eo tempore, menſibus perſtrictiones ligaturas, & cucurbitas iuſernis partibus adhibitas, quibus irruentis ſurſum ſanguinis impetus citiùs retrahatur maxime ſi efficacior factus fuerit ſanguine miſſo, ex ſuperioribus.* Poſtea de Pleuritide ait. *Sed in hac quidem re licet ex Neotericis aliqui primo morbi acceſſu audeant ex brachio ſanguinem detrahere: Mihi id conſilium nunquam arriſit: Si quidem primo naturæ motum ſequi, alterum præter naturam motum ab affecta parte, ad quam diſtinctiſſimas auertere tutius, & vtilius longè viſum eſt, ex talo nimirum ſanguine primo ſufficienter extracto: quantum videlicet ſit ſatis, & pro puerperij fluxuri copia: ſi non omni ſaltem ut aliundè non facile natura permittat ex quaſi ſuperna uacuatione abire, & pro impetus motu ad partem affectam reuulſione, euacuationeue.* Et hoc confirmat Auicennæ autoritate. *Præceperat enim Auicennas in*

D *pleuritide (nullo adhuc habito ad corpus enixa reſpectu) ſanguinem ex talo ne dicam contrario mittere ne dum in fœmina, cui puerperium ipſum adhue fluitat. Quamobrem cum puerperium ipſum ſua ſponte uideatur correpugnare miſſioni ſanguinis ex brachio, quatenus uires utranque uacuationem non permiſerint: quia brachium contrario loco exiſtit ei, quem natura in puerperio ſibi elegit, & tuetur; ob id quidem uerendum plurimum eſt, ne illi uim facto ſanguinis contrario motu inferamus, retrahamusque fortaſſe puerperium ad locum affectum. Quapropter conſulto primo ſanguinem mitti ſemel, bis, aut ter ex talo: poſtea uerò ſi affectus bis non cedat, cum iam ſanguine miſſo ex talo ſatisfactum ſit puerperio; ad uenas brachij deueniendum eſſe conſulit, & permittit affectus urgentia, & ratio.* Hanc quoque ſententiam (& lōgè animo audatiori) Valleriola minimè tenuit, qui cum hiſtoriam promulgarit puerperiæ ſenequeriæ, ætatis florentis, ſimulque primiparæ, ait hanc mulierem ſecundo die eius puerperij pleuritide ingenti conqueſtam fuiſſe: cui conſilio etiam Ludouici Laurentij tunc temporis Medici celeberrimi dextri cubiti venam internam ſecuit, ſanguineque egreſſo circa vnciam 7. & hoc prȩſidio inquit ſolo ſummis laudibus medicorum, eam Mulierem ſanitati reſtitutam fuiſſe. Rodericus quoque à Caſtro, dum de pleuritide puerperȩ curanda verba ſcriptis fecerit, exarauit. *Curatur primo ſanguinis miſſione initio facta ex pede ſemel, bis, aut ter, quouſque puerperio,*

Lib.1. c. 59. fol. 117.
De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 22. c. 18.
Lib. 3. Fen. 21. tract. 2. c. 16.
6. De febr. c. 23. in fine.
4. Lib. c. 3. p. 31. f. 532. & 533.
Lib. 4. de morbi mulier. c. 11.
Obſeru. 10. medic.
4. De mor. mul. c. 36.
Lib. 4. cap. 1 fol. 136.
Eodem capite c. 27.
Eodem capitē fol. 239.
Nota.
4. De morb. mulierum c. 16 & c. 22. pag. 507.

Alexander ait Mulierē laborantis purgationis tēpore præter ... , Angina ſuperueniēte per malleolos ſanguinem mitti debere.
Prima opinio. Neotericorum ex Galeno deſumpta ſicuti etiam illa Alexander ſe habet.
Eandem ſententiam Auicēnas tenet.
Et Capiuaccus, & Maſſaria, & alij.
Secunda opinio recentiorum.
Quæ opinio fuit Franciſci Valleriola Ludouici Mercati, & Roderici à Caſtro.
Ludouici Mercati verba.
Mercatus de anginā ait.
Mercatus cōtra aliquos temerè agēt es tertiam opinionē ſuſtinētes de pleuritide.
Idē in angina Auic. ait, vbi ſuffocatio retento menſtruo eſt li. 3. f. 9 tract. 2. c. 11. vt c. præced. dictum eſt.
Eandem opinionem Valleriola habuit.

Eandem secundam opinionē etiam Rodericus à Castro habuit.

Tertia opinio à Roderico ponitur à me non posita vt falsa Petri Salij.

rio, ac reuulsioni sit castigatum; deinde vrgente malo ex venis brachij: sed id cum magna præmeditatione, vt dictum est à nobis. Posuit enim Petri Salij, aliorumque sententiam ita. *Quod si coaceruata materia sit in particulari aliquo loco, vbi morbum acutum grauem, ac periculosum efficiat, qui sanguinis missionem requirat siue Mulier sufficienter purgetur, siue non, si morbus ingrauescat, venas brachij è directo: Vico secare quidam consulunt: sic enim facilius procedere reuulsionem, deriuationem, & simul enacuationem existimant, rationem adiungunt, quia inferiores venæ, nec à loco affecto enacuare, nec reuellere commodè possint: sanguine misso ex ijsdem vires labefactentur, & materia in loco conculcata maneat, vel sanguinem educes, priùs quam reuellas, & enacues coacernatam materiam, vel admodū tarda erit vtilitas, & nimis periculosa procrastinatio. Sic Petrus Salius, & alij sentiunt.* Subinde sententiam Marcari laudando, hanc tertiam existimationem vt nimis à veritate longinquam dilapidat. *Verùm Mercatus cordatissimus in omni acuto puerperarum morbo, in quo humor coaceruatus est, prius venas pedis non solum semel, aut bis, verum etiam sæpius esse secundas existimat quousque satis factum sit. Puerperij fluxuri copiæ & reuulsioni impetus ad partem affectam: Deinde vrgente affectu ad venas brachij deueniendum etiam fluente puerperio, quo sanguis ex vicinis partibus educatur: initio verò venas brachij neutiquam tondendas, ne ad locum affectum retrahatur puerperium, impediaturque naturæ motus, quem procul dubio sequi necesse est.* Cæterum Massaria hanc Mercati opinionem, ceu ab Hippocratis & Galeni doctrina, & à ratione alienam, eneruat; cum plurima pericula secum afferat; quod sex rationibus executioni mandauit. Quarum prima est Galeni sententia, à me iam capite præcedenti iacta; Alia verò est, vt non modo per venam cubiti sectam sursum ad cor, & ad cerebrum ab vtero purgationes retraherentur, sed totam puerperæ curationem præoccuparēt isti: Præterea rectè natura operante nihil agendum, sed naturæ omnino opus relinquendum. Verum minutè natura operante adiuuanda est; quo nanque natura vergit eo ducere oportet per partem conferentem. Vlterius ex Hippocratis autoritate, inquit *nullius meminit præsidij præter supposita, quæ licet interpretari quæcunque menses possunt promouere.* Insuper ex Auicennæ autoritate à me in principio istius capitis enarrata, idem confirmat. Denique ait, neque in puerperio vnquam per hemorrhodas sanguinem educere debeamus, cum tunc ab vtero quidem euacuatio simplex haud fiet, immo deriuatio. Quocirca concludit perpetuo in puerpera qualiscunque morbus inflammatorius supra renes vsu venerit, per crura sanguinem detrahendum esse, nullo autem alio modo. Quod etiam ex Alexandri sententia allata, & ex alia Auicennæ capite præcedenti narrata confirmare possumus.

A — Cap. 33. p. 493. 493. 494. — 493.

Rodericus à Castro secundam opinionem laudando tertiam diuellit.

Massaria secundam opinionē frāgere nititur sex rationibus.

B — Lib. 4. suæ practicæ med. c. 15. p. 533. — De cur. ratio. p sang. miss. c. 18. & c. 2x. 9. Meth. — 2. Epid. sect. 3. agi 4. & 5.

CAPVT XXXIV. C

Opinio propria circa hanc rem arduam, promulgatur.

Mihi autem cogitanti existimationum harum, non modo vllam, verum nec etiam vllam aliam sententiam adeò firmam inueniri posse videtur, ob affectuum aliarorum magnam implicationem, seu correpugnantiam seorsum oppositorū; vt morbi nullæ magnitudini sanguineæ venæ sectionem cubiti indicanti molliendam tuto satisfacere queamus. Eanque sanè ob causam, si mulier menstruata siue puerperio affecta, aut puerpera ex prima opinione, absque venæ brachij sectione peracta curaretur, neque periret ex puerperio rectè curato, non deesset vtique, vt spreta omnino morbi inflammatorij superni magnitudine vehementer magna, venæ cubiti incisionem efficiendam postulante, vt à morbi acuti superni inflammatorij magnitudine, sua propria curatione neglecta, non interimeretur. Pereunt enim tali magnitudine ægræ, quoties venæ sectione propinqua, ac loci affecti directa omissa, sanguis collectus, atque morbosus, vnà cum pituita, bile, & melancholia tumorem durum, ac omnibus cæteris præsidijs renitentem, & gignēs, & alens, & augens, minimè eductus, neque reuulsus fuerit, vt ex oraculi Hippocratici sententia, antea satis didisi; tunc enim necesse est, vt suppuretur ille tumor, vt ait Hipp. si natura suppurauerit coquens, tunque euidens mortis periculum habetur, tum eo, quia fortassis purulentum imperfectè coctum: Vnde à natura reijci non potest; hinc ait Hipp. *Quibus cum bilioso purulentum sputum, aut seorsum, aut simul permixtum educitur, ij vt plurimum decimo quarto die intereunt nisi malum, aut bonum aliquod ex his, quæ priùs descripta sunt, contingat. Alioqui certè pro ratione mors expectanda est, atque in his præcipuè in quibus septimo die sputum huiusmodi præcedere cæpit.* Etsi in plerisque pereant ægri natura non suppurante; cum dixerit Hippoc. *Ex morbo autem laterali intereunt, cum circa exordia copiosa quidem pituita, & bilis ad latus impacta fuerit, multaque ex reliquo corpore prætereà affluxerit, quam neque spuendo propter copiam, neque putrefaciendo suppurare possit. Arteriæ autem implentur ab his quæ intus sunt pituita, & pure, ob idque stertit, crebroque inde respirat ad extremum autem omnia occluduntur, & interit*, Verum vnà cum bile, & pituita sanguinem morbosum supposuit, quem paulò antea expresserat, ita *sicque lateris, & aliarum partium dolor leuior* venæ sectione molita propinquæ, ac directæ, *contingit. Vena enim quicquid in ea inest pituitæ,*

Cur pereant puerperæ ex prima opinione curatæ aliquo modo inflāmatorio magno supra renes, affecta.

D — Coacæ prænot. 304 pag. 145 ex Foesio. — Vide lib. 2. c. 0. & cap. 10. & lib. ipso à capit. 12 istius operis. — Coacæ prænot. 392 p 145. — 1. De morb. 3. 449.

Pag. 548.

A *tuitæ, & bilis, & sanguinis morbosi vnà cum his magna ex parte foras emittit. Pars verò ex carne per medicamenta, & potiones diffunditur, & per calefactoria extrinsecus admota adeò, vt morbus per totum corpus spargatur &c.* Sic enim vt ait Hippo. in cæteris omnibus morborum inflammationibus vsu quoque venit, quorum alibi etiam meminit circa obitum ægrorum his morbis laborantium. Neque autem minus periculo euidentissimo plena curatio à Mercato proposita, & à Roderico à Castro confirmata reperitur. Primo eo, quia etsi valdè ingeniosè pro copiæ puerperij fluxuræ complendæ ratione, primo ne dum semel, ac bis, verum etiam ter, ac sæpius venam saphenam aperire intelligant; non tamen integro puerperio qualitate quadam occulta, & quodammodo venefica affecto omnino satisfaciunt; Tum quia eo modo, Naturam quidem neutiquam adiutricem habemus, sua facultate coctrici, segregatrici, expultrici, ac retentrici, vt in quacunque perfecta excretione vsu venit: Coctrici nanque egemus, à qua sanè reliqui puerperij cruditas maturescere debet, sicuti etiam segregatrix requiritur eum malum sanguinem veluti maturum à sanguine alimentali segregans. Ac etiam expultrix eum excrementosum, ac superuacuum sanguinem expellens, nec non denique retentrici indigemus facultate, sanguinem probũ, & sanum pro corporis alimento, retinente. Quocirca impossibile est, vt puerperij purgamento sponte egressuro venæ sectioni arte facta satisfacere possimus, ante puerperij perfecti natura-
B lis præstatutum dierum numerum à natura assignatum, & circa mucosum, & frigidum, & crassum purgamentum penitus detrahendum: Immo tunc vice expulsionis mucosi & mali succi euacuandi, non maturi, nec segregati; bonus, ac vtilis educi potest succus: Ac etiam loco retentionis boni, & vtilis, sanguinis malus, ac inutilis retineri valet. Ex quibus certè, sequitur puerperium deterius euadere, viresque imbecilliores fieri: Vnde non modo curationis præoccupatio, at verò etiam mors necessario subsequitur. Pars autem puerperij crassior, mucosiorque, ea quidem crudior existit, difficiliorque vt educatur, quæ in mulieribus senioribus copiosior quoque semper est, cum Hippocrates exararit. *Purgationes in senioribus magis mucosas esse, & lentas, in iunioribus verò fluxiliores, & subernentas.* Vnde sicuti crassitudo menstruorum retentionis causa est, licet interdum, cum vteri frigiditate iuncta sit: ita etiam extenuatio indicatio vtique ad excitandos menstruos habetur. Vlterius Mulieres puerperæ, cum vt plurimum sanguinem melancholicum à puerperio expellant, ceu deteriorem, qui per concoctionem, ad benignum reduci nõ potest, vt pituitosus; vt antea iam ostensum est; ergo vt crassior talis sanguis difficilè, & non nisi à natura, præfinito eo dierum termino expelli potest; cum facilè quoq; is occulta qualitate peccare valeat: Quam ob rem ea Mercati curatione Hispaniarum Reginam puerperio, atque magna pleuritide simul affectam, & curatam, suo dedecore simulq; maximo damno, mortem obijs-
C se, audiui. Cum id ingenium reuulsiuum cucurbitarum, ligaturæque dolorificæ partibus infernis, tempore egressionis sanguinis è cubito, admotarum aut nihil, aut parum obstet, quominus sanguis menstruus puerperij à venæ cubiti sectione sursum attraheretur, cum id remedium reuulsiuum fluxioni sanguinis sursum traheuti, adæquatè minimè opponebatur; Fluxio enim in sinu venarum habetur, reuulsio verò in toto, & cum præsertim circa cutim fiat, non autem in vena aliæ venæ superiori incisæ opposita est. Tertia verò opinio omnino dilapidanda est ex Galeni sententia. Cum res itaque hunc in modum se habeat; superest solùm, vt meam in medium afferam sententiam; quam sanè ratio, simulque longa experientia diligentissimè explorata, me docuerunt: Pro qua re executioni mandanda, tria mihi agenda proponam. Primo enim quando, quomodo, & quibus ingenijs, tum puerperas, tum menstruatas mulieres, morbo aliquo inflammatorio inter collum, & renes, aut supra collum, existente magnitudine sanguinea, iuncto penitus tuto curare valeamus, vt inculpabiles, seu inculpati Medici, Arti adæquati socij, & collegæ, ex artis parte, tam in prima, quam in ea secunda opinione: Quandoquidem morbus narratus duntaxat imminens, seu incipiens, venæ sectione in crure mollira adimi valet, sanguine tantum motu peccante, nihil verò quiete iam iam fluxo, seu simul cum alijs humoribus morboso
D collecto. Ita etiam dolores incipientes nos curare cogi per sanguinis deiectionem, à dolente parte longinquissimè administratam, Hippocrates docuit, vt etiam antea exploratum habui, immo hanc reuulsionem tantæ efficaciæ esse Hipp. tatus est, vt *in quibus dolores fieri, & sanguis colligi consueuit*, & phlegmone, seu inflammatio impropriè nuncupata fieri contingit, *etiam consuetudinem tollendo* illius fluxionis sanguinis, *vt ne amplius eodem* modo sanguis *colligatur*, dummodo sanguis tamen solum fluens, ac fluxurus fuerit, nihil autem, in partem dolentem fluxus, neque collectus. Hinc optimè sensit Auicennas, cum exararit. *Ex rebus communibus est phlegbotomia: sed in principio ex latere diuerso, & magis festina de saphena opposita in longitudine, & post ipsam de basilica opposita in latitudine, & po[st] ipsam de nigra opposita in latitudine*: nimirum in pleuritide, peripneumonia, & inflammatione thoracis imminente, seu incipiente; etsi nunquã tali tempore ab ægris vocati simus; & licet dixerit priùs ex latere diuerso; attamen ait, vt si citiùs ægro molumento præbere desideramus, per venam cruris saphenam vocatam, eiusdem lateris sanguinem subtrahere teneamur. Hinc ait Galenus, quod sicuti Podagricos in methodo præseruatiua consuetos ex venæ sectione, ex cubito facta præseruare debemus, sic epilepsiæ, & vertigini obnoxios consuetos præseruandos venæ sectione ex cruribus petacta esse; pariter si hemorrhoi-

De vict. rat. in morb. acut. t. 12. & t. 22. &c.

Cur puerperæ intereant ex secunda sententia curatæ aliquo morbo immediatè inflammatorio magno supra renes laborantes.

Sanguis enim purgamẽti puerperij virulentus est: vt Galenus ait 2. Epid. c. 3. cor. t. 21.

Prima ratio cur puerperæ intereant, ex secundo modo curatæ.

Incõmoda duo, quæ ex hac ratione hauriuntur in curatione ex secunda opinione facta. Ex quibus curatio præuertitur, ac mors sequitur.

Lib. de locis in hom. in fine 423. Com. 5. Aph. 28 Com. 3. aph. 57. Com. 5. aph. 36. In 1. de morbis vulg. c. 3. t. 71.

Prima ratio confirmatur.

Prima ratio iterum confirmatur.

Secunda ratio.

Tertia opinio nihil valet.

Lib. de cur. rat. per sang. miss. c. 11. 18. & 19. & 23. methodi c. 23. & de venæ sectione ad Erasis. c. 3.

Quæ disquiren da veniunt ad hanc controuersiam dilucidandam.

Tertia agenda. Primum agendum.

Quando quibus ingenijs. & quibus modis ex prima opinione in casu proposito curatio certa fieri potest salubris.

De nat. hom p. 279 & de ossiũ nat. 245. [...] 3. istius libri. Hipp. p. 279. & 245.

Lib. 3. f. 10. trac. 1. c. 1.

De cur. rat. per sang. miss. c. 19.

A

morrhoides, vel menses mulierum suppressi fuerint, ex quo sæpè capitis morbi contingere solent, tunc præseruationis gratia venæ crurum incidendæ sunt, Galeni, Alexandri, & Auicennæ sententia ex Hippocratis decreto iam prænarrato exhausta: At verò morbo iam facto, sanguineque iam fluxo, & collecto, nunc non amplius præseruationis studio, quinimmo curandi gratia per venam propinquam, ac directam loco affecto, sanguinis eductio fit; vt abunde demonstratum fuit. Eam ob causam, si Mulier menstruata, siue puerpera imminente pleuritide, seu angina, vel aliquis alius morbus acutus inflammatorius magnus inceperit, Medicusque inculpabilis illico etiam ductus, facilè, tutò, citò, & iucundè Mulier ista curabitur; vt ego pluribus in mulieribus expertus sum; tunc enim reuulsio fiet, nedum vena malleoli pluries secta, verum etiam & balneis, & ligaturis dolorificis, frictionibus, atque denique cucurbitis siccis, cruribus adhibitis; ibi nanque de puerperij profluuio prouocando postea damnoso hoc modo verendum non est; suppositaque victus ratione tenuissima, qua, & venæ sectione, & sputo, pleuritis quoq; facta dissoluitur teste Hippocrate, alioquin suppurabitur. Sin mulier menstruata, seu puerpera sanguine simul & motu fluente, & quiete iam fluxo, & collecto, peccante, in tumorenque ductum, ac renitentem conflato, medicum inculpabilem vocauerit: tunc sanè quoties is morbus magnitudini obnoxius iam euaserit, nunquam sola venarum infernarum sectione curabitur. Quocirca tunc primo ad puerperium, vt ad vrgentius incumbere festinanter cogimur: subinde verò ad alium morbum magnum oculum habere deuincimur: Mihi itaque summopere arridet, vt ex Mercati sententia, celeriter venæ sectione malleolorum pluribus vicibus, secta, pro nostro posse copiam puerperij, seu mensium, fluxuram, & auferendam compleamus, & adæquemus: Cæterum quoniam pro puerperij maturitate, coctioneue dierum à natura præstatuto numero tantum assequenda, omnino puerperio ipso hactenus quidem minimè satisfecimus; Proinde ne puerperij residuum, venæ cubiti sectione, à magnitudine morbi superni sanguinea indicata molienda, ab vtero sursum rapiatur, priùs per venam, quæ in intimiori vteri parte incipit, ac in malleolo desinit, motum in sanguine velociorem, alio motu sanguinis ex cubito subinde detrahendi vtique excitare tenemur: Ea propter duæ phlegbotomiæ, vna illico post aliam moliendæ sũt: Prima quarum ab vtero ad malleoli venam sanguinem educendo moueat, vt attratiua, foramine angustissimo facta, vt etiam longissimo tempore sanguine ad crus fluente longè maior, ac velocior attractio, & fluxio excitetur ex Antilli mente, ab Aetio laudata, vt antea iam dictum fuit, ac eò maior, ac velocior eò angustissimo foramine, sanguinis fiet, si antequam id foramen factũ frictionibus, & balneo actu valdè calido, cruribus admotis vteremur attractiuis. Alia verò venæ sectio, à loco inflammationi obnoxio ad cubiti venam sanguinis & euacuatiua simul, & reuulsiua se habet; tametsi magis sanguinis collecti morbosi euacuatiua, quam fluentis reuulsiua sit, foramine lato obducta, ne ita attractiua fiat, vt alia phlegbotomia reuulsiua est inferna. Prima etenim per quadruplum ter angustior alia est: hinc etiam per quadruplum ter attractior repetitur alia secunda: Quæ sanè quanto minus attractiua per quadruplum est, tanto magis euacuatiua sanguinis collecti, quiete, ac inflammatione peccantis reperitur. Quocirca venæ sectio prima, vt exempli causa, licet sanguinis duarum vntiarum euacuãdarum per quadruplum, ter minus euacuatiua sit, alia secunda; ac alia secunda cruoris sex vntiarum per quadruplum, ter magis alia prima eductiua sit. Nihilominus tanta attractio, ac adeò motus velox deorsum ex ijs duabus vntijs detractus adest, quanta, & quantus motus velox sursum ex ijs sex vntijs sanguinis consurgit, ob vtranque attractionem, æquali temporis longitudine ductam, ac perdurantem vtriusque phlegbotomiæ, nempe tum illius duarum, tum etiam istius sex vnciarum: Clauso itaq; venæ saphenæ foramine, statim incidatur alia brachij vena. Verùm cum dixerit Arist. secundum motũ alium primum motum vincere, nisi quis obstiterit: Ideoq; pro maiori tuitione, eodem tẽpore, quo secunda phlegbotomia administratur, vt ait Mercatus cruribus cucurbitulas siccas, ligaturasq; dolorificas admoueto, ne puerperij residuum sursum à secundo motu sanguinis cubiti trahatur: Verum quoq; adhuc maius remedium fluxionis retractiuum inuenio; quod veluti fascinatio se habet, fluxiones sanguinis omnes retrorsum attrahens vteri regioni applicandum, hoc est cucurbita maxima, ignisq; magna cum flamma admouenda, quæ fortiorem attractionem continet, quam alia non maxima. Vnde ait Gal. *sic & omne aliud sanguinis profluuium ad contrarium per communes venas auertimus. Quemadmodum rursum & sanguinem, (si ita est opus) attrahimus: si quidem cum menses euocare in animo est in pube, & inguine cucurbitam figimus*, Præter quam quòd etiam ad tenuandam materiam reliquam puerperij crassam, & crudam in vtero coarctatã admodum valet, vt etiam tumori tollendo tum hepatis, tum lienis minimè inflammatorij eadẽ ratione valdè prodest: sicuti etiam omnibus cæteris visceribus ipsa magna cucurbitula admota iuuabit etiam ad excitandam facultatem partis affectæ expultricem, pro ea ab ipsa tenuata, ac digesta expellenda materia: Quam cucurbitam hac eadem intentione decocto semiplena pro vtero suffumigando omnium primus inuenit Hippocrates libro de locis in homine Cornar. inter f. 103. & Foesio interprete 423. & Martinello interprete f. 34. part. 61.

Secundum agendum.

Quãdo, quomodo & quibus industrijs ex secunda sẽtẽtia morbus propositus inculpata curatione curari valeat.

Pro puerperio integre purgando pluries vena malleoli aperiẽda primo est.

Postea duę phlegbotomiæ vna post aliam moliendæ sunt: primo per venam malleoli postea per venam brachij.

Modus quo prima phlegbotomia prima illata fieri debeat, ad vteri sanguinem deorsum mouendum, ne postea sursum attrahatur.

Secunda phlegbotomia quomodo fieri debet

Venæ sectio vacuatiua à parte inflammata foramine lato effici debet vt in angina ait Aetius li. 8. c. 47. & 34. i principio.

Tertium agendum.

Coacæ prænot. 394. p. 145.

B

C

Ex Gal. mente 5. Meth. c. 3. & mille alijs in locis.

D

1. Ad Glauc. c. 13. 13. method. c. 19. & 5. meth. c. 3. de cur. rat. per sang. miss. c. 15. Com. 5. aph. 10. 11. Meth. c. 19. 2. ad Glauc. c.

CAPVT

A

C A P V T XXXV.

Puerperij copiæ fluxuræ menſura, ac dierum numerus à natura præfinitus. Ac aliquæ aliæ res neceſſariæ ad rem capite præcedenti declaratas; & quando vteri veteratis morbis ſanguinis eductio per hemmorrhoidas conferat, patefiunt.

CÆterùm quoniam hanc rem vtique penitùs exploratam attingere nequimus, quin prius puerperij magnitudo adimenda, ſimulque puerperij maturandi, profluendique dierum terminus, ac numerus, à Natura præſtaturus, vnà cum aliquibus rebus, ad iſthæc, pertinentibus, promulgata fuerint: Quantitas itaque ab Hippocrate menſuratur quo ad dierum numerum tantum, non autem quo ad copiam, cum eam inuenire impoſſibile ſit, licet Mercatus id crediderit, cum exararit.

Mercati deceptio de mẽſura purgamẽti puerperij quo ad libras deſumenda.

B

Lib.4. de morb. mul. c.9. f.232. col.2. l.c. Pag.191. & 192. & 674. Fol.46. & 337. Fol. 33. c. 32. & c.13. & f.108. c. 98.

Hippocrates nõ de libris triginta in puela, & in maſculo de libris viginti duobus extrahendis intelligit, vt cenſuit Mercat⁹ ſed de diebus purgamenti puerperij intelligit.

Quod ſi Hippoc. menſuram ſequi velimus lib. de natura fœtus non minus errare nobis continget, quam ex præcedenti dogmate, inquit enim. In puella ad triginta libras quantitatem fermè accedere in maſculo verò ad viginti, & duas, qui ſanè ſanguis concretus erit, & in fruſtra prorumpit: Quæ nullibi Hippocrates talia mendacia exarauit eò, quia eum pluries perlegi, ne dum Foeſio interpr. atque Cornar. Verum etiam Marinello, neque tamen talia inueni, neque lib. de natura fœtus, ſiue pueri, neque lib. 1. de morbis muliebribus, cum ambobus iſtis locis, eadem verba ſcriptis mandaſſet, non enim de libris ſanguinis allocutus eſt, ſed de diebus, quibus puerpera ſe expurgare debet, extra enim periculum in puero viginti diebus, in puella verò diebus quinque, & viginti fluxionis commodæ puerperij ſe habet: omnino autem expurgatur in fœmella duobus, & quadraginta diebus, in puero autem diebus triginta, vt infra Hippocratis verba ponam: Quocirca de copia tantum ſanguinis, qui poſt purgamenta craſſiora, & aquoſa, ſimulque cruenta, poſt partum egreſſa, & qui impetuosè egredi debet, & egreſſo eo, illico is concreſcere debet, ſi partus naturalis fuerit ſcripſit Hippocrates; Vt ſi naturalis non fuerit, neque ea copia, tunc ita, impetuosè fluxerit, eam nos arte venæ malleoli ſectione, detrahere cogimur, alioquin *pericula in ipſis morbis à puerperij purgamentis oborientibus non parua: acuti enim ſiunt* morbi, *& cito tranſmutantur. Et magis affliguntur primipara, quam quæ ſunt partium experta.* Hanc autem copiam his verbis nobis aſſignare voluit.

Marinellus c. 97. in fine f.108

Loco citatis.

C

Cornarius 46.

Locis citatis.

Dum ex partu laborat conturbatur ſanguis mulieri, & à forti pueri motu vehementer caleſcit, conturbatus autem primus quidem foras prodit. Deinde puer: poſt puerum verò mucus craſſus, ſanguinolentus, & deductio contingit huic, quemadmodum aqua effuſa in menſa. Poſtea poſt illum per omnes dies purgatio procedit, vſque ad prædictum tempus, copia attica heminæ vnius, & dimidiæ primum, aut paulo plus, minuſue, pro eius temporis ratione, donec deſinat. Procedit autem ſanguis confeſtim *veluti à victima, ſi ſana eſt, & ſana futura eſt mulier, & ſtatim congelatur*, quia is ſanguis ſpirituoſus eſt, vt ex Hippocrate habetur, Vnde ſanguis ſecundum eſſe naturale ſe habet. *Si verò Mulier ſana non eſt, neque ſana futura, purgata paucior, & ſpecie deterior, & non cito congelatur*, tunc enim partus non eſt naturalis; Sanguis enim igneus cinerulentus, & ſemicorruptus eſt ideò non congelatur, per fibras in eo non contentas, exhalato ſpiritu, vt in naturali partu conſpicitur, ſed per exſiccationem, ac denſationem ab aere productam humido abſumpto, tunc ſanguis coagulatur. Ideo Hipp. ait. *Profluuia verò ſi quidem ſubito purgatio proceſſerit confeſtim ſubcruenta fiunt: ſi verò tardius proceſſerit purulenta.* Neque obijcias, ſi dixeris Hippocrates inquit. *Moderati verò ſunt menſes prodeuntes in omni muliere, ſi ſana ſit, vt duarum hemmarum atticarum menſura ſecedant aut paulo plures, vel pauciores, atque hoc ad duos, vel tres dies: Longius autem tempus, aut breuius morboſum, & ſterile eſt;* quia hic menſium naturalium mulierum prolificarum integram menſuram circiter, ac tempus deſcribit, alio in loco verò priori, non integram menſuram, quia maior menſura eſſet in menſibus, quam in puerperio; ſed cum ſanguinem tantum, qui poſt puerum confeſtim vno ictu egredi debet, non autem ſanguinẽ egreſſurum quem poſtea comprehendit; & quem tangere voluit, his verbis *pro eius temporis ratione donec deſinat*, neque ſanguinem iam ante puerum egreſſum, ab eoque prius enarratum ibi tangit.

De carnib. 108. 109. ex Foeſ.

Lib. de loc. in homine p. 423. ex Foeſio.

1. De morb. mulie. ex Marinello f. 103. tergo particula 15.

Obiectio.

D

Solutio.

Lib. de natura pueri & de morbis mulie. 46. & 137. ex Cornaro.

Ibidem.

In hoc lib. 2. c. 3. & 4.

Mẽſura purgamenti puerperij, purgandi à quibus deſumi valeat.

Regula ponitur.

Cum itaque ſanguinis puerperij conſequentis menſuram inuenire neutiquam poſſimus, ſicuti neque aliarum magnitudinum ſanguinearum, vt iam dictum eſt antea. Ideoque vt ibidem oſtenſum eſt, per exceſſum, ſeu per receſſum à ſtatu naturali, eam coniecturari valemus; habita ratione maioris, aut minoris vehementiæ morbi ſanguineæ repletionali puerperij, & ex puerperæ viribus natura, ætate, mutatione habitus corporis, temperamenti, & coloris, venarum latitudinis, ac ex reſiſtentia compreſſionis à digitis factæ, & ab ambiente nos aere, regione, anni tempore, ac à ſtatus cœli conſeruatione, variationeque, ex progreſſaque antea vita, ac victus ratione inſalubri plenitudinis apparatum (iam dum vtero gerebat Mulier) magnum, vel nõ magnum gignente, quod ab Hippocrate occaſio mali puerperij appellatur: Ideò ſi ex eo apparatu.

ratu.

ratu. *Mulier uterum gestans morbum laborauerit non cognitum prægnantium in puerperij purgatione* A
perit, ait Hippoc. & Gal. de venæ sect. aduers. Eras. c. 5. ait. Hipp. 2. epid. sect. 4. in fine nos docere, De natura pue. ij ex commatio f. 46.
& occasionem morbi, & generationem, seu fomitem occasionis perpendere debere; ideo ait
Hippocratem multitudinem sanguinis ante puerperium accumulatum perpendisse, vt etiam
Hippocrates idem fecit; Atque denique prætetea ex consuetudine purgamenti pluris, aut nuno 5. Epid. ægro 13. & 2. epid. sectio 3. ægro 45.
ris, alijs vicibus elapsa; eam mensuram purgamenti fluxuri apprehendere valemus: Quam nor-
mam inueniendi mensuræ sanguinis peccaneis detrahendæ in morbi magnitudine Galenus no- De cur. rat. per sang. miss. cap. princip.
bis tradidit, inquiens. *Sed principes illis pars aliqua, aut totum corpus grauatur tenditurue ijs ne-*
cessaria euacuatio. Porrò si ætate nec puerili, nec senili desecanda vena consilium inito præ oculos ha-
bens principales hosce scopos nempe plenitudinis tum quantitatem, tum qualitatem, & virium robur,
atque infirmitatem: Deinde naturalem totius corporis habitum, tempusque, & regionem, vitamq; an-
teactam, tum an cibi potusque copia, & præciuè affatim nutrimentum, qui sic affectus est, sit vsus. Ad
hac consuetudinem, & res præter consuetudinem actas, quosque motus se exercuerit, quas exercitatio-
nes habuerit, aut præter solitum compescuerit: adhac autem omnia num graciliot, aut crassior euaserit,
vtriusque sanè plenitudinis quantitas ex propriorum signorum magnitudine definietur. Quanto enim
grauior homo sibi videtur, tantum quoque & plenitudinem quoad vires creuisse constat. Idem habet Lib. 3. c. 10.
Aetius: ergo hac via purgamenti quoque puerperij egressuri quantitate, & qualitate peccantis B
mensuram inuenire possumus; quæ munsura si sponte à Natura non expellatur; arte quidē Me-
dicus supplendo, eam saphenæ venæ incisione deijcere tenetur. De dierum autem numero præ-
fisso Hippocrates verba fecit etiam, hoc modo. *Nam & purgatio fit à partu vt plurimum in fæ-* Ijsdem locis in tea citatis ex Foes. p. 391. & 392. & 674. ex Corn. fol. 46. & 337. ex Marinel lo f. 15. c. 32. & 33. & fol. 108. c. 98. Idē 2. de med. certit. distinctum est.
mellis quidem diebus quadraginta & duabus, atque hæc tardissima est, ac perfecta. Vacauerit autem
periculo etiam si in viginti quinque diebus purgetur. In masculo verò purgatio fit diebus triginta: atq;
hæc tardissima, & perfecta; citra tamen periculum fuerit, etiam, si in viginti diebus mulier purgetur.
Quot enim dies sunt, quibus in vteri genitura Embrione appellata membrorum omnium soli-
dorum prima articulatio, seu concretio, aut glutinatio fit, à spiritu aereo calore innato prædito
facultatis formatricis ope, vt subinde vnunquodque membrum ab alio distinguatur, ac ita di-
stinctè eodemque tempore, omnes nostri corporis partes adeò simul coarticulantur, ac ramificā-
tur, vt quasi arbor, corpus humanum consurgat vt postea omnino organizandum: tot dies qui-
dem esse tenentur expurgationis purgamenti puerperæ eò quia dies membrorum articulatio-
nis primæ in vtero molita, ac dies purgationis purgamenti pares vtique, & æquales esse debent:
Conformatio, seu coarticulatio omnium mēbrorum in puella dierum 42. in puero verò 30. Verum dies articulationis udituræ in puella quadraginta, ac duo sunt, in puero verò triginta,
ergo sequitur institutum; cum Hippocrates exararit. *Et sanè ramificantur velut arbor, & tum* C
interna, tum externa corporis: Ipsumque caput distantiam acquirit ab humeris, & brachia, & cubiti 49. Ex Corn. & 46.
à lateribus: & crura inter se disparantur, & nerui exiliunt circum naturas articulorum &c. Atque
hæc omnia à spiritu coarticulantur &c. Et ad hoc peruenit fœmella quidem in quadraginta, & duobus
diebus vt longissimè primam coagmentationem, ac coarticulationem accipiens. Masculus verò, vt lon-
gissimè in triginta diebus. Vt plurimum enim hoc tempore, aut paulo breuiore, aut paulo longiore arti-
culatio contingit. Conformacionis differentiarum in pueri & puellæ genitura, nec non differen-
tiæ purgamenti partus fœminini à partu masculino causam indagando; ait. *Quod autem fœmella* 47. Ex Corn. ex Foes. verò 19.
posteriùs conformatur, & coarticulatur, causa hæc est. Quod genitura fœminea debilior est, ac humi-
dior quam mascula, & iuxta hanc rationem necesse est posterius conformari fœmellam, quam mascu-
lum, atque ea gratia etiam purgatio diuturnior est in fœmella quam in masculo. Quod sanè vsu venit,
ob seminis fœmineum minoris caloris prolificum spiritum quam spiritus masculinus prolificus
sit. Ideoque nunc ab Hipp. spiritus is prolificus virtutis formatricis vocatur, *Postquam articu-* 47 Ex Corn.
latus fuerit puer speciebus membrorum ipsius augescentibus, tunc & ossa duriora fiunt, & cauantur,
atque hæc à spiritu fiunt. Sicuti etiam dixit de prima conformatione, *atque hæc omnia à spiritu*
coarticulantur. Modo verò calor prolificus ab Hippoc. appellatur vbi ait, *Et ossa durescunt à calo-* 46.
re conglutinata. Et sanè ramificantur velut arbor, vt etiam lib. de medic. certit. iam ostendi. Postea 49.
verò ab experimento abortus masculini, ac fœminini, ab eo pluries explorato idem comprobat, D
ita, *Pleraque autem iam mulieres fœtum masculinum ante trigesimum diem abortione reddidere, sed is*
indistinctus conspectus est: Qui verò paulò post, aut ipso die reiecti sunt, omnes distinctis membris visi 191. Ex Foes. 193.
sunt: sic etiam in fœmella pro ratione duorum, & quadraginta dierum, si quando abortu perierit, mem-
brorum distinctio apparet. Vnde pares esse debent dies; Nihilominus quoad augmentum, ac de-
crementum oppositi sunt. Nam fluxio sanguinis in vterum in membrorum formatione facien-
da post semen delapsi, in principio paucissima, ac modica esse debet, alioquin genitura spiratio-
nem capere non posset. Quare suffocaretur, deinde verò, in dies magis magisque copiosior san-
guis in vterum ruit, temporeque articulationis plurimus labitur. In puerperarum verò purga-
mentis, per oppositum, primis diebus, sanguis plurimus egreditur, deinde paucior, donec desi-
net. In pueris autem puerperæ citra periculum sunt, si primò confestim se expurgarint à purga-
mento suberuento, ac deinde vsque ad vigesimum diem, ac in puella vsque ad vigesimum quin-
tum diem *perdurauerit* eum natura iam exonerata, liberataq; à plurimo, ac deteriori purgamē-
to, vt facilè postea super residuum dimicando vincere potuerit. Immo ait Hippo. *Partus enim* 193. Ex Foes.

purga-

A

Ex Foeſ. p. 192. ex Corn.46. De loc. in hom. pag. 423.

purgamenta primis diebus plurima produnt, Deinde ſenſim imminuuutur donec deſiuent &c. & alio in loco. *Poſtremis verò diebus quam minima purgatio procedit. Quin & iuniores paucioribus diebus, ſeniores verò pluribus expurgantur.* Ratio autem iſtius rei ab eo poſita eſt, hoc modo. *Profluuia ex iunioribus ferè ſubcruenta prodeunt: ſeniores autem mucoſos magis appellatos menſes habent.* Menſes nanque mucoſi, craſſi, & lenti expurgatu valde difficiliores, ac longiores exiſtunt. Explorandum autem an puerpera dum vtero gerebat ante puerum editum, ſe ipſam expurgarit plus iuſto an ne, ſi nanque plus iuſto, poſt puerum deinde tam copioſa expurgatio non eſt expectanda. Vlterius aduerte quòd Hippocrates ait. *Sunt quædam mulieres, quibus ſufficientes menſes purgãtur, quædam, quibus paueiores; hoc ipſum ſi ſemper fiat in natura, & genere maternum ipſis exiſtit. Quę verò menſes paucos demittunt & Modicus enim ſanguis à iuuenculis, ac nouellis matribus procedit; vt plurimùm verò contingit tales mulieres etiam ſine lacte eſſe, quę paucos menſes demittunt: ſicciores enim ſunt, ac denſiorem carnem habent.* Tandem notatu dignum eſſe inuenio aliud ab Hippo. exploratum, cum exararit. *Si verò non purgetur in prioribus diebus vterum gerens* ante puerum editum, *ſtatim ſana exiſtens, aut non* puero poſtea edito. *commoueatur autem ipſa purgatio ſiue à pharmacis, ſiue ſua ſponte de repente iuxta dierum rationem procedet. Si enim non purgetur mulier à partus purgationibus morbus magnus ipſam corripiet, & periculum incurret, niſi citò curetur, & conuenientem ipſi purgationem inducet.*

Fol. 23. ex Cornario.

Fol. 46. ex Cor.

B

Facilius enim priùs febris ſub genere ſynocho putrido à ſanguine in vtero copia, & malitia peccante, exiſtente, oborta, ac poſtea cerebrum, & cor lædi neceſſe eſt: vt ex Hippoc. & Galeno colligo. His autem conſtitutis: manifeſtum eſt quòd ſi puerpera puellam pariens, purgationem primam debitam, copioſanque poſt puellæ editionem, menſura circiter vnius atticæ, ac ſemis; Ac poſtea vſque ad vigeſimum quintum diem bene expurgata ſit, ipſa certè, ex ſe ipſa ſanari à puerperio debet, ſine vlla ſanguinis miſſione, arte, facienda; niſi aliquod impedimentum ſupra reſiduum purgamenti à natura reijciendum ſuperuenerit. Verum ſi forte fortuna aliquo externo errore, aut dum vtero fætum gerebat præmiſſo, aut in puerperio; ac ita probè purgata quo ad purgamenti puerperij extra vitæ periculum, Vitæ attamen magno diſcrimine, ſi magna angina vel pleuritis, ſeu peripneumonia, ſiue iecinoris phlegmone contingat, tunc ſanè eas duas moliri ſoleo phlegbotomias. Nam prius malleoli venam, poſterius vero aliam cubiti pertundere facio venam: Additis etiam his omnibus cautionibus iam narratis, de cucurbitulis & alijs remedijs fęmoribus, ac tibijs admotis. Si vero ante vigeſimum quintum diē angina, vel pleuritis, ſeu peripneumonia, tunc vtiq; arte, venæ ſaphenę inciſione puerperij purgamenti fluxuri multitudini ſatisfacere ſoleo, pluries eam malleoli incidendo venam. Poſtea vero ijs venarum duabus ſectionibus, ſimulq; alijs ſtatutis induſtrijs, his morbis acutis ſtudere aſſueſco. Quantum autem ad ſanguinis hęmorrhoidum vacuationem, dico, quòd vtero morbi magnitudine ſanguinea læſo, neutiquam per venas ſedales ſanguis detrahendus eſt, niſi prius toto purgato corpore; ac etiam pluribus vicibus vena ſaphena ſecta fuerit, ac etiam niſi vteri morbus veteratus ſit, tunc enim ad deriuationem agendam ab anteriori ad poſteriorem, conuenit, ſicuti etiam alia deriuatio è contra, à poſteriori ad anteriorem; hoc enim modo Hip. & Galenus læſo occipite veterato affectu, ſanguinis eductionem per nares, ſeu per venam frontis laudarunt vt antea oſtunſum eſt.

6. De morb. vul. 6.1.1.2.

9. Meth. c. 5.

9. Meth. c. 5.

C

Venæ ſedales vtero læſo quando aperiendæ ſunt.

13. Meth. c. 19.

Hic autem multa deſunt quæ opportunius c. 35. ponã in fine capitis.

Cap. 12.

CAPVT XXXVI.

Suppreſſis hæmorrhoidibus aſſueta earum perfuſione in morbi magnitudine ſanguinea ventura, & præſente, quando per cubitum, & quando per crura, ſeu ex medicamentis, vel hemorrhoidibus ſanguis detrahendus ſit.

D

QVoties autem, ex retentis hemorrhoidibus ſua cōſueta excretione ſalubri, aliqua plenitudo in corpore vel vniuerſalis generis venoſi, aut alicuius partis peculiaris oborta ſuerit, qua plenitudine, morbi acuti ſanguinea magnitudo præſens iã nata ſit; ſicuti etiam ex ſuppreſſa nariũ hæmorhagia conſueta ſalubri, id contingere poteſt; perpetuò vena non quidem hęmmorrhoiduma periēda, quinimmo cubiti vena loco lęſo directa, atq; propinqua in methodo curatiua, vt ex Hippocrate iam exploratum habui: tunc enim occaſionem generationis morbi magni reſpicere non debemus, quippe duntaxat cauſam continentem, coniunctiuanque morbum augentem, ſimulque morbi vehementiam ſanguineam propriè per ſe, ac primo lethalem adimendam gignentem introſpicere deuincimur. Occaſionem vero eam ab Hippocrate perpenſam perpetuo, vt principium à nobis medicis conſiderandam, in præſeruatiua methodo morbi acuti magnitudine ſanguinea imminente, ne fiat, intueri cogimur; multo cautè antequam magnitudo incęperit: Hac de re Gal. ait, vt vbi ex ſuppreſſis menſibus, aut hæmorrhoidibus, vertigines, aut morbus comitialis, aut angina, ſeu pleuritis, aut peripneumonia, aliquisue alius morbus ſupernus

Hip. 2. prorhet. ſect. 3. tex. 39. & coacæ prænota. 345. & 346. p. 140 ex Foeſ. & coacæ prænota. 336. pag. 140 ex Corn. f. 575. ex Marinel. 278. tergo.

Cap. 3. iſtius libri.

Lib. de flat. 273 ex Foeſ. & 6. de morb. vulg. ſect. 3. t. 18 & 1i præcept. p. 17. & li. de loc. in hom. 412.

De cur. rat. per ſang. miſ. c. 7 & c. 10 & 4. de tuē da ſan. c. 4. & 5. de loc. affect. c. 7

Nota Galenum de arte parua c. 89. in retentione hæmorrhoidum ait hæmorrhoidas aperire.

Idem quoq; de aere loc. & aqua f.251. in fine & 254. in princi pio vbi ait etiã nec febre arden ti, neque vllo alio morbo acuto, niſi raro hominem laborare poſſe hæmorrhoidibus profluentibus.

A — Hippo. lib. de hum p.64. & 6. de morbis vulg. ſect.3.t.37.

oriturus fuerit; antequam oboriatur, ſanguinem per crura debeamus educere eò, quia ne dum ea plenitudo tolletur, conſequenterq; aliis morbus futurus præoccupabitur, Verum etiam hemorrhoides excitabuntur, quibus ſatis excitatis homines *neq; lateris dolore, neq; pulmonis inflammatione, neq; vlcere excedẽte (phagedænam vocant, neq; furunculis corripiuntur, neq; tuberculis &c.* Ait enim Hipp. lib. de humoribus pag.65. *interdum in talibus* retentis hemorrhoidibus *tempeſtiuè ſanguis mitti põt.* Ait. n. Gal. *Cæterum ſi rectè hæmorrhoides mittendi ſanguinis occaſio ſit, quidẽ cohibere eas voles, quæ in brachio ſunt: Sin prouocare, quæ in cruribus ſunt venas ſecare conuenit* & alibi ex Antyllo inquit *ſuppreſſis hæmorrhoidibus crura ſcarificatis.* Quoniã exarauit. *Si quibus ex cõpreſſis hemorrhoidibus cumulatus in corpore ſanguis extiterit, audacter venã incides, etiamſi antea grauem experti morbum non fuerint. Porrò ſi quæ illis partes prauam ſortitæ ſtruturam appareant, ac potiſſimum in thorace* vt ij, qui facillimè thoracis inflammationibus laborare ſolent, ſeu reſpirationis difficultate ei*s omnino ocyſſimè ſanguinem detrahes.* Similiter laſſitudini vlceroſæ, & morbis curaneis ex retentis hæmorrhoibus orituris, vtiliſſima ſanguinis eductio per crura conſpicitur: Nec non quibus ex retentis hæmorrhoidibus excretio alui ſanguinis *ob expultricis facultatis robur cõtingere* ſolet ſanguinis cruris miſſio priuſquã fiat, valde confert: Nihilominus cauendũ eſt, ne qd nimis ſanguinis cruris miſſione hæmorrhoidas prouocemus. *Quippe cũ hæmorrhoidum euacuationẽ vereamur ne in tantã euadat immoderationẽ, vt hominẽ vel protinus interimat, vel hydropicum, aut cachecticũ, hoc eſt, habitus mali, reddat.* Verũ noſtro tempore hyrudinibus per venas ſedales ſanguis peccans retentus maximo ægrorum emolumento, detrahitur, hoc. n. modo à vena caua, ne dum plethora, verũ ẽt à vena porta ſanguinis improbi cacochymia educitur, abſq; ſpirituum, & virium iactura: Verum ſi corpus aliquo modo plethoricũ fuerit, poſtea per cubiti dextri venam internam ſanguinem mitti congruiſſimum eſt, Paulus verò hemorrhoidas acu compungit: nec non eas ſucco cyclaminis illito, adaperire faciebat; Idem quoq; Aetius cæpa in eas poſita agebat. Quod à Gal habuit, qui ita ait. *Cæpa ex quarto eſt ordine excalfaciẽtium eſſentia eius potius craſſarum eſt partium: Vnde ẽt hæmorrhoidas aperit, tum appoſita, tum cum aceto inuncta.* Id ipſum quoque *taurino felle* fieri autumat; Quæ oĩa ẽt ad hemorrhoidas aperiẽdas ponit Auicẽnas, & ireos, ac eius oleũ, ac lilij albi radicem, atq; partheniũ, ac eius oleum: Quod ẽt brionæ radicem efficere poſſe reor. Cæterum dubitatur, cum etiam in morbo inflammatorio iam à plenitudine ex cõſueta hemorrhoidũ fluxione ſalubri cumulata, oborto, & magno, ſanguis per crura detrahi debeat, ſi Alexandro Traliano fidem præſtare voluerimus exaranti, in angina rectè curanda, *Aperienda viris ẽt ſub malleolis interdum vena. Quando videlicet venæ, quas hæmorroidas Græci vocant ſolemniter fundere ſanguinem ſolitæ, ſupprimuntur, & ſanguine exitum non habente reclinata in fauces materia, angina correpti ſunt.* Præterea etiam Auicennas ſtatuit in angina à plenitudine ex conſueto profluuio ſanguinis ſalubri retento coaceruata genita *hic phlegbotomia ſaphenæ, & ventoſæ crurum facienda*, ergo non tantum ratione præſeruatiua imminentis morbi magni, ſed etiã ratione curatiua præſentis magnitudinis ſanguineæ talis phlegbotomia conuenit. Reſpondere aũt poſſem Alexandrum ſophiſtam fuiſſe, vt in ſupplimento Cronicarum habetur, qui poſt Galenum anno 266. & ante Auicennam anno 736. fuit: Vnde Auicennas, vt Rex, non aũt vt Medicus, vt in encomio de Medicinæ certitudine dictum eſt; Alexandri ſententiæ aſcribit; Attamen etiam id verum eſſe poſſe concedo, vbi retento ſanguine in vena porta, & à vena porta, deinde ad guttur aſcendat, ſine quo toto genere venoſo talis plenitudo peccet, vt in meſenterei tenſione contingit, non autem vbi affectus à vena caua prodit,

De cur. rat. per ſang. miſſ. c.21. Idem Auic. l.3. f.17. tract.4.c.5. De cucurb. ſcari. c.1.8.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c.10. Idem de anato. viuor. lib. ſpurio c.25. & Aui. lib.3. f.17. trac. 1.c.5.

De ſanit. tuenda c.4.

Ex Hipp. de humoribus 64. & lib.6. epid. ſect. 3.t.28.

Similiter verò ob omnimodã retentionẽ ait fieri 2. de nat. fac. c.8. & idem ait Hipp. 6. aph. 12. niſi vna hæmorrhois adaperta ſeruetur. Pri.⁹ à vena porta, per hæmorrhoidas ſanguis cacochymus educẽdus, poſtea à vena caua per brachiũ plethora vacuanda: in Methodo tamẽ tuendæ ſanitatis, vt li.4. & 6. de cruditatibus rectè curandia videbis: In methodo vero medendi a maiori magnitudine ſanguinea exordiuntur.

B — 5 De locis aff. c. 7.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c.19. Idẽ 3. de praeſ. ex pul. c.9. & 2. de nat fac c.8.

Lib.3 c.19. pag. 214.215.

Lib.1. fol.14. in fine.

7 De ſimp. med. facul. f.53. l D. 20 De ſimp. medic. facul. ca. de fele f.74. l G.

Lib 2. tract.2.c. 123. & c.255. & c.278. & c. 318. & c.444. & cap. 731.

C — Lib.2.c.59. fol. 120.

Lib.3.f.9.t.1.c. 11.

Folio 607.

Dubium.

Alexander.

Auicennas.

Solutio dubij allati.

Prima ſolutio.

Secunda reſponſio.

Quomodo opinio Alexandri, & Auicennæ vera eſſe poſſit, explanatur.

C A P V T   X X X V I I.

Quibus morborum magnitudinibus ſanguineis adimendis; ſanguinis eductio ex hemorrhoidibus molita conducat, & qualis ſanguis per has venas educatur dilucidatur.

D

Hipp. pituitam ſanguinem bilẽ flauam ac melancholiã nobis ineſſe ait. Contra quoſdam aſſerentes Hippocratem melancholicum ſuccũ non agnouiſſe. Tria diſquirenda proponũtur, Primum eſt ſanguis ne tenuis tantum per hæmorrhoidas educatur an cuũ craſſus.

De nat. hom. f. 12. ex Com.

Eodem lib.

AT verò *corpus hominis habet in ſe ipſo ſanguinem, & pituitam, & bilem duplicem, flauam uidelicet, & nigram;* inquit Hippocrates, non autem vnicum humorem; Quandoquidem *ſi vnum eſſet homo, nunquam ſanè doleret. Neque enim, eſſet vnde doleret vnum exiſtens. Si vero etiam doleret neceſſe eſſet, & quod mederetur, ac ſanaret vnum eſſe*: Per bilem verò nigram non quidem propriè vocatam intelligit, immo certè melancholiam propriè appellatam, quam tetigit inquiẽs *Atra bilis ſimile hemorrhoides effundunt*, & quæ ſanguinis fex introſpicitur, & quæ melancholicis per hæmorrhoidas interdum egredi ſolet, vt Hippocrates, & Galenus aſſeuerant. Cum autẽ vnuſquiſque horum humorum ſuam tenuem partem, ichorem, aut ſerum, vel ſaniem vocatam poſſideat: Proinde perpendendum eſt num familiariter ſolus ſanguis tennis per hemorrhoidas educi ſoleat: ob venarum harum anguſtiam, vt aliqui putant, an quoq; craſſus: Prætereà ſanguis impurus excrementoſusq; quia pituitoſus, bilioſus, ac melancholicus conſpicitur; perpendendũ

6 Epid. ſect.5 t. 25.

6 Aph 11. & 6. apho 12 & 6. epid. com 3.t.37. Gal.6. de morb. vulg ſect.1.t.18 & 2. de nat. fac. c.c.

4. De ſanit. tue. c 4. & 6. epid. com.3.t.18.

venit,

A uenit, vtrũ eorum quilibet per venas ſedales expurgetur, necne. Tandẽ à quibus partibus immediatè ſanguis per eã partẽ emittatur; vt facilè ſubinde, quibus magnis morbis conferre valeat ſanguinis miſſio ipſa introſpicere poſſimus. Qualis aũt ſanguis ab hemorrhoidibus fluat, ex Galeno colligas, qui rationem reddens cur *in non febrientibus ſit veriſimile ex nulla manifeſta cauſa plures conſequentes dies lumbis dolentibus, atque ore ventris, vt in his vacuationem per hemorrhoidas expectare oporteat*, inquit, *copia in venis coacervata tenue quoddam ſerũ in ventrem confluens cardialgias parit, in os ipſius aſcendens, quod omniũ ferè partiũ maximè ſentiendi facultate præſtat. Plurima autẽ abundantiæ portio ad inferũ repens locũ, in quem & primũ deferri conſueuerat, lumborum dolores efficiet:* Quo in loco ſanguinẽ ichoroſum intelligit, cum bilis flauę ichore tamen commixtum, à cuius mordacitate cardialgia vtiq; exurgit, qui vt excrementum à corpore humano expelli debet, vt à Natura fit per hęmorrhoidas, vt Hipp. ait, *lumbis dolentibus, ſi oris ventriculi dolor acceſſerit futuræ per hemorrhoidas vacuationis ſignum eſt, ac fortè eam præceſſiſſe ſignificat.* Et ſicuti Galenũ per eummet Galenum iamdudum explanare volui, ita modo Hippocratẽ per ipſummet Hippocratem dilucidare enitar; ex quo videbis eam rationem à Galeno aſſignatã fuiſſe prius ex Hippocratica doctrina; tamen cum locus Hipp. legitimus haud fuerit, Ideò à Galeno citatus non fuit, ibi nanq; habetur. *Quibus lumborum dolor in caput, & manus recurſat, & torpore affecti oris ventriculi dolorem ſentiunt tenuibus ac ſeroſis humoribus abundant iij liberaliter ſanguinẽ fundunt:*

B Verùm enim vero per hęmorrhoidas non minus ſanguis craſſus, immo craſſior egreditur, vt experimẽto quotidiano omnibus arti medicę operã dantibus, conſpicuũ eſt. Neq; à ratione hoc diſtat, quia pręſertim temperaturis, habitibusq; melancholicis, quibus ſanguis fęculentus, & craſſior ineſt; ita ſanguinis hęmorrhoidalis eductio confert, vt ne dum ea potiſſimũ melancholię pręſentis pręſidium, verum ẽt venturę pręſeruatiuum remedium efficaciſſimum ſit, immo lib. de venę ſect. aduerſ. Eraſiſt. c. 6. ait, vt per hęmorrhoidas ſanguis exiens hominem à quocunq; affectu ſanũ ſeruat, & ait, vt hęmorrhois, atram bilem, ac lienem duratum ſanauerit, ſicuti è contra hęmorrhoidibus introcluſis à ſolita expurgatione facilè melancholia fit 3. de loc. aff. c. 7. & lib. de atra bile c. 4. Neq; autoritates deſunt, cum dixerit Gal. *Hæ nempe hęmorrhoides enim craſſum ſanguinem profundere ſolent humoris melancholici plenum talem in ſanguinem vim obtinẽtis, qualem in vinis fex habet: quare nihil mirum, & melancholiam, & nephritim per hæmorrhoidas curari, vtpote, quæ ſanguinis veluti fæcem vacuare ſoleant.* Cum ibi Hippocrates exararit *Melancholicis, et nephriticis, hæmorrhoides ſuperuenientes, bono ſunt.* Galenus verò hunc ſanguinem craſſiorẽ per hęmorrhoidas expur-

C gari alibi ẽt faſſus eſt, inquiens *Sæpe numero aũt natura vaſorum ſedis venã recludens, talẽ nẽpè fęculentum craſſumq; permixtum ſanguini humorum excreuit: Vnde Græci hæmorrhoidi nomẽ ſymptomati indidere, oportetq; ex ea perdiſcere, qualis ſit is, qui excernitur ſanguis &c. an nigrior eo, craſſiorque exiſtat. Quin etiam ſit ſæpe talem ſanguinem natura in crurum venas deponat religetq; à quo diſtentæ, atq; ampliatæ, varicoſa redduntur.* Natura enim perpetuo quod vitioſum eſt, in ſanguine exiſtẽs, vt ſanguinẽ depuraret, defęcaretq; ſecernere tentat: *tum à partibus præcipuis modo in ventriculum atq; inteſtina modo ad extrariam ſuperficiem depellens, ſed quæ eius generis tenuioris ſubſtãtiæ ſunt, ea partim per diflationem, quæ ſenſum refugit; partim ſenſibiliter, vt per ſudores cutem perrumpunt. Quæ autem ſua craſſitudine per cutis denſitatẽ traduci non poſſunt, ſed intus coercentur, detinenturq; ſi calida ſint carbones, ſi minus talia, cancros progignunt. At cũ ater humor qualitatibus mitis, remiſſusq; eſt, ac ſanguinis comixtus, ſubrubros elephantes parit; ſæpe numero aũt natura*, ad hemorrhoidas fęculentius, craſſiuſq; atrum excrementum ſanguini comixtum, expellit. Cęterum haud negandum eſſe reor, quod ſicuti in ſanguinis craſſi fluxione vteri, ac nariũ ſemper aliqua portio tenuior fit, ceu craſſi vehiculum, ita ẽt de hęmorrhoidali ſanguine craſſiſſimo aſſerendum, par eſt: Quam trium harum fluxionum ſanguinis comparationem Veſalius tetigit. Verum quoniã ex Hipp. & Gale-

D ni ſententia Auicennas potiſſimum per hęmorrhoidas melancholiam, vtranq; bilem ſeu ſanguinem melancholicum euacuari putauit inquit ẽt pituitam educi. *Et parum generatur à phlegmate.* Ideo nunc ad Galeni doctrinam mihi confugiendum venit, qui tres cruditatum pituitoſorum differentias poſuit, ante perfectum ſanguinẽ genitas. *Nã alij prius quã ad exactã ſanguinis nutrimẽtũ peruenit veluti ſemicocti ſunt. Alij prorſus incocti, crudiq;. Alij paulo abſunt à ſanguinis forma: Vbi paululũ citra ſanguinem reſtitutũ audacter mittendus ſanguis eſt, vbi plus conſideratius eſt agendum, vbi plurimum, in his nullus omnino mittendus eſt ſanguis*, vt antea quoque iam oſtenſum eſt. At vero eò, quia hæ cruditates pręſertim in primis venis inſunt venę portę, à qua longè facilius ſanguis per hęmorhoidas expurgatur, quam à vena caua, vt exploratum habuerunt perilluſtres Anatomici, Veſalius, & Valuerdus ob conſenſum venæ portę, cum venis ſedalibus, perſpectum, vt etiam Carolus, Stephanus Riuerius, & Laurentius adnotarunt, etſi quoq; hę venæ hęmorrhoidum, dum venę cauę etiam ramulos contineant, ad hępat, lien, ac ad alias partes peruenientes: Nam venæ ſedales intrinſecę ad meſentereũ, & ad Glandulã pancreon appellatã extẽdũtur, vt Laurentius ait: Vnde ex ſeptẽ ramis venę portę, ab inferna parte, ait Carolus Stephanus Riuerius

Sanguis impurus & excrementoſus, tum billioſus, tum melancholicus ſeu atrabilaris, vel pituitoſus longè facilius per hæmorrhoidas egreditur. Hæmorrhoidum venæ intrinſecæ tamen conſpicuæ a vena porta impurum ſanguinem euacuant.

1. Prorhet. c. 3. t. 18.

Cap. 4.
2. De nat. fac. c. 9.
Lib. 1. prædict. 130. pag. 86 ex Foeſ & 1. prot. ſect. 3. t. 38.

1. Prædict. 239. p. 87. ex Foeſ. Hippoc. 6. epid. com. 3 t. 37.

Hipp 6. aph. 21. Gal. 1. prorhet. c. 3. t. 38. & lib. de atra bile c. 4. & com. 6. aph. 21. & 22.
Com. 4. aph. 25. ex Hipp 6. de morbis vulg. c. 3. t. 37.
6. Epidem. com. 6. t. 8
Com. 6. aph. 11.

6. Aph. 11.
Com. 6. aph. 11. & lib. de atra bile c. 4.

Sua opera anatomica de corp. hum. fabrica li. 5. c. 15. f. 425.

4. De tuenda ſanit. c. 4.
4. De ſanit. tuẽ. c. 5. & 12. meth. c. 2.
De corp. hum. fabrica lib. 5. c. 15. f. 425.
De corp. hum. anatomie li. 6. c. 5. in fine.
De diſſ. par. cor. hum. lib. 2. c. 11.
Hiſtoria anatomica li. 4. ca. 4. p. 213. & lib. 6. q. 23. in fine p. 429.

Secũdum nunquid omnis ſanguis excrementoſus per eas vacuetur.
Tertium à quibus partibus immediatè ſãguis per eas egreſſus expurgetur.
Quiſnã ſanguis ab hemorrhoidibus fluat exploratur ex Gal.
Sanguis impurus excrementoſuſque bilioſus ſeroſuſque ex venis ſedis inſeruiẽ egreditur
Ex Hipp. Galenus id habuit, etſi non expreſſerit.
Ex hæmorrhoidibus ſanguis craſſus, melancholicus & atrabilaris expurgatur.

In 6. de morbis vulg. com. 3. t. 37 & in eodem lib com 3. t. 25. Hip & Gal. ſeſ. nigrum per eas expurgatur & de venæ ſect. aduerſ. Eraſiſt. c. 6 Com. 6 aph 47. & 2. ad Glauc. c. 10. & lib. de ſuccorum bonitate & vitio c. 24. & omnibus ijs locis mõ citatis hoc ſigno. Ex sãguine craſſo, ac nigro in cruribus deſcendẽte varicę fiũt.

Cur fæculẽtior & craſſior ſanguis ad hemorrhoidas à natura mittatur ratio redditur.

Hinc q hemorrhoidibus laborant, dum minuuntur, cãcro ẽt affici poſſunt vt Lariſæ Eudemo cõtigit Hippo. li. 5. epid ægro 20. & Gal. 2. ad Glau c. 10. ait. A venis ijſdem ſanguinẽ fæculentum in omnibus venis, ac liene contentum ab hepate genitũ exiſtẽte cãcros & elephãtiaſi expurgari. Lib. 3. f. 2. t. 4. c. 28. & lib. 1. f. 2. D. 1. c. 8. & li. 3. f. 17. t. 2. c. 4. vbi ait.

Sãguis impurus & excrementoſus nõdũ probè coctus p hemorrhoidas educi.
Ipſius ſãguinis tres differentiæ ſunt hæ
Idem vide lib. 1. cap. 3. in fine huius operis.

rius, *Duo mensentereo distribuuntur iuxta glandulam pancreas appellatam, septimus ad finem intestini* A
recti conspicitur, in ano. Extrinsecæ verò venulæ, vt ait Laurentius oscula sunt venæ cauæ, & sicu-
ti illæ malum sanguinem, & cacochymiam educunt, ita istæ bonum sanguinem, & plethoriam
euacuant. Cæterum latiores internæ sunt, venæ hinc familiarius cacochymiam, quam plethoriã
expurgant. Cum itaque hæ cruditates pituitosæ à natura in ijs primis venis mesenterij, & circa
hepar existentibus retineantur, *cum longè* ait Galenus, *præstet, vt circa iecur, & primas venas ad-* 12. Meth. c. 3.
huc ipsis subsistant, quam ad aliquam partem principalem accedant. Ideòque per venas sedis
educi facillimè possunt. Sanguis autem per hemorrhoidas egrediens internas, conspicuas tamẽ
à vena quidẽ porta egreditur, quæ tum per mesenterium, ac pancreum dispergitur, tum vsq; ad
dimidiam hepatis partem cauam extenditur, quousque ad ramulos venæ cauę (per anastomasin
per, crucis modum) iungatur: Vnde per eas venas sedis, pars hepatis caua expurgatur, per venam
mesenterei portam: hinc Gal. ait *cauo autem iecinoris phlegmone obsesso protinus etiam venas, quæ* 13. Meth. c. 14.
in mesentereo sunt vnà phlegmone laborare est necesse. Præterea etiam hepatis cauum per eã par-
tem purgari patet quod experimento constat, Narrat Vesalius *id quod in quodam hemorrhoidum* Lib. 5. c. 15.
vitio laborante non illubenter expendi, mihi certissimo in venis illum sanguinem. Hic namq́ne ordina-
tis vicibus, vt mulieres suis mensibus sanguinis fluxu, ex venis in anum pertinentibus vexari consueue-
rat: & cum nigro arquato, iecorisq́ue mira duritie perijsset; Num portæ rami, an caua hunc sanguinẽ B
euacuarent, indagaturus illum disecui, atque venæ portæ ramum sub colli intestini fine, & tota recti
longitudine in mesentereo ductum, pollicisq́ue ferè crassitiem æquare, & sanguine turgere animaduer-
ti, conterminis cauæ venæ ramis nihil prorsus immutatis. Sic à lienis interiori parte, hæ internæ venæ
hæmorrhoidum sanguinem certè expurgant, mediantibus ipsius venæ portæ aliquibus ramulis,
atque à ventriculo mesentereo, pancreo, omento, & ab intestinis vt Valuerdus affirmat, inquiẽs. Lib. 6. c. 5.
Vnde vena hæc porta dicta est, cuius ramus, quem sub recto intestino, & per mesentereum fieri diximus,
ramos quosdam effundit, qui ad anum pertingentes, earum venarũ capita constituunt, quas hæmorrhoi-
das appellamus, Quæ quotiescunque lien fæculentum sanguinem è iecore non excipit, aut susceptum in
ventriculum non eructa, *reserantur, tunc enim venæ huiusmodi intumescunt, disrumpunturq́ue. Estq́ue*
hic illud animaduertendum, quod sanguinem alicui detracturi, iecoris, lienis, ventriculi, intestinorum,
omenti, aut mesenterij occasione, haud aliunde quam ex hemorrhoidibus idipsum præstare possumus: &
ex his non ab alia corporis parte quã iuxta anũ. Insuper quoq; à renibus per ani venas sanguis edu-
citur: Cæterum non tamen negandum venit per hæmorrhoidas exteriores, sanguinem plethoricum venæ cauæ à iecoris parte gibba, & à lienis parte exteriori, detrahi, cum Galenus dixerit. Hipp. 6. aph. 11. & Auicen. lib. 3. f. 3. d. 2. c. 8.
propter sanguinis multitudinem, & crassitiem ora quadam venarum aperiantur: iecinore in ipsas fæcu- Com. 6. aph. 12.
lentum, & melancholicum sanguinem reyciente. Si quis igitur hanc ipsi viam præcluserit, tum sirrhosũ C
ipsum effecerit, tum multitudine, & crassitie grauato calorem in ipso extinxerit: simile enim quiddam fit,
quale flammæ externæ accidere videmus, quum multa temerè ligna congesta ignem suffocant, & ex-
tinguunt: si itaque natiuo calore generatur sanguis, ipso extincto non amplius generandum fore con-
stat: At verò aqua inter cutem sanguinis fit generatio frustrata, vt ait etiam ibidem Hipp. & ali- De cur. rat. per sang. miss. c. 19. & 2. de nat. fac. c. 9. vt dictum est etiam c. præcedenti.
bi ait Galenus, nempe quoties assueta sanguinis fluxio hæmorrhoidum omnino supprimetur, id
sequitur à Galeno dictum: Vnde vna hæmorrhois aperta seruanda est, vt Hipp. ait: ibi enim Ga-
lenus de sanguine, tum venæ portæ tunq; venæ cauæ verba fecit fæculento tamẽ, qui vt cacochy-
mus, & copiosus retentus, si hydropem non efficiet, *quandoque iecur plenitudinem in pulmonis*
venas queat protrudere, vase inibi rupto tabidi euadunt. Ratione igitur optima vnam esse seruandam
hæmorrhoidum consulit, vt per hanc scilicet fæculenta iecoris cacochymia vacuari possit &c. Simili-
ter de vtraque vena sanguineam à liene per hæmorrhoidas euacuari intendit Galenus, vbi ait,
atram bilem hæmorrhois plerunq́ue incipientem prohibuisse, & iam affectam remouisse necnon & dura In 6. epid. c. 8. t. 8.
tum lienem sanauisse, conspecta est, & ait per venas hæmorrhoidum sanguinem fęculentum in om- 2. Ad Glauc. c. 10.
nibus venis, & liene contentum ab hepate genitum expurgari. Cæterum iam tempus est; ijs ita
constitutis, vt quibus magnis morbis, & quando hæmorrhoidum sanguinis eductio profectura
sit in medium aperiamus. Nam præter affectus narratos magnos talem sanguinis missionẽ indi- D
cantes, aut imminentes, aut præsentes: quorũ ne tẽpus conterã, nõ amplius meminero: Omnibus
obstructionibus, tensionibus, tumoribus, inflãmationibus, putredinibusq; membrorum omniũ
venam portam includentiũ maximè tale præsidiũ confert, vt ex rationibus, experimẽtis, autori- Hipp. lib. de iudic. p. 70. Idem ait 6. aph. 11 & Gal. alijs in locis vt ante vidisti.
tatibus huc vsq; statutis abunde patet: Potissimum itaq; si vena ipsa porta afficiatur, *atrabile ve-*
xatis, & phrenitide detentis sanguinis profluuium per ora venarũ, quæ in ano sunt, bonum est. Sin phre-
nitis à vena caua fieret, non per hæmorrhoidas, sed vt habetur lib. Gal. ascripto præsag. ex periẽt.
conf. c. 4. *Sin affectio sit, quã propriè phrenitim appellamus popliĩe secare oportet, & in talis venas.* Et
Oribasij ex Antyllo in Gal. de cucur. secat. c. 18. verba hæc habentur, *sicuti crura, affecto capite, sca-* 6. De morbis vulg. c. 5. t. 3.
rificamus. Reddens autem Hipp. rationem, ait *Atræ bilis simile hæmorrhoides effundunt*, vt etiam 6 Aph. 11.
alibi dixit, atq; Galenus confirmauit, vt antea dictum est: Hinc dixit Hipp. *Melancholicis, & Ne-* 6. Aph. 21.
phriticis hæmorrhoidas superuenientes bono sunt: & postea inquit, *Insanis si varices vel hæmorrhoi-* Coacæ præn. 4-R pag. 153. & Foes.
dę superuenerint insaniæ solutio; per insaniam verò melancholiam intendit, vt Gal. animaduit, & Hippo in furijs p. 151.
alio in loco habet, *In syderatis succedentes hæmorrhoidę vtiles.* Syderatio autem est obscurum *ad*
vesperam

Margin notes (left):

Extrinsecę verò à vena caua putum sanguinẽ aducũt facilius tamen internæ euacuãt quam externæ.

Hemorrhoidæ facilius ab hepate liene renib. ac alijs partib. per venã portã cacochimiã euacuant internæ, quam externæ per venam cauã plethorã emittant.

Vesalij autoritate ac experimẽto id comprobatur.

Idipsum ex Valuerdi experimẽtis cõfirmatur. ex hæmorrhoidibus enim per venam portã à gibbo hepatis & à lienis interiori parte, & à vẽtriculi fundo malus sanguis purgatur.

Hemorrhoidæ quoque à cena caua sanguinẽ educunt.

Ex Galeno per hæmorrhoidas ab hepate, & à liene tũ per venã portã tũ per cauam sanguinẽ egredi, etsi longè facilius per portam, quam per cauam, quia porta maiorem cõsensum cum ijs venis habet, vt etiã eo quia à porta cacochymia facilius repentur proiẽctã naturam ad eius exitum.

A vena porta, et à vena caua à splene ad hæmorrhoidas sanguis peruenit ex Galeno.

Hemorrhois atrã bilẽ nempe insaniam à melancholia sanat vt etiã 6. epid. c. 5. t. 25. ait Hippoc. & lienem duratum.

Quibus affectibus magnis venarum hemorrhoidum apertio confert.

A *veſperam fieri videtur. Et quæ quidem ſurſum feruntur capitis fluxionem denotant:* reuulſionis itaque ſtudio, ſimulque euacuationis gratia, ſi caput iſtis in morbis per conſenſum ſanguinis venæ portę læſum ſit, optimum præſidium quidem ſanguinis hæmorrhoidalis detractio ſemper erit, tum in hominibus, tum in mulieribus, & ſi hominibus magis hemorrhoidas erumpere videatur, vt Hipp. & Galenus explorarunt, & Alexander lib. 1. c. 59. fol. 129. Sin autem ij capitis affectus non à conſenſu venæ portæ, immo à conſenſu venæ cauæ prodiderint, ſi tantum reuulſionis cauſa ſanguinis eductio fieri expediat, tunc non per venas hemorrhoidales, quinimmo per venam cruris reſpicientem eam cauam venam, ſanguinem educerem præcedente tamen ſemper brachij venæ ſectione prius totum reſpiciente; euacuationis commoderatiuæ beneficio. Hidropicis inſuper ex retentis aſſuetis hæmorrhoidibus potiſſimũ conducit hoc præſidium. Inſuper competit pro deriuando ab vtero læſo affectu veterato, prius reuulſionibus factis, ac per benè toto corpore purgato, ſicuti Galenus in Boethi vxore laborante fluxione ab vtero aqueæ materiæ, cũ dixerit, *ſed per aluum etiam humorem deriuare vellem.* Vnde in vterino profluuio veterato tale quoq; remedium congruum eſt; ſicuti etiam in ſuppreſſione vteri veterata venæ ſectioni malleoli renitente conferre poteſt. & ita eſt intelligendus Auicennas, ubi ait *ani venarum apertio omnibus confert melancholicis ægritudinibus, & doloribus ſciæ, & doloribus renum, & vteri.* Quia ſi ob aliquam

B affectionem menſes ſupprimantur, ſanguis ex hemorrhoidibus profluens bonus eſt; ſicuti etiam per nares ait Galenus. Hoc autem mulieribus melancholicis peculiariter conducit. Quod etiam affectibus ueſicæ, teſtium, ac pudendi ueteratis congruum conſpicitur. Deniq; uomitibus ſanguinis à uena porta profluentibus maximè confert pręſertim, à liene, in quem ſanguis à uena porta perfluit? Deinde à ſplene ipſo ad uentriculum per uas uenoſum, ſeu per uenam ab aliquibus coronariam appellatam, egreditur. Quo ſanguineo uomitu Valuerdus refert Romæ Pontificatus Pauli tertij uacuatione Cardinalem Cibonem perijſſe. Verum quæſo mihi liceat unũ tantum inquirere ex Galeno, nempe morbi ſanguinea magnitudine exiſtente ſanguinis miſſionem flagitante, ut in febribus continentibus quatum quidem *remedia hæc duo ſunt, detractio ſanguinis, & potio frigida* contingit, ſi ſanguis hæmorrhoidum antea retentus, uel menſium muliebriũ euacuatio ſpontanea ſuperuenerit, quid agendum ſit, an ea excretio uetat quominus ſanguinẽ detrahere debeamus nec ne? Reſpondet ipſe Gal *ſi inſpectus fluentis impetus ſatisfore videbitur, qui ſolus, quod requiris* quo ad quantitatem ſanguinis morboſi educendi, *vacuet, natura rem omnẽ permittes*, tunc enim perfecta iudicatio eſt, omnino morbi magnitudini ſatisfaciens ſanguineæ. Natura nanq; rectè, completeq; uincente, ac operante nihil agendũ, ac omnino naturæ opus relinquendum ut ex Hipp. habetur, ac ex eodẽ, qui ſubinde ait *ſin minus* perfecta iudicatio, immo im

C perfecta, ac imminuta fuerit, *tantum ipſe detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur, quod poſtulas: Veluti autem in his ad ipſam naturalem vacuationem, quæ ſenſu vſurpetur, non leuiter attentũ eſſe oportet.* Cæterum tunc perpẽdendũ eſt, ut in muliere perpetuo prius per ſaphenã uenã, ſanguinẽ mittendum eſſe, quantitate copiæ menſium fluxute adequatè, ut ſi opus fuerit, ſubinde per uenã cubiti ſanguinis eductionem iterare poſſimus; ſeruatis ijs rebus antea ſtatutis. In hominibus uero fluente hæmorrhoidum ſanguine ſeruanda ſunt ea, quæ capite 30. iam explorata habuimus.

Li. de aere loc. & aquis p. 251. De venæ ſect. adu Eraſ. c. 5. De venæ ſect. aduerſ Eraſ. c. 5. & 4. de vict. rat. in m. acu. cont. 212. Ad Poſthu. c. 8. Lib. 1 f. 2. doct. a. c. 8. Com 5. aph. 33. Lib. 6. c. 5. 9. Meth. c. 9. Ibidem. 3. aph. 10. Ibidem. Cap. 29.

Vide de hoc c. 11. in fine vbi aliqua defecta, verum illo propoſito vndiq; ſe commodata. In Boethi vxore Gal. ab vtero ad anum deriuauit. Quomodo Auicennæ opinio vera ſit. Dubium. Solutio huius dubij à Galeno aſſignata.

C A P V T XXXVIII.

Sanguinis miſſionis à morbi magnitudine ſanguinea indicatæ eductio, quando molienda ſit, exploratur.

TEmpus autem deniq; eductionis ſanguinis, quæ à magnitudine morbi ſanguinea indicatur diſquirendum modo venit. Quandoquidem tametſi à menſura, & à qualitate præſidij indicati realiter haud quaquam tempus id diſtingui videatur Galeni teſtimonio: cum vnà cum quantitate, & qualitate remedij inuenti quoq;

D tempus agendi iam aſſignatum nobis ſit: Nihilominus eſſentia, & ratione tẽpus operandi indicatum, à quantitate, qualitate, modo, & à loco agendi ſpecificè indicati, diſtinctum habetur. Quinimmo tempus idipſum diuerſimodè acceptum, ab alio tempore præſidij adminiſtrandi, diuerſum quidem exiſtimatur: cũ tempus id agẽdi, & ad morbos acutos, & ad febrium, ſeu morborum, vel ſymptomatum acceſſiones vel circuitus, vel ad humoralẽ malũ in ſanguineã, aut ad magnitudinẽ ſanguineam per ſe indicantem, vel ad coindicantia, aut ad permittentia referatur. Præterea tempus auxilij indicati ad vniuerſale tempus operandi, ſeu ad diem terminatum, ſiue ad horam terminatam remedij inuenti ſpectatur: In morbis quidem acutis, & ſimpliciter magnis, niſi quid obſtiterit, perpetuò veiq; ſanguinis detractio cacochymię eductionẽ præcedere debet. *Si vehemens morbus videatur, vigeatq; ægrotantis ætas, & viriũ adſit robur.* Sin ſanguinis detractione iam facta, vel *propter ſanguinis ablati copiam, vel ob aliam quamuis rationem* in morbis acutis, & ſimpliciter magnis, tum ſanguinea, tum cacochyma magnitudine peccantibus, vt in angina ſpuria, ac pleuritide deſcẽdente, in qua quarto die pharmacũ præbendum, viriumrobore exiſtente *corpus impurum excrementoſumq; quod vocatur, iure optimo expurgari*

Lib. artis paruæ c. 24. 4. De vict. rat. in mor. acut. t. 10. Eodem lib. tex. 20. & com. 2. De vict. rat. in m. acut. t. 11. & 4. de vict. rat. in mor. acut. t. 6. Eodem cõ. 20. li. 4. de vict. rat. in m. acu.

Tempus agẽdi in relatione ad aliquid multiplex eſt. In acutis morbis, & ſimpliciter magnis venæ ſectio pharmaco ſolutiuo præcedit. 4. De vict. rat. in m. acu. t. 12.

A

&c. & ait Gal. Dico *vel propter ſanguinis ablati copiã, vel ob aliã quauis rationẽ, vires imbecilliores appareant, clyſmum tertio quoq; die ventri infundes donec in tuto æger fuerit*. Quippe q̃ in vehementer magnis, & valde acutis morbis Antiqui duntaxat venæ ſectione vtebantur, & lacte aſinino cocto melle affuſo, non autem pharmacis purgantibus igneis, vt antea iam dictum eſt, & poſtea dicetur, etſi lenientibus hoc tempore in vſu poſitis, non calfacientibus tuto vti valeamus. In æquali verò peccato cacochymiæ, ac plethoriæ ſimul iunctæ, ſemper quidem prius ſanguis mittendus eſt, Hipp. decreto, & Galeni, Pauli, & Auicennæ confirmatione in corporis purgatione. Si vero in vniuerſalibus temporibus quatuor, nempe initio, incremento, vigore, & declinatione morborum, qui acuti, & magni quidem habentur magnitudine ſanguinea peccantes, ſanguinis detractionem perpendamus, dum in principijs horum morborum venæ ſectio fiat vſq; ad quartum diem, priuſquam incrementum contigerit, non niſi optimum creditur: Non tamen *in ſanguinis miſſione dierum numero primum haud eſſe attendendum* ait Galenus, *ſicuti quidam ſcripſere. Ac nonnulli admodum ridiculè, poſt tertiæ diei paroxiſmum, quando videlicet, vt aiunt, dignotio quædã habetur qualis ſit in forma, & moribus, atq; tota adeò natura ſua morbus. Alij extremum terminũ mittendi ſanguinis definiunt diem quartum*: quam ſententiam Galenus refellit, vt infra videbis, *intra quem miſſionem ſanguinis concedunt in paroxiſmorum interuallis adhibendam, electo quolibet die. Alij detrahere feſtinant, quibus ſanguinis detractionem ex vſu eſſe ſtatuerunt transfluente etiamnum eo, ac vbi nec dum firmiter in parte aliqua ſuperfluitatem recipiente inhæreſcerit*. Galenus autem ſubinde duo facit, quorum alterum eſt, quod laudat, ſanguinem ante morbi vniuerſum incrementũ vſq; ad quartum diem tutius, & aſſeuerat ſatius eſſe educendum. Alterum eſt quòd eorum ſententiã damnat aſſerentium poſt quartum diem ſanguinem haudquaquam detrahendum eſſe, inquiẽs. *Verum quoniam quintum ſæpè diem, aut ſextum ab initio expectant, priùs quam nos ad curandum accerſant, expediet nihilo ſecius ſanguinem quoq; detrahere etiam ſi huius auxilij primum tempus ſit omiſſũ. Quocunque enim die mittendi ſanguinis ſcopos in laborante inueneris, in eo auxiliũ illud adhibeto, etiã ſi vel vigeſimus is ab initio extiterit*. Et alibi ait. *Optimus igitur factus eſt id, quod nos ſemper in re quaque facere vidiſti, ſtatim non numero dierum, ſed vni virium robori in fæbribus eius generis attentum eſſe, quippe quod ſi ſeruatum eſt non ſolum ſexto, ſeptimoùe die, ſed etiam ſequentibus diebus ſanguis eſt mittendus*. Quocirca dierum numerus circa morborum exordia quærendus ſanguinis mittendi non vtiq; vt dierum numerus, verum quatenus augeſcente morbo, eius magnitudo virium robore ſuperior euadere poteſt, quæ vbi vires ipſas ſuperarit, curationem non admittit. Quo tempore vena minimè ſecanda, ſicuti nec etiam in principijs vena ſecanda viribus ipſis proſtratis, cum Galenus pergendo, dixerit, *Porrò autem, quoniam prius exoluitur temporis tractu in pleriſq; morbis virtus, idcirco, & mittendi ſanguinis dierum numero deperditur, non tanquam primario id dies efficiãt, ſed re aliqua intercedente, nempe virium diſſolutione. Itaq; aliquando vel ſecundo à principio, die vires exolui videantur, à vena ſecanda abſtinebimus*. De hora verò in ſanguinis eductione eligenda, ac de tempore ſanguinis detrahendi eligendo, in morborum ſymptomatum acceſſionibus, circuitibusùe, ita diſquirendum venit. Galenus enim contra eos tantum mane venam ſecandam eſſe, putantes primo ait. *Sed enim quod in ipſo rurſum die, in quo ſanguinem mittimus, obſeruanda ſit febris declinatio, clarere ſatis arbitror: quamquam quibuſdam id non ſatis ſit notum, qui mane tantum tundendam eſſe venam, aut ad ſummum in horam vſque quintam, aut ſextam, exiſtimant. Verum ſi quis memoria tenet, quæ toto ſupra libro ſunt dicta nihil tale committet, ſanguinem mittens quauis diei noctiſq; hora modo reſpiciat*: Nam etſi bonum eſſet eo tempore ſanguinem mittere tum priuſquam aer à ſole nos ambiens, ceu cauſa ſine qua non incaleſcat; tum etiam quia noctis tempore in ſomno cibi optima concoctio fit. Vnde in ventriculo nulla cibi cruditas adeſt, in vigilijs verò digeſtio tantum fit: Nihilominus hora detractionis ſanguinis non ab ijs elicitur, verum à mitiori tempore paroxiſmi morbi magni indicantis per ſe ſanguinis eductionem, vt in febrium aſſiduarum circuitibus, quinq; tempora peculiaria ſunt, nẽpe exordium, incrementum, vigor, declinatio, & remiſſio. In remiſſione itaq; ſanguinis detractio eligenda, vbi remiſſio fit; vbi verò non fit remiſſio in declinatione vtique venæ ſectio molienda venit, vt ait Galenus. *In febribus quidem particularium paroxiſmorum declinationem*, de venę ſectione alloquendo. Quandoquidem cucurbitulas ſcarificatas, vt ait Celſus admouebant. Antiqui ſanguinis detractione maximoq; ægrorum beneficio; *etiamſi in medio febris impetu* hora eſſet, aut ineunte declinatione, vt ſæpe in eſſentibus apparẽtibus, ego præſidium hoc maximo ægrotantium emolumento adhibui, priuſquam eſſeræ euaneſcerent. In morbis particularibus autem magnis magnitudine ſanguinea peccantibus, vt [illegible] borum inflammationes, dolores, ac alij magni morbi à ſanguine peccante oborti etiam ineũte declinatione acceſſionis, venam ſecare valemus, cum valde in ijs magnis morbis tale auxilium feſtinare teneamur. Ea propter ait Galenus pergendo. *In quibus autem aut ob oculorum lippitudinẽ, aut aliud ſimile citra febrem* eſſentialem putridam *hoc opus eſt auxilio non declinationem omnino acceſſionis* febris ſymptomaticæ, *cum omnino febris* nimirum eſſentialis *non adſit, ſed magnitudinẽ aut dolores, aut phlegmones, aut totius affectus, in quo ſecta opus eſt vena, incipere conuenit*. Poſtea verò quando ſententia eorum comprobanda ſit, inquit. *Cum autem nihil eiuſmodi aut vrgeat, aut prohibeat, præſtat mane venam incidere, haud protinus ex ſomno excitis, verum circiter horam vnam, in*

B

C

D

antea

Left margin notes:

4. De ſanitate tuẽda c. 4. & de renum affectuũ dignotione & medicatione c. 4.

In acutis morbis venæ ſectio ſi ante quintũ fiet, tutius eſt, ante incrementi initium.

In ſãguinis miſſione tamẽ dierum numerus non eſt obſeruãdus.

Vnde quoq; & quinto & ſexto, & octauo &c. vena ſecanda.

Tamen melius eſt ſi vſque ad quartum fiat, vt Galenus.

Vni tantũ viriũ robori, in morbis magnis incumbendum eſſe. Galeni ſententia & in ſexto, & ſeptimo &c. vena ſecanda.

De hora mittẽdi ſanguinis.

Alterius loci Gal. explicatio.

Hora & noctis vena ſecãda; & hora quietiori.

Duæ rationes cur bonũ eſſet, ſi hora matutina eſſet quietior, vt ea hora ſanguis detraheretur.

Febris aſſiduæ quinq; tempora, cuiuslibet acceſſionis.

Principiũ, incrementum, vigor, declinatio, & remiſſio.

In morbis particularibus magnis quãdo ſanguis mittẽdus.

Vt ſãguis nec craſſus obſtruẽs ſuntis reddatur ad venæ ſectionẽ, prius frictiones, lauacrũ & de ambulationes tenuantes conueniũt.

Right margin notes:

4. De vict. rat. in m. a. c. 7. & c. 21. & 22.

Lib. 1. c. 2.

Lib. 2. de mag. cacochyma.

4. De vict. rat. in m. acu. c. 21. 22. 27 & 29.

De conſt. art. med c. 19. & 6. epidem. com. 2. cont. 6.

Lib. 2. c. 39.

4. F. p. con c. 4.

Loci Galeni explanatio.

De cur. rat. per ſan. miſſ c. 20 & & 9 meth. c. 5.

Ibidem.

9. Meth. c. 5.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 20.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 21.

9. Meth c. 14. 12. Meth. c. 5.

Ibidem. Lib 2. c. 22.

4. De vict. rat. in m. ac. c. 19. & 21. & 22. & 27.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 21.

4. De vict. ra. in m. ac. c. 22. & 28. De cur. rat. per ſ. p. miſſ. c. 21.

A *antea vigilantibus.* Cæterũ vbi ſanguis craſſus, glutinoſus obſtruens eſt, vt fluxilis reddatur, quandoq; tenuandus, fluxiliſq; efficiendus, & frictionibus, & lauacro, ac deambulatione vt ait Gal. *Dictum eſt autem quod & lauacro vti quibuſdam expedit, quod ſi verum eſt, & praeunte quoque ambulatione nonnullis,* ergo tempus quoque mittendi ſanguinis erit, poſt frictiones, lauacrum, ac deambulationem. De venæ autem ſectione præſeruatiua molienda inquit. *Cæterum in quibus verè ineunte venam incidere aggredimur, aut propter febris metum, aut alterius cuiuſpiam affectus, ſcio me ſanguinem miſiſſe quibuſdam etiam, poſteaquam rerum ſolitarum quippiam obyſſent, ſiue in ludo literario, ſiue officinis, ſiue in foro, ſiue in ædibus.* Cæterum vt c. 11. iſtius libri diximus quod etiam idem Aetius adnotauit; Galenus eodem loco citato, ait de tempore bipartito miſſionis ſanguinis. *Iterata tamen detractionis tempus in quibus ſimpliciter quidem uacuare conamur, eadem die eſto,* vt in laſſitudine phlegmonoſa dixit. *At in quibus reuellere ſi vel duobus, deinceps diebus fiat, melius fuerit.* Tamen de primo modo inquit. *Porrò intento ſemper animo in omnibus id genus in laborantis vires eſto, manu ingiter arterijs illius admota:* ſanguis nanque dum mittitur ſemper pulſus tangendus, *ſunt enim quidam tam ad patiendum apti, vt confertam inanitionem non ferant: quo caſu, refecto primo die ægroto, iterare ſecundo detractionem expedit.* Idenque dixit vbi etiam cauſam reddens; ait. *Venæ autem ſectio ſuccos è vaſis emittit, vtile eſt poſt priorem detractionem tantiſper intermittere, dum aliquid eorum qui in corpore ſunt humores, remigret in venas.* Tempus mittendi ſanguinis ante cibum aſſumendum per vnam, aut etiam duas horas aſſignatur, ſi maiori refrigeratione opus fuerit. In menſium verò circuitibus, vbi in vtero à retentis menſibus, obſtructiones adſint *tribus quatuorùe diebus ante vertens, aut vena inciſa, aut ſcarificatis malleolis cruris vnius pauculum euacuato: Deinde poſtero die ſimiliter facito in crure altero.* Denique vero tempus, quo venam pertundere debemus quidem obſeruandum eſt, vbi cibi aſſumpti, tum coctio iam prorſus celebrata ſit, tum ſtercoraria egreſſa ſint excrementa, vel ſpontè, vel artis ope, vt antea hoc in libro, ex Hippocratis, & Galeni decreto, iam dictum eſt cap. 4.

B

Ibidem.

Lib. 3. c. 17. Idem ait 4. de tuend. ſan. c. 10. 4. De tuen. ſan. cap. 10.

De cur. ration. per ſang. miſſ. c. 12. & p. acxeperi. conſit. c. 4. f. 77. H. 4. De tuenda ſanit. c. 10.

Dum vena ſecatur à medico pulſus tãgatur.

De vict. rat. in mor. ac. t. 36. 9. Meth. c. 5.

Finis Tertij Libri.

DE MOR-

DE MORBI MAGNITVDINE SANGVINEA

Sanguinis eductionem per se postulante

LIBER QVARTVS.

Vbi Cur in Febre magna, pestilenti, & cacoethe, in sudoribus, in canis rabidi morsu, in torpore, lateris quodam dolore, cardialgia, & alui fluore sanguinis missio interdum non molienda sit: non nunquam verò agenda veniat; & per quem locum, & quando dilucidatur.

CAPVT PRIMVM.

Istius libri vtilitas tangitur.

CVM mea in hoc toto opere intersit, cuncta, quæ sanguinis quidem missioni rectè moliendæ, certissima Hippocratis, & Galeni sententia, conducunt, vndique dilucidare. Ideo hoc opus aggrediar. Vt in quocunque euentu etiam præcipiti, seu momentaneo, quo elapso ægri rectè curari ampliùs non possunt. Vnde interdum medici imperitia patientes miserrimè pereunt: ne itaque tale dedecus inquam mihi sit. (Diuino tamen semper numine fauente) simulque vt in quolibet casu, qui mihi rectè sanguinis mittendi, aut non mittendi, & per quem locum sese offerat semper Dei gloria, meorumque ægrotantium summo emolumento, vnà, & mei felicitate, ac honore, idipsum executioni mandare paratus sit, Eam sanè ob causam, cum præter ea alijs tribus libris superioribus, hactenus explanata, quæpiam alia declaranda sint, vt istius negotij omninò integritatem habeam. Quandoquidem circa nonnullas affectiones, ac potissimum circa eas iam in istius libri frontispicio propositas, plurima, & varia dubia soluenda inueniuntur: Ideòque propositi negotij explanationem ingrediar.

A B

CAPVT

A

CAPVT II.

Num quid febri magnæ peſtilenti, & mali moris ſanguinis eductio competat, necne? Cuique tali febri conducat,& cui noceat ſanguinis miſſio diſquiritur.

4. De vict. rat. in morb. acu. t. 19. & t. 24.

In febre peſtilentiali venæ ſectionẽ fieri debere probatur. Hipp. ratio.

DVbium vertit, an in febre magna peſtilenti venæ ſectio fieri debeat, necne? Cum ex Hippocrate habeatur in quocunq; morbo acuto, & magno vniuerſali totius corporis, vt morbo quidem extremo venæ internæ dextri cubiti inciſionem, ceu remedium extremum, congruiſſimam eſſe, vt lib. præced. cap. 14. ſatis oſtenſum eſt. Sed inter morbos acutos, & magnos vniuerſales totius corporis extremos primum locum vtique febris peſtilentialis occupat. Ergo inſtitutum ſequitur.

11. Meth. c. 15. & 9. Meth. c. 11.

B

6 Epid. com. 1. t. 29.

Lib. 1. cap.

Galenus. Prima Galeni ratio. Secunda Galeni ratio.

Quarta ratio Hippocratis à Galeno exhauſta.

Hippocrates dũ ſuis ægris venã non ſecuit, ratio eſt, cum ille tantum ab ęgris vocatus fuerit, viribus proſtratis.

2. Epid. com. 3. t. 26. ægro 9.

3. Epid. com. 3. tex. 72.

Præterea Galenus in omni febre putrida ſaluberrimum præſidium eſſe ſtatuit einſdem venę ſectionem, vt antea dictum eſt ob maximum eius calorem putredinalem euentandum. Verum inter febres putridas, primus locus febri peſtilentiali aſſignandus eſt; ergo aſſumptum habetur. Vlterius Galenus in locis Hippocratis dudum citatis ſuis commentarijs ea, quæ ab Hippocrate ſtatuta fuere, vt certiſſima collaudat, ergo ſtatutum confirmatur. Inſuper Hippoc. & Galenus vt abundè hactenus oſtẽſum eſt, in quacunq; febre motum celerẽ habẽte, putrida, cũ ibi morbi magnitudo ſanguinea, ſimulque ignea, & acuta ſit circa initia perpetuò ſuis ægrotantibus uenam ſecuerunt; vt ex eorum ſcriptis nobis poſteris relictis liquet. Quocirca ſi Hippocrates in his quidem febribus, interdum venam minimè ſecuerit; id ſolum fuit; quoniam ab initio morbi vocatus nequaquam fuit, vt ait Gal. in Critone inquiens. *Vnde mireris, quid cauſa fuerit, quominus huic initio morbi ſecuerit venam: ſed ſcimus ad plurimos eum, quos deſcripſit, morbo iam progreſſo accerſitum eſſe*. Hinc etiam ait. *Curioſè & hoc in loco rurſus interpretum quidam aiunt &c. Etenim dictum eſt ab Aſclepiade Parios maximum conſequi à ſanguinis miſſione emolumentum*, vbi ſtatuit, Hippocratem ſuppoſuiſſe ſanguinis miſſionem, in ſuis ægris, ab eo molitam; proinde huius remedij nihil Hippocrates meminerit. Cauſam vero reddit, cur tantum ab initijs vena ſecanda ſit, non autem incremento iam facto, vltra rationem aliam ab eo aſſignatam alio in loco ratione vehementiæ ſymptomatum, cum aſſeuerarit, quoties morbi magnitudo, & cura eius ſimul non coierint,

Cur Hippocrates tantum per initia febrium malignarũ ſanguinem mittebat: cum in his febribus ab ineunte incremẽto, vires proſternuntur.

C

2. Aphor. 29. & 30.

Lib. de arte p. 30. ex Foeſ.

ſemper morbi curatio præoccupari, hinc etiam ægros perire: Ne itaque ęgrotantibus mortẽ ſanguinis eductione celeremus; tunc vtique, à ſanguinis miſſione per venæ ſectionem facta abſtinendum eſt; in febribus malignis potiſſimum. Nam alijs etiam incremento exiſtente vniuerſali, venę ſectio conuenit, tunc enim vltra tertium diem in quo morbi acuti exactè, & magni initia terminantur 4. die quoq; 7. & 11. die, & alijs diebus venę ſectio rectè fieri põt, vt lib. 3. c. vltimo dictum fuit, etſi etiam quarto die, quo incrementum incipiens nondum factum, in malignis febribus vena ſecari valeat. Ceterùm Rufus Epheſius inter Gręcos Autores doctiſſimus in febre peſtilentiali ait venę ſectionem ab initio molitam pręcipuum pręſidium eſſe: Quam ſententiam Paulus Aetius Celſus, & Auicennas etiam amplexi ſunt. Paulus enim ait. *Quibus autem ſanguis inundauerit, ſecare venam oportet*. Aetius verò inquit. *At quibus ſanguis excedit, vena ſectio confert*. Cornelius autem Celſus habet, *Si vires ſinunt, ſanguinem mittere optimum eſt; præcipue que ſi cum dolore febris eſt*. Auicennas quoque exarat, *Summa curationis earum eſt exſiccatio, & illud cum phlegbotomia, & ſolutione ventris, & oportet, vt incipiatur in ea ad euacuandum. Si autem materia vincens fuerit ſanguinea fiat phlegbotomia*. Inſuper Galenus ex Hippocratis decreto ait quòd febres peſtilentiales ex colore habitus corporis patientis, deſumentę. *Valde rubeæ autem inter ſynochos numerantur, & venæ ſectio ad animi vſque defectum ducente iuuantur*. De valde verò palida, ſi febris peſtilentialis inter ardentes reponenda ſit: Pariter vſque ad animi deliquium ſanguis educendus erit: Si verò febri ardenti proportione minimè reſponderit, tunc ſanè non niſi diligenti, ac religioſa pręmeditatione prius facta, poſtea venę ſectio molienda venit, vt infra patebit; & ibi Hippoc. ait *febres aliæ valde rubeæ, aliæ valde pallidæ, aliæ liuidæ*, non autem ſimpliciter rubeę, ſeu palidę, cum hi colores familiares ſint: At ſimpliciter *aliæ liuidæ* ait, cum hę quomodocunque fuerint malę, & mortiferę ſunt, cum virium imbecillitate ſint: ſicuti malę ſunt valde rubeę, & valde palidę. Ceterum in oppoſitum in febre peſtilentiali venę ſectionem haudquaquam fieri debere probatur. Primo eò, quia febres peſtilentes magna ex parte calore non ita vehementes, vt alię putridę ſunt, vt Galenus faſſus eſt. Proinde terram famiam prębebat Romę; *Ex vino albo conſiſtentia tenui modice diluto admodum aqueo grauius* febricitantibus febre peſtilenti, ac ita ſine venę ſectione ęgros curabat, vt infra dicam. Hanc autem rationem à Celſo comprobari valet, qui ad febres peſtilentes rectè curandas, ait, *ducere in balneum opus eſt: vinum calidum, & meracius dare*. Vlterius in febre peſtilenti iam pręſente nunquam pulſus magni ſunt, venę ſectionem permittentes, immo parui, ac obſcuri vltra plura ſymptomata hanc febrem concomitantia,

1. Aph. 12. & 3. de Cuſ. ca. 5. & 6. & 7. & 9.

Rufus epheſius in febre maligna ſãguinem mittit.

Idẽ Paulus Aetius, Celſus, & Auicennas.

Lib. 2. c. 36. Pauli verba.

Lib. 5. c. 45.

Lib. 3. c. 7. Celſi verba.

Lib. 4. f. 1. tract. 4. Auicennæ verba.

6. Epid. com. 1. contex. 29.

Galeni locus alius ex Hippoc. febribus peſtilentibus rubeis ad animi deliquium vſq; vena ſecanda.

D

Per oppoſitum. In febre peſtilẽtiali venę ſectio non competit, probatur. Prima ratio.

1 lib. de bonit. & vit. ſuctio c. 8.

Secunda ratio.

Lib. 3 c. 7.

Tertia ratio.

tantia, tale remedium prohibentia, cum apud priſcos habeatur, *Peſtilens eſt febris, quæ cum multa caliditate ſitim inextinguibilem inuehit, (bilis omnis generis vomitus) fætidas alui excretiones ac virulentas, vt paludum graucolentiæ ſint; quæ excernuntur ſimilia: vrinas multas, ac tetri odoris, pulſus paruos obſcuros que inducit.* Quam ob rem ipſa febre Romæ graſſante, etiam per initia ita vires ægrotorum imbecillæ omnino reddebantur, vt Galenus ab initio quoque ſanguinem mittere per venam ſectam neutiquã auſus fuerit: dum nobis poſteris hæc verba conſignauerit. *Quumque medici nonnulli paucis omnino quibuſdam ſanguinem mittere auderent, morbi initio (ſi quidem non iniuria remedij huiuſce vſum reformidabant, ob virium iam tum antea imbecillitatem) nulli eorum animaduerti ſanguinem profluxiſſe probum, qualem de ſanorum corporibus profluere ſolet, ſed aut plus iuſto ruffum, aut nigriorem, aut ſeroſum nimis, aut acrem, ac venam directam ipſam inter fluendum, vellicantem mordicus, ſic vt ægrè inde ad cicatricem duci vulnus poſſet.* Eanque ſanè ob cauſam, nec etiam in exordio iſtius febris, viribus profligatis, etiamſi ſanguis omninòque corruptus igneus, acer, & mordax fuerit, venæ ſectionem moliri debemus, cum tunc virium Naturæ, quæ per ſe ſanat dignitas longè maior vtique conſeruanda reperiatur, quam ſanguinea morbi magnitudo curanda, vt antea dictum eſt. In hac itaque febre interdum morbi acuti iſtius magnitudinis motus ita celer eſt, ac adeò illico cor petit, vt non modo cordis ſpiritus, ſeu calor primogenitus lædatur, quaſi ephemera peſtilens producatur, aut cordis ſucci ita afficiantur, vt veluti putrida peſtilens gignatur: At verò etiam cordis pars ſolida adeò obnoxia ſit, vt ab initio quoque febris peſtilens hectica aboriatur: vt ex Galeno habetur aſſeuerante. *Etenim ſunt, vt docuimus peſtilentes non paruæ inde vſque ab initio hecticæ diſtantque ab omnibus alijs* peſtilentibus *febribus, quæ ex magna putredine oriuntur.* Ratio autem cur ab ineunte febre peſtilenti ita virtus dilabatur, ſimulque profligetur aliquando, vt etiam ab initio ipſa hectica euadat, ex Galeno elici poteſt. Cum febris peſtilens non ex ſola ea magna, ſeu excellẽti putredine proficiſcatur, Verum etiam ab alia cauſa, quæ totam corporis ſubſtantiam à Galeno etiam temperamenti totius, vel ſubſtãtiæ proprietatem vocatum inuehit, vnà & corrumpit: Quandoquidem ex Hippocratis decreto, dum morborũ cõmuniũ populariumue imperfectã ſanationẽ, curationẽnq; conſtituit, vbi ab ambiente nos aere morbi aboriuntur: ſæpè enim exhalationes ex paludibus, vel ſtagnis, aut lacubus, vel ſimiles aliæ ex terra euaporantur, ac tales morbos pariunt. Interdum verò accidit vt ſola anni temporis temperatura inſalubris eos morbos gignat, ſubinde ait. *Rectè igitur, quum halitus ſola potius ſubſtantiæ proprietate, quam ſimplici aliqua qualitate corporibus noxij ſunt* Hippocrates *curandi rationem explicuit, rem hanc in duos referens ſcopos, locorum mutationem, ac vſum modicè reſpirationis.* Potiſſimùm autem temperamenti originalis, & proprij naturalis ſubſtantiæ corporis humani proprietatem, ſeu totam ſubſtantiam offendi, atque ſimul corrumpi, certum eſt, ab initio, vbi peſtilentes febres liuidæ fuerint, quæ vtiq; *idcirco mortiferæ ſunt* cum naturalis calor ibi deficiat, *ex quibus nonnullæ ſyncopas euacuationem ſequentes efficiunt.* Proinde his febribus, ne dum venæ ſectio vllo modo confert, immò admodum lædit, ſed nec etiam ventris purgatio aluina agenda erit. Pro iſtius autem quæſtionis ſolutione primum fundamentum ſit. Hanc febrem duplicem eſſe, vel enim propriè peſtilentem, aut non propriè: Propriè autem peſtilens ea eſt, quæ certè ne dum magnam excellentemue putredinem, verum etiam aliam à tota ſubſtantia, ſeu à proprij temperamenti ſubſtantiæ proprietate corrupta putredinem obortam, ceu duas cauſas ſibi iunctas habet, & quæ præterea etiam contagioſa apparet. Cuius vtique tres ſpecies exiſtimantur, pro vt etiam tribus rationibus ipſa, data occaſione, homines infeſtare valeat: vel enim per tactum, aut ſecùndum diſtans, ac iſtæ duæ communes non ſunt. Tertia verò quæ communis eſt ex aeris corruptione adnaſcitur. Non propriè verò peſtilens ea quidem creditur, quæ contagioſa nullatenus eſt: Hinc nec etiam à putredine, à tota ſubſtantia, ſeu à temperamenti ſubſtantiç proprietate corrupta producta pendet: immò tantum à magna, inſigni, ſiue excellenti putredine procreatur, & quæ cacoethis ſeu mali modi, ſiue mali motis appellatur vt lib. 2. iſtius operis c. 18. abundè diximus. Quæ ſanè talis non niſi initijs omnibus elapſis tranſacto quarto die in incremento iam præſente maligna effici valet, vbi ſymptomata vehementia fieri incipiunt, vt in cunctis morbis exactè ſimpliciter acutis vſu venit: Peſtilentium autem, quæ propriè tales ſunt, aliæ herclè flatuoſç exiſtunt, quç motum tardum, non autem calorem obtinent: Vnde ex quo ibi magnitudo morbi ſanguinea handquaquam inuenitur, quin potius tantum cacochyma: Quam certè ob rem aliquç febres peſtilentes reuera ſunt, quç vix nobis apparent, & non aliundè Galenum hçc dixiſſe reor. *Vnde colligitur, quod ij duntaxat non fuerit auxilio, qui planè erant incurabiles* nempe terra ſamia, quç vtique *bibitur ex vino albo conſiſtentia tenui modicè diluto, ſi aut planè febri careat, aut leuiter ea tenuatur, ſin grauis febriat admodum aquco.* Idcirco collige ſicuti iſtarum febrium tardi motus Galenus Romç curationem ingreſſus eſt, ſine vlla ſanguinis miſſione ita etiam nos eas curare deuincimur. Ea propter ſicuti quanto iſtius febris motus tardior fuerit, tanto minus ignea febris ſemper erit: tanto magiſque à venç ſectione nos abſtinere tenemur: ita è contra quo febris peſtilentis velocior motus ſit, hinc eò etiam tutius erit ſanguinis miſſio; perſpecta ſemper tamen conſuetudine, vel miſſionis ſanguinis, aut ſanguinis aſſuetç, aut retentç fluxionis; ac omnibus alijs pręmeditaris, quç de iſtius remedij coindicantibus, permittentibus,

ac

Margin notes (right): A — Lib. Gal. aſcripto finit. medicæ f. 46. D. — Lib. de bonit. & vit. ſuccorum c. 1. — Lib. 1. c. 19. ex Gal. 13. Meth. c. 3 & 7. met. c. 12. & 9. meth. c. 13. — B — 3. De præſag. ex pul. c. 4. — In lib. Hippoc. de nat. humana com. 2. tex. 4. — Ibidem. — C — Septima ratio. — 6. Epid. com. 2. cont. 29. — D — 1. Aph. 12. & 14. de criſ. c. 5. & 6. & 7 & 9. 6 Epid. com. 2. cont. 29. — Ibidem.

Margin notes (left): Quinta ratio. — Peſtilentis febris tres ſpecies ſeorſum diſtantes Ephemera, putrida & hectica. — Ab initio etiã aliquæ peſtilentes hecticę fiũt. — Sexta ratio. — Peſtilens febris non modo ex magna ac excellẽti putredine emergit, ſed ẽt ex alia cauſa q̃ totam corporis ſubſtantiæ corrumpit proprietatem emanat. — Solutionis fundamentum primum. — Propriè peſtilẽtes febres, quæ ſint. — Quarũ tres ſpecies ſunt. — Non propriè peſtilentes febres quæ ſint. — Ipſa vero tantũ cacoethis ſiṅgula pſo quarto die in augumento. — Secundum fundamentum. — Propriè peſtilẽtes aliquæ flatuoſæ. — His flatuoſis febribus venæ ſectio non conuenit. — Si vero febris peſtilens ignia val de fuerit: tunc magna erit ſanguinea & acuta magnitudo: cui venæ ſectio conuenit 4. de vict. rat. in m. acut. t. 29. & 24. ex Hippoc.

A ac prohibentibus antea iã fusè dicta ſunt. Eanq; ſanè ob cauſam, ſi peſtilentes febres naturę fuerint morborũ, qui valde ignei, & acuti vehementerq; magni exiſtunt tum vniuerſales, tum particulares, ſanguinis miſſionẽ adeò amplã flagitantes, vt vſq; ad animi deliquiũ, id adminiſtrare cogamur, de quibus vberrimè lib. præcedenti iam eſt demonſtratum; tunc certè ſola ferè curatio in ſanguinis miſſione conſiſtit. Interdum, verò peſtilens propriè appellata, quæ ex ijs duabus

6. Epid. com. 1. cont. 19.

ſimplicibus, nempe ex flatuoſa, & ignea compoſita habetur: Pemphingoides nominata: Quæ internum calorem continet, licet extrinſecè calor is igneus non extendatur, immo intenſus quãdoque habeatur ſi magis ignea fuerit: ſin autem magis flatuoſa, nec etiam calor internus ſe habet: Huic autem, ſi primo modo ſe habuerit, procul omni dubio venæ ſectio confert: ſicuti dum ſecundo modo inueniatur, venæ ſectio obeſt. Ac ita in eo quod magis ignea reperiatur audatius vena ſecanda, veluti in oppoſitum pro vt magis flatuoſa eo magis quoque inhibetur, quominus venæ ſectio fiat. Verum ſi æquabiliter tum ignea, tum flatuoſa fuerit conſideratius agendum eſt, minorem cruoris menſuram educendo, omnibus alijs perpenſis, quæ ad ſanguinis quantitatẽ moliendam faciunt: Iſtius autem febris Galenum meminiſſe inuenio ita.

Tertium fundamentum. Quandoque vero febres peſtilẽtes ex flatuoſa, & ignea alla ta componuntur Pẽphingoides vocatæ ab Hippocrate ſtatutæ. Quibus, prout hæ magis igneę vel magis flatuoſæ, venæ ſectio vel confert, aut non confert.

Ibidem.

B *Pemphingodeæ febres eas intelligamus, quæ veluti ſcintillarum exilientium imaginem reddunt, atque huiuſmodi febres ex duabus ſimplicibus iam prædictis compoſitæ fuerint, flatuoſis ſcilicet, atque igneis &c. Igitur veriſimilium eſt febrem pemphingodeam dictam eſſe aut ſpirituoſam, quæ ad tactum referatur, aut peſtilentem. In ſermone autem, cum huic voci (pemphingodees) hæc (terribiles) adiecta ſit. ſola peſtilens febris denotatur: cuius ab alijs calor per putredinis excellentiam differt: ſicuti hac noſtræ tempeſtatis longiſſima peſtilentia viſum eſt. Atque idcirco neque calidi, & perurentes, qui peſte laborabant, tangentibus videbantur, quamuis interius magno flagrarent incendio: Quemadmodum & Thucydides aiebat. Et exterius quidem tangenti corpus neque valde calidum erat, neque viride, ſed ſub rubrum, liuidum, puſtulis exiguis, & vlceribus eſfloreſcens: interiora autem ita vrebantur, vt neque valde ſubtilium veſtimentorum, neque linteolorum velamenta, neque aliud quicquam præter nuditatem ferre poſſent. Dicta ſanè eſt pemphix, & in Gnidijs ſententijs, quas Euriphonti medico attribuunt hiſce verbis. Mingit parum ſubinde, & vrit, & ſupernatat pemphix, vt olei viridis inſtar aranea. Videtur autem iſti pemphinga vocare non totam ampullam, ſed ſolum id, quod ipſam exterius araneæ inſtar circunſcribit.* Ex quibus adnoto ex Thucidide febrem peſtilentem pemphingedeam ardentem eſſe, vbi interna vruntur, nec tamen extrema algent, vt in febre ardente, quę ex Phlegmone maligna fit, vt Gale-

Ex Thucidide febris peſtilens pẽphingoides ignea ardens; differt ab ardẽte maligna.

C nus ſtatuit ſed exterius *quidem tangenti neque valde calidum erat*, in qua febre ſi liuida fuerit, cum virium imbecillitate, venæ tunc ſectio adminiſtranda non erit. Præterea etiam febris peſtilens vrinam oleoſam à calore colliquatiuo factam habens ab Euriphonte pemphingodea vocatur vt Vxori Dreameadai, & alij egro contigit. Præterea febris hæc ab Hippocrate *in præſenti ſermone, propoſita à differentia caloris accipitur* febris eſſentialis, ac vniuerſalis totius corporis *qua & peſtilens febris putridum calorem habens contineri poteſt*. Non autem vt ſymptomatica, quia *longè à propoſita febre febrium diuiſione aberant, nonnulli enim Medici veteres, & febrem phreniticam, & lethargicam, & pleuriticam, & peripneumonicam appellarunt*. Verum his fundamentis iactis ex parte febris magnæ peſtilentis ſanguinis miſſionem poſtulantis, aut non indicantis. Modo fundamenta permittentis, ſeu prohibentis hanc ſanguinis eductionem in ipſa febre diſquirenda ſunt: Nam febri ipſi peſtilenti ab initijs, vel virium robur pulſu magno, & æquali annexum eſt, venę ſectionem permittens, à Galeno etiam in ſeptuagenarijs conſtitutum: ac tunc omnino tuto venam ſecare poſſumus: Aut virium imbecillitas ineſt, ac ibi à venę ſectione abſtinere cogimur. Cæterùm quoniam non ſolum vt in omni morbo, ac in omni venę ſectione *vnà cum ſanguine multum è vitali ſpiritu excernitur, quo exereto refrigeſcit totum corpus, & opera naturalia deterius obeuntur*.

4. De vict. rat. in morb. acu. cont. 36. eu Hippo. 7. aph. 72.
2. Epid. ſect. 3. t. 28.
3. Epid. ſect. 3. t. 29.
Gal. ibidem 6. epid. com. 1. cõtex. 29.

De cur. rat. per ſang. miſſ. c. 13.

De renũ affect. dign. & medic. c. 4. claſſ. 7. fol. 193. E.

Quartum fundamentum reſpectu permittentis virium roboris in febre propriè peſtilenti.

Quintum fundamentũ virũ robur in hac peſtilenti plus profligatur, quam in alijs febribus.

D Verum etiam virium robur in peſtilenti febre longè magis quam in cęteris cacoethicis febribus ob putredinem à temperamenti ſubſtantię proprietate concitatam profligatur, hinc eo magis in hac febre vires venturas, ſeu perdurantes vſque ad vniuerſalem ſtatum, dimicanteſque contra magnitudinem peſtilentis febris ſemper ponderare tenemur, cum hęc tria in quocunque morbo introſpicere deuincamur Galeni, & Hippoc. decreto. Ideo longè in febre peſtilenti cautius circa quantitatem ſanguinis mittendi agere tenemur: At ſi virium robur in ea peſtilenti propria febre ne vſque ad vniuerſalem perdurari vigorem valeat, an non, hinc etiã num quid venę ſectionem moliendam permitrat; ex alimentorum oblatorum bona aut mala aſſumptione, deprehendere facilè poſſumus. Quando quidem ſi nedum ex nauſea ab humore bilioſo ad ventriculi os aſcendente oborta, verum etiam ob ingentem à tota ſubſtantia genitam putredinem alij magnę ſeu excellenti putredini iunctam, totum corpus ita flagrantem, vt ęgri omnino alimenta oblata reſpuant: tunc ſanè nec à principio vena ſecanda, cum virium robur vſque ad illius febris vigorem allatum perdurare nequeat: Sin ęgri bene ſe habuerint ad alimenta oblata, tunc vires validas vſque ad eum ſtatum perdurandas fore, ſperandum eſt: hinc etiam venę ſectio ibi molenda venit: Quod ſanè ex Hippo. & Galeno confirmare queo, cum hęc verba habeantur. *Fortiores ęgri ergo, qui vim ſibi ipſi afferentes cibum oblatum aſſumpſerunt, omnes ferè ſuperſtites fuerũt, Plurimi verò mori potiùs, quam comedere quicquam prius duxerunt, atq; ipſa accidiſ-*

3. De Criſ. c. 5.

Sextum fundamentum. Num quid ĩ viribus validis vẽtutis ſeruandis vſque ad morbi ſtatum, permittẽtibus venam ſecandã, ex ęgrorum alimenti prumpta aſſumptione exhauritur.

5. Epid. com. 3. t. 18.

Ibi

se illis videtur, qui tum ægrotauerunt maximo vitio ventris, etenim & huius est opus ciborũ appetentia. A

Ibi enim Galenus de febre propriè pestilenti asserere intendit ex Hippoc. t. 57. proposita, cuius proprium symptoma alui fluorem colliquatiuum esse depromit, vt ibi patet. Cæterum ad febré cacoethem quasi accedamus, quæ potissimum ex prauis succis resultat, & simpliciter acuta, seu magna esse conspicitur; quæ vtique quatuor gradibus vt plurimum magis acuta, vehementiorque esse cernitur, vel enim acutissima, seu vehementissima per peracuta vocata, quatuor solum diebus protrahens: cuius cum Hippocrates meminerit; posteritati memoriæ verba hæc mandauit. *Simplicissima enim febres, ac signis firmata securissimis, quarto die, aut citius desinunt. Maleficentissima verò, ac signis affligentes difficillimis: Quarto die, aut citius interimunt.* Per simplicissimas Græcorum more ait Galenus ex Dinarco, Demosthene, & Platone, febres Hippocratem intendere *de affectione bonis moribus prædita:* sicuti maleficentissimæ illæ sunt prauissimis, seu pessimis moribus iunctæ, vt Malignissimæ, seu mortiferæ sunt. Quibus nihil aut parum venæ sectionem conferre posse arbitror, cuius speciei febris ægritudines fuerunt, quibus Criton secundo die obijt, & Phreniticus quarto die interijt: ac ferè alij ægri, qui die quinto perierunt, vt Erasinus, Philiila, & mulier, *quæ angina laborabat, & apud Bitonem agebat.* At verò inuenio aliquas febres cacoethes esse, seu malignas, non autem malignissimas, nec mortiferas, symptomatibus sæuis iunctas, prauisq; moribus annexas, quæ perperacutæ sunt, & quatuor diebus sanguinis profluuij beneficio, patientum sanitate integra terminarunt: cuius rei plures in Hippocratis ægrotantibus historijs inuenio. Quandoquidem Prima historia Metonis est, cui *Die quinto è dextra nare affatim profluxit, merus sudauit, & iudicatus est:* auxilio tamen lauacri capitis ab Hippocrate facti. Præterea Pericli Abderæ lienoso febre cacoethe accidentibus prauis connexa laboranti. *Primo die ex sinistra nare sanguis profluxit multus, tamen increscebat: secundo die omnia fuerunt grauiora:* Nihilominus ab eo sanguine egresso natura pondere, & à calore exonerata, factaq; hinc validior, *Quarto die sudor prorupit toto corpore multus, & calidus à febre liberatus est, neque rediyt.* Insuper Mulier morosa circa quartum diem *sub inditium menses copiosè sunt profusa: & indicata est:* Quocirca ipsis febribus admodum venæ sectio conducit, immo sola venæ sectio confert, nisi quid eã prohibeat; nihil verò humorum purgatio, vt ait Hippocrates eo quia istæ febres cacoethes alui fluore non desinunt, cum vehementer admodum magni morbi sanguinea magnitudine præditi sint. Post hæc autem febres mali motis valdè acutæ, seu peracutæ, vehementerq; magnæ septimo die terminantes reperiuntur. Quibus etiam quidem solam venæ sectionem conducere statuit Hippocrates: *Nam venæ sectio in his præferenda venit: deinde clysmis est opus: si vehemẽs, & magnus fuerit morbus:* non autem medicamentis igneis solutiuis ore assumptis egenus, vt alias dixi. Quippe quod tantæ efficaciæ remedium hoc inuenitur in his febribus, vt etiam huius auxilij ope, die tyranno sexto (ita à Galeno appellato, cum in eo pessima iudicatio ægrorum obitu fiat, aut ægrorum recidiua) iuditium integrum, & optimum à natura omnino vincente efficiatur, vt in Larissæ Virginis historia ab Hipp. narrata pro nostra vtilitate habetur, cui *dum febrie itaret, & iã iudicatæ menses tum primum prouenerunt, circa quartum diem, sexto ex naribus largiter multum fluxit &c. à febre est liberata &c. Huic non repetijt, & est indicata,* & ait Gal. *At mirum non reuertisse, eum sextus dies non indicet vnquam fideliter. Quare nouum hoc, & rarum illi accidisse indicauit, cũ scripserit. Huic non repetijt. At verò causam etiam cur non redierunt, scripsit addendo. Dum febricitaret, & iam indicata menses primum promouerunt.* Vnde ex ea mensium sanguinis excretione exonerata natura, validiorque, ac vincens reddita, causa certè fuit, vt deinde sexto eo die tyranno *ex naribus largiter multum fluxit, iuborruit, ac mox sudauit, toto corpore multum & calidum, & à febre liberata:* Vnde sicuti id ob eam mensium exeretionem contigerit: idipsum quoq; de venæ sectione ante quintum diem molita, asseuerandum esse puto, si autem acutæ, & magnæ simpliciter exactè fuerint febres cacoethæ quatuordecim diebus desinentes; nec non acutæ, magnæq; simpliciter non exactè sint, hæ cacoethes febres vigesimo die terminantes; tunc interim sanè ad eam Hippocratis, & Galeni doctrinam hactenus explanatam confugere teneor, ne circa hoc negotiũ amplius tempus conteram. Perpensis omnibus ijs hucusque statutis, quæ indicantium, coindicantiumq; nec non permittentium, & compermittentium, atque prohibentium omnium sanguinis missionem scientiam complectuntur: Ac deniq; perspectis febribus cacoethicis syncopalibus omnibus, tum humoralibus, seu repletionalibus, tum minutis ex tenuibus humoribus obortis: quibus venæ nulla sectio, nec vlla sanguinis missio conuenit. Quas etiam malignas symptomaticas vocant Medici syncopales: De qua re Hippocrates ait. *Cordis dolor eum hypocondrio contẽto, dolorque capitis Malignum, & spirituosum quippiam an repente hi moriuntur? vt in Dysode.* Per cordis etenim dolorem cardialgiam intelligere deuincimur. Qua vtique Philini vxor primo die, & Epicratis Vxor die quarto; Ac primo die Mulier *quæ decumbebat in mendacium foro.* Ac etiam primo die Nicodemus Abderæ laborare cœperunt; cuique neutiquam vena secanda est. Si itaq; nullum prohibens sit in febre maligna, sanguis confestim mittatur, ex quo non modo calor innatus à pondere exonerabitur, ac validior fiet, & obstructiones cohibebũtur, corpusque traspirabile euadet, verum etiam caloris ignei euentatione, & excrementi putridi, fuliginosi, ac fumidi eductione,

Septimum fundamentum vbi primũ fūdamẽtum febriũ non propriè pestilẽtium: & propriè malignarũ quæ cacoethes Græcè vocantur. Istæ malignissimæ, ab initio, ita vehementissimo ac excellẽtissimo, putredinali calore existũt, vt calor naturalis aereus omnino lignei conuersus, hinc etiam penitus corruptus; vel aliqua vehementi causa, aut extinctione vel longa dispositione præcedẽte vt etiam totũ corpus, termino quatuor dierum spacio corrũpat: vt Hipp. Galeni & Aristotelis autoritatib. iã fuisse demonstratũ 1. de medicinæ certitudine.

Octauum fundamentum.

Nonum fundamentum.

Decimum fundamentum.

Vndecimũ fundamentum.

2. De alim. sicul. c. 6.

In prog. Hipp. con. 3. tex. 2.

1. Epid. com. 3. t. 16.
3. Epid. com. 1. 75.
1. Epid. com. 3. t. 25.

B

3. Epid. com. 2. t. 4
3. Epid. com. 2. t 4.
1. Epid. com. 1. tex 24.
3. Epid. com. 4. t. 77.

1. Epid. com. 1. t. 81.

4. De vict. rat. in morb. acu. t. 24

Loco citato.

C

4. Aph. 29. & 2. de diebus decretor. c. 3. & c. 4. & 1. prog. Hip. com. 3. cont. 1.
3. Epid. com. 3. t. 81.
In commento.

2. Aph. 23. & 2. de iudicationib. pag. 67.

D

Lib. præ rog. p. 54. & 3. epid. sec. 3. p. 55.
4. De vict. rat. in m. ac. t. 22. & plurib. alijs in locis.
4. De vict. rat. in morb. acu. t. 47. 48 & 49 & Gal. 1. ad Glauc. cap. 14. & 12. meth. cap 3 & Paulus lib. 2. c. 37.
1 Progn. com. 2. 140
1. Epid. 3. t. 81
Ec. c. b. tex 33.
1. Epid. c. m. 2. t. 9.
3. Epid. com. 3. t. 81.

A ctione, refrigeratio sequetur, nec non febris, ac symptomata, simulque discordia inter calorem naturalem, & calorem putredinalem mitigabuntur. Responsiones autem, ad rationes in oppositum deductas, cum pateant, non sunt explandæ.

CAPVT III.

De loco emissionis sanguinis in maligna febre.

CVm autem non satis sit, scire in febre cacoethe sanguinem mittendũ esse: quia etiam per quos locos eum educere debeamus scire oportet tum ratione huius febris, tum respectu eius symptomatum, ac pręsertim peticularũ, ac phlegmonum. Per plures etenim tam locos, quam vices in hac febre hoc præsidium administrandum venit; æquè tum, vt tota sanguinea æquabiliter depuretur massa, tum ad vires validas manutenendas, tunq; deniq; vt exacto, ac methodico totius curationis ordine, omnia cohibeãtur mala febri malignæ annexa. Sic enim hoc meo eduB ctionis sanguinis expedicto omnino satisfaciam promptuario, quacunq; sanguinis detractione in febre mali moris agenda decorato. Hæc omnia itaq; dilucidanda veniunt. Quoad sanguinis enim mittendi locum in febrę magna pestilenti, & maligna, tametsi ex antea hucusq; statutis, liqueat: quia si febris ipsa vniuersalis, essentialisq; fuerit, venam dextri cubiti internam ex Hipp. ab initio scindendam esse constat: Pariter dum symptomatica esset ab hepate, pulmone, pectore seu corde læso oborta eandem venam, nos aperire debere Gal. iuber: Similiterq; si inflammationum partium aliarum symptomatica fuerit; venam propinquã proptię illius venarum regionis affectæ, semper disecandam esse clarè perspicitur: Nihilominus non deest alia opinio, vt ab initio in febre pestilenti essentiali venam cubiti dextri nos secare non debere; immo tantum eam crutis malleoli substinens, ratione fluxionum sanguinis cor, fauces, & caput in febre pestilẽti petentium; ex quarum partium principalium lęsione pestilentes, essentiales admodũ deteriores, ac ẽt mortiferæ euadunt: ad reuulsionem vnã, & euacuationem, simulq; refrigerationem efficiẽdã, cum habeatur, *cum olim pestilentia ingens Asiam occupaßet, qua cadebant innumeri, tum ego secundo die, nulla facta remissione eius scalpendo ad binas libras sanguinis euacuationem fieri permißi, & perinde deuitaui periculum: Multi quoq; alij eo vsi, adiumento conseruati sunt: Præcipuè, qui largè sanguinem euacuarunt. At ẽt mediocres capitis aufert dolores, fauciumq; inflammationes. At vetustiores ta-* C *les casus scarificationum sectionibus dißoluimus. Oportet itaq; ex atrocibus morbis ad naturalem habitum perducere: neque quicquam tam ad concinam conuersionem agit, quam ex scarificatione sanguinis euacuatio.* Quas duas sanguinis vacuationes Galenum posuisse pro comperto habetur in lassitudine phlegmonosa, agendas, his verbis. *Vbi verò sanguinis redũdantia grauat dictum puto supra est, optimum esse vel venam incidere, vel malleolum scarificare,* & si venam cubiti dextri internã ibi secandam in ea lassitudine statuerit. Cæterùm si maioré à capite reuulsionem efficere voluerimus, ea quidem malleoli scarificatione fiet ob dolorem in malleolo excitatum: Nã tum quia *ex duobus doloribus simul non eundem locum occupantibus, qui vehemẽtior est, alterius sensum obscurat* quia *à vehementiore* dolore *alterum* dolorem *obtundi, & hebetescere contiget, tota nimirum sentiendi facultate ad id, quod magis vrget conuersa, & in diuersum tracta*: Tum eo, quòd etiam *dolor dolorem sedat* ad partem postea dolentem, dum fluentis humoris reuulsio fit, quam vtique *quam maxime procul ab illis locis faciamus, vbi dolores excitari, sanguinemq; colligi nouerimus*: & licet Hipp. id tantum ratione venturi morbi magni à sanguine fluxuro gignendi, præseruatiua tantum, vt antea dictum est, & vt Galenus statuit, inquiens, *Et mihi quidem videtur, quod id in his, qui prospera vtantur valetudine dictũ sit: quippe quod voluerit autor assuefacere humores redundantes in alias ferri par*D *tes.* Nihilominus duo sunt in malleoli scarificatione, reuulsio nempe à capite facta, simulq; dolor malleoli, qui capitis dolorem pręsentem his duabus rationibus allatis sedat: hinc Autor ille, *At vetustiores tales casus scarificationum sectionibus dißoluimus.* Pręterea interdum sanguine malo in vena porta peccante, putrescenteque vnà cum bile prædominante in febre cacoethe in cauo hepatis existente, non nisi per venas sedales sanguis educendus, nihil verò per cubiti, nec per crutis venam cauam, nec etiam cucurbitulis scarificatis, vt antea iam satis ostensum est: Verum vt istius rei modum explanemus, perpendere nos tenemur, num quid calor putredinalis febrium pestilentium, seu febrium mali moris ardentis, seu synochæ febris particeps fuerit; aut cum aliquo alicuius præcordij tensi, inflãmationis periculo, qua in plerisq; in his febribus pereũt ægri, vt Gal. ait: Vlterius in valde calidis naturis; & vbi sanguis semicorruptus est inter inguinas, & alas, perpetuo, per venã cubiti dextri internã sanguinem detrahere cogimur. Sin istorũ neutrũ fuerit, imò tantũ fluxio ad cerebrũ accedat, immineatq; rationis imperiũ occupare, quo occupato facilè patiẽtes interimunt, pręceptis artis medicę obediẽtiã pstare nollẽres, tũc satius est, venã malleoli scindere, ac postea perseuerãte cerebri lęsione, ad malleoli scarificationẽ deuenirẽ. Verũ satius erit prius, primo, aut secũdo die, cubiti venã pertũdere, deinde eã malleoli, ac denique si opus fuerit scarificare: Hoc enim modo sanguinis, tum crassi, tum tenuis missio vacuatiua,

Marginal notes (left): 4. De vict. rat. in mor. acut. c. 24. & Gal. 11. met. c. 22. — Ibidem. — 1. Progn. com. 3. t. 41. & 42. &c. — Lib. Gal. attributo præsag. experientia confirmati c. 4. ex Orib. sentẽtia ad Iulian. Imp. lib. 8. c. 2. — 4. De sanitat. tuenda c. 10. — Hipp. 2. aph. 46. Gal. in com. — Hippocrates 6. epid. com. 2. t. 9. Hipp. in 2. com. de nat. humana t. 9. & in Foes. 179. & lib. de nat. ossium 245. In com. — Lib. 2. c. 34. & 35. — Lib. de succorũ bonit. & vitio c. 1.

Marginal notes (right): Numquid per cubitum, in febre pestilenti et in cacoethe: sanguis mittẽdus. — An per malleolos sanguis educendus in febre pestilenti & in ea mali moris. — Obiectio. — Solutio. — Sanguinis eductio an per hemorrhoidas in febri pestilẽte, & in maligna molienda. — Dubij propositi solutio & fundamenta solutionis. — Quando per cubiti venam, sanguis omittẽdus sit. — Quãdo per malleolos. — Nota.

calidiq; innati onerati exoneratiua, caloris q; ignei putredinalis febris euentatiua, refrigeratiuaque, necnon excrementi putridi, fuliginosi, ac fumidi eductiua, hinc massæ sanguineæ, seu sanguinis in venulis extremis alicuius particulæ, impuri depuratiua; ac etiam fluxionis deriuatiua, ac reuulsiua, totiusq; corporis purgatiua, sanguinisq; omniũ partium adæquatiua, viriumq; roboris conseruatiua, perpetuo habebitur: Quocirca ea duarum sanguinis librarum quantitas ab eo autore proposita non vnica vice detrahenda, immo tribus vicibus. Nam vt ait Hippocrates, *Semel multum, & repente vel vacuare, vel replere, vel calfacere, vel refrigerare, aut alio quouis modo corpus mouere periculosum, omne siquidem nimium naturæ inimicum. Paulatim verò quod fit, tutum, cũ alias, tum maxime &c.* Sic pariter de minori sanguinis educenda mensura asserendum venit. De postremo autem posito verum est, si sanguis peccans tantum in primis venis venæ portæ fuerit, *quæ scilicet circa iecur, & mesentereum sunt*, nunquam vlla venæ cauæ sectio molienda est. Quãdoquidem *incisa vena* venæ cauæ *bonum sanguinem emittit malum, qui in primis venis maximè circa iecur, & quod mesentereum vocant, colligitur, in totum attrahit corpus.* Et quam plurima incommoda, & mala ex hoc sequerentur, vt antea dictum est: & etiam vt in opere de cruditatibus rectè curandis postea dicetur, ergo semper tunc per venas venæ portæ tantum hemorrhoidales interiores, sanguis impurus, excrementosus, seu malus educendus est.

A

2. Aphor. 51.

Quando per hemorrhoidas, in febre pestilente, & in alia cacoethe sanguis educendus sit.

11. Meth. med. c. 3.
4. De tuenda sanit. c. 5.

Lib. 2. cap. 35.

B

C A P V T IIII.

Exanthemata, cacoethem febrem, sequentia, rectè curari non posse, quin prius venæ sectione totum corpus expurgetur probatur, dubium promouendo,

Ardua valde quidem quæstio adhuc oritur: Num quid ad febris malimoris petticulas, seu maculas in cute efflorescentes cacoethas, rectè curandas solas cucurbitulas scarificatas partibus infernis corporis prius, deinde alijs admotas: vel prius ratione euacuationis totius corporis venę dextri cubiti internæ sectionem administrare deuincamur. Nam Galenus nobis postetis præcipit. *Quibus enim in aliqua parte corporis inflammatio non ex ictu, sed sponte suborta sit ex affectu plethorico à Græcis vocato nulli laxitate partis ante egent, quam de toto corpore detracta materia sit*, & postea inquit *arbitror tum ratione, tum experimento, de ijs sit statutum, vt toto prius corpore à superuacuis liberato, tum calidum aliquod, acreque medicamentum parti admouere sit audiendum: quippe eiusmodi medicamenta omnia cucurbitæ ritu ad se trahere à toto corpore sunt habilia. Itaque nisi id prius vacuaueris materiam fluxionis acri medicamento relinques. Hoc enim tum Empirici medici fatentur, tum dogmatici, hoc philosophorum optimi senserunt.* Hinc particularius ait *Cucurbitulæ purgatis prius corporibus vtiles quidem, sed in repletis (quæ plethorica Græci vocant) prætermittendæ sunt.* Idem quoque ex Oribasio Galeni doctrinam confirmante habetur. *Cucurbitulæ euacuatis prius corporibus vtiles sunt, nam vbi ea plethorica sunt corpora cucurbitulis non vtimur.* Quam ob rem, Galenus vbi Hippocrates inquit. *Pustulæ latæ non admodum pruriginosæ, quales Simon hyeme habebat, qui dum ad ignem inungeretur, vel calida lauaretur, iuuabatur, vomitus non produderant, puto, quod si calidis fouisset, illi contulisset.* Deinde vero explanando eum locum exarat, *fiunt autem natura intimas corporis partes, vt nonnunquam per excretiones, ita interdum propellendo ad cutim expurgante, tenuiores si quidem humores ac magis aquæ naturam referentes, attenuãs digerit in halitus, crassiores verò cuti impacti, in primis aũt cuticulæ epidermis Græce nuncupatæ, vt quæ densior sit, pustulas pariunt: Quod maximè illis euenit, qui densiore, ac duriore sunt cute, cũ ægrè per eã possit crassiorum ac viscidorũ humorũ transitus esse. Ita ergo in Simoni latæ subortæ sunt pustulæ per hyemen tunc sanè quũ corpus ex vsu calidorũ balneorũ, vnctionumq; ad ignem insigniter calfactũ est, nam alias succi, qui harũ pustularum in causa sunt, in profundo manent.* Verũ quoniam ex Hipp. asserente *vomitus non proderant, puto, quod si quis calidis fouisset illi contulisset*, elicere possumus tantum cucurbitulas competere, cum etiam ibi Gal. dixerit *satis esset id nouisse, quod humores ad cutim procumbentes per illam essent euacuandi, quandoquidẽ longa nimis via est, eorum rursus ad interna reuulsio, vt per vomitum videlicet, aut per aluum mox euacuarentur.* Ideoq; dubium mouet illico, *Putabis forsan me id asserere nũquam in talibus purgationẽ esse ex vsu, quæ per aluum fiat.* Quod subinde soluendo habet. *Ego vero id non dico. Nã in curatorijs libris edoctus es, has purgationes esse opportunas, in quibus multa sit humorũ affluentia* Rationẽ reddendo inquit. *Etenim nisi prius quod ex ipsis redundat, aut sanguinis missione, aut purgatione detraxerit quispiam voluerit autem duntaxat fouere, hoc est, vsus calidioribus medicamentis illos discutere, plus sanè attrahet, quam per cutim euacuetur.* Ergo sequitur ex hoc pustulas eas rectè curari nunquam posse, quin priùs sanguis crassus corporis plethorici, per venam cubiti sectam, educatur; Quod etiam alia quidem confirmatione liquet. Nam morbo regio ante septimum ac sexto præsertim laborantes, die, omnes perijsse ait Hippocrates, vt *Phamagoreon seruus fecit.* Motus enim ille à centro ad circunferentiam bilis crassioris: cum

De sectis cap. 8. sing. 18. D.

4. Meth. c. 4.

C

Oribasius lib. 7.

De cucurb. & scari. c. 3.
In Galeno de cucurbit. scarif. c. 15.

6 Epid. com. 8. t. 10.

Ibidem.

Occasio dubitandi.

D

Ibidem.

Dubium à Galeno positum ea occasione.
Huius dubij solutio à Galeno posita.
Ratio.
Solutionis allatæ Galeni.

1. Epid. com. 3. 1. 64. & 4. aph. 62.
3. Epid. com. 3. 3. 64.
4 Aph. 63.

prius

A prius totum corpus expurgatum non fuerit, ſymptomaticus quidem, non autem criticus fuit: ſicuti è contra quibus primo totum corpus expurgatum fuit ſanguinis profluuio è naribus, diarhæa, ac perrirhæa, ſexto die ſuperueniente morbo regio, ij quidem omnes ſanitati reſtituti fuere, vt fuit *Heraclides, qui apud Ariſtoclidem decumbebat, cui per nares ſanguis profluxit, aluusq; fluxit turbata: & per veſicam eſt purgatus: vigeſimo die autem iudicatus*. Idipſum in morbo alio cutaneo Elephanto curando Galenus obſeruat, quia nec viperatum medicamento ipſe, nec alijs topicis extrinſecis auxilijs, vt i auſus fuit, ad excrementa in cute contenta educenda, niſi prius *miſſo ſanguine* per venam ſectam, poſteaq; *vtraq; bile medicamento detracta*, vt Galenus depromit. Similiter Galenus vlceroſam in cute laſſitudinem, ex ſucco acri, & mordaci prodeuntem nullatenus curare aggreſſus eſt, ni prius peroptimè totum genus venoſum, tum venæ ſectione, tum cacochymiæ purgatione expurgarit, inquiens. *Nam ſi quum ſanguinis copia, aut vena incidenda, aut aliquod, quod tantumdem valet, agendum, tantumdem ſanè poſſunt, hæc quibus hemorrhoidæ ſunt retentæ: ſi has emiſeris: ſi mulieri menſtrua conſuetudo ceſſauit, hanc prouoces: ſi quibus nihil eſt. ſi malleolos ſcalpello incidas: Poſt hæc aluus eo medicamento deijcienda eſt*. *Quod maximè accomodatum malo ſucco ſit*. Ergo ex ijs ſtatutis iure merito ait Galenus neutiquam nos rectè papulas cacoethes curare poſſe, quin prius totum corpus à craſſo ſanguine, & à craſſo humore inanitum fuerit.

3. Epid.com.3.t. 64.

11. De ſimpl. met. facult. c. 3. & 2. ad Glauc. c. 10. 4. De ſani. tuen. c. 4.

B

C A P V T V.

Rationes dudum allatæ profligantur: Probaturque febrium peſtilentium cacoethunue peticulis malignis complicatarum curationem rectiſſimam, vt plurimum ſola ſanguinis miſſione cucurbitulis molienda, agendam eſſe.

HAs autem rationes omnes procul omni dubio de cute papulis affecta recte curanda, concludere manifeſtum eſt: Noſtrum autem intentum tale quidem non eſt, immo vt ægri febrem, ſiue peſtilentem, ſiue malignam peticulis cacoethicis annexam curare, ac id potiſſimum cor, & cerebrum, vt principaliores partes ſemper tuendo, ſolum aſſequi poſſumus: Verum peticulis malignis cutis affecta, eo magis remedijs ad cutim attrahentibus lędi debet, vt hę partes à ſuccis, fuligi-
C nibus, & à fumis prauis liberæ euadant. Nam hæ peticulæ, quibus vis alijs modis ſymptomaticę ſint, perpetuo tamen, vt hæ peticulæ, à motu à principalibus ijs viſceribus facto, horum prauorū ſuccorum, ad cutem fiant, criticæ quidem hoc modo ſunt, hinc etiam iuuandæ eò magis ad cutim ijs exanthematibus coinquinandam, ac lędendam, non autem ſanandam, attrahendo. Inſuper quoque has rationes non de periculis malignis febri peſtilenti, ſeu cacoethi connexis cōcludere liquet. Sed hę concludunt vbi *Simoni latæ ſubortæ ſunt puſtulæ per hyemen, tunc ſanè quum corpus ex vſu calidorum balneorum, vnctionumque ad ignem inſigniter calfactum eſt*. Non autem ex febris malignę ebulitione mali moris obortæ. His autem hunc in modum ſtatutis, febrem cacoethem peticulis malignis annexam abſq; venæ ſectione cucurbitulis ſcarificatis magna ex parte curandā eſſe, demonſtrare nitar. Quandoquidem in ſebre ipſe primus ſcopus quidem eſt, Naturam cordi implantatam, vt loco proprio iam oſtendi, quę per ſe ſanat, tueri; Verum enimuero maximè ipſa manutenetur, quando cor ipſum vnà, & cerebrum conſequenter à ſuccis prauiſſimis infeſtantibus liberamus, ſed pręſertim ſuccorum eorum attractione, cucurbitulis ſcarificatis in cute molita, id attingere valemus: ergo aſſumptum ſequitur. Vlterius toto corpore lęſo, ſēper ad ignobiliores partes humores malos attrahere cogimur: Cęterū inter ignobiliores partes
D cutis ſanè, vt de ſecta primo à natura conſtituta fuit, vt Galenus aſſerit, *vt ſuperflua ab interioribus ad exteriora à nobilibus ad ignobilia expulſa*, à cute defectiua *facilius ſuſcipere poſſit*. Quocirca data lęſione cutis & nobiliorum membrorum paritate, ſemper cutim eo magis afficere tenemur, hinc nobiliores partes iuuare, liberaſq. facere deuincimur. Poſt hęc autem ait Hip. *Quæ ducere oportet, quo maxime natura vergit per loca conſerentia eo ducere conuenit*, cum antea dixerit *ducere oportet quam in partem momento feruntur per loca accomodata &c. quæ vel foras, vel intro, vel alio quo expedit tendunt*, vt ait Galenus *Quænam ſunt illa, quæ ducere oporteat? nempe neq; iudicantur, neq; integrè ſunt iudicata: hæc igitur per quā partē ſint euacuanda, docet* Hippocrates *duplicem nobis dans intentionē. & ipſa partis naturā, & humoris inclinationē &c. oportet itaq; Medicum naturæ inclinationem animaduertere, et ſi quidē idonea fuerit, ſubminiſtrare, et adiuuare; ſin aūt contrariè ſimul ac noxie fiat, prohibere, transferre, atq; diuertere oportet*. Verū papulę effloreſcentes in febre mali moris ponendę ſunt, ſub ijs, *quæ integræ* non *ſunt indicata*, & *quæ neq;* integrè *indicantur*; habentes humores prauos, ac etiam motum, ſeu inclinationem ad partē accomodatiſſimam: ergo vt tales, *adiuuare* ſemper debemus. Quod vtique potiſſimum cucurbitulis ſcarificatis ſemper aſſequi valemus: Si verò cubiti vena, aut hemorrhoidum, ſeu cruris aperiretur, tunc motus à cute ſanè ad cor fieret, ac

Concluſio manutenenda.

Prima ratio.

Lib. de oculis part. 6. c. 1.

Secunda ratio.

Idem vide li. 1. de magn. cacochymia c. 11. 1. Aph. 21. Lib. de humor. in Foeſ. interprete p. 58. Com. 1. aph. 21.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio. æger interficeretur. Cum autem Hippocrates ea dudum ex eo citata dilucidare voluerit, primo A
eadem repetit, inquiens *Reuellere si quo non oportet ferantur si vero quo oportet;* subinde inclina-
tionem humorum à centro ad cutem iuuandam, nihil verò intro retorquendam exemplo decla- 6. Epid. com. 2. t. 19.
rat. *Pustulæ latæ non admodum pruriginosæ, quales Simon hyeme habebat, qui dum ad ignem inungere-*
tur, vel calida lauaretur, iuuabatur, vomitus non prodcrant, puto, quod si quis calidis fouisset, illi cõtulis T. 10.
set, & Gal. in com. ait *fiunt autem natura intimas corporis partes, vt non nunquam per excretiones ita*
interdum propellendo ad cutim expurgante tenuiores si quidem humores, ac magis aquæ naturam refe-
rentes, attenuãs digerit in halitus, crassiores verò cuti impacti in primis autem cuticula epidermis Græ-
cè nuncupatæ, vt quæ densior sit, pustulas pariunt: quod maximè illis euenit, qui densiore, ac duriore sunt
cute, quum ægrè per eam possit crassiorum, ac viscidorum humorum transitus esse &c. Quibus satis esset
id nouisse, quod humores ad cutim procumbentes per illam essent euacuandi. Quandoquidem longa ni-
mis via est, eorum rursus ad interna reuulsio, vt per vomitum videlicet, aut per aluum mox euacuaretur:
aut per venæ sectionem: ergo perpetuo allatis rationibus in pustulis constituris sola cucurbitu-
Obiectio. larum scarificatio conuenit. Neque obijcias si dixeris Galenum ibi, *Putabis forsan me id asserere*
nunquam in talibus purgationem esse ex vsu dubium posuisse; eumque ibi *ego verò id non dico: nam*
in curatorijs &c. soluisse, vt capite præcedenti iam dictum est, statuendo *his purgationes esse oppor*
tunas, in quibus multa sit humorum effluentia, etenim nisi prius quod ex ipsis redundat, aut sanguinis mis B
sione, aut purgatione detraxerit quispiam, voluerit autem duntaxat fouere, hoc est, vsus calidioribus
Solutio. *medicamentis illos discutere, plus sanè attrahet, quam per cutim euacuetur.* Quandoquidem id con-
cludit in principio inclinationis fluxionis à centro ad circunferentiam factæ, ac in corpore ad-
modum plethorico sanguine crasso prædito, densiori, duriorique carne, & cute existente, in febre
non cacoethe, vel etiam in morbis alijs cutaneis, febre nulla maligna introspecta, quibus purgã-
Sexta ratio. dum totum est, deinde cutis curanda: vt capite præcedenti iam dictum est. Verum ex iactis pa-
tet, vt si in febre non maligna, exanthematibus, seu papulis efflorescentibus, semper Hippocratis
decreto, Galenique confirmatione, non vomitiones, nec alui purgationes, nec etiam venæ sectio-
nes conueniant: Sed solæ cucurbitulæ, & acria medicamenta, vt sinapis, nitrum, & alia congrua
Solutio rationũ capite præcedẽti statutarum. sint, & isthæc vtiq; pestilentibus, seu malignis competere liquet peticulis: Cum tunc maiori deri 4. Meth. c. 4.
uatione à centro ad cutem, maiorię; ad cutem attractione opus sit. Quoad eam verò rationem,
& autoritates asserentes, corpori plethorico nunquam cucurbitulas admouẽdas esse, quin prius
venæ sectionem effecerimus, id sanè intelligẽdum esse pro conspicuo habetur, vbi à profundo ad
altum nulla prauorum succorum inclinatio fuerit, non autem in febre mali motis, seu pestilenti
exanthematibus annexa.

C

C A P V T VI.

Interdum affectui proposito venæ cubiti sectionem conferre, licet raro, & quando, Ac eò magis vbi solæ cucurbitulæ scarificatæ, illi affectioni competant, explanatur.

QVandoq; autem, quoniam in febre pestilenti, seu cacoethe, peticulis iuncta, et ve-
næ sectionem administrate, nobis inuitis, cogimur; Eã igitur rẽ vndiq; dilucida-
Cathalogũ eorum quæ in peticulis interdũ ante cucurbitulas scarificatas, venam secandã esse persuadẽt. re teneor: Quandoquidem ab ineunte ipsa febre vix imminentibus efflorescere
patuo impetu ad cutim inclinante peticulis, corporeę, valde plethorico valdeq;
rubro ad nigredinem quadantenus vergens, venis latis liuido colore tinctis, digi
torum cõpressioni nõ ita facile cedẽtibus existente: hinc crassiori, viscidioriq; sã-
guine referto, dẽsiori, ac duriori habitu, hepatis admodũ calido temperamẽto, vbi facile sãguis
allatus cumulatur, & vbi alicuius pręcordij tumoris inflãmatorij magno incẽdio periculũ immi
nec, ac potius autũno, quã vere, & æstiuo tẽpore, quã hyeme: & in quibus, *qui cũ multo sudore obeũ* D
tur, quia *hi crassius excrementũ faciũt. Qui verò sine sudore peragũtur, magis tenue veluti hyeme & fri* 4. De tuenda sa nit. c. 4.
gido aeris statu suscipiũtur: ægroq; ad venę sectionẽ ei salubrẽ molieodã cõsueto: tũc sanè liberissi
Cautionis gratia post venam sectã vnica hora cucurbitulæ admouendæ. mè vsq; ad quartũ diem, primo clysmate iniecto, venã cubiti dextri internã huc vsq; secui: Verũ
vnica hora, à vena phlegbotomata, inde supressa, elapsa; cucurbitulas plures, à renibus infra ad-
moueo prius siccas, posterius scarificatas: etsi dũtaxat solas cruoris vnctias tres circiter cucurbi-
tulis detraho, ad vires validas cõseruandas; Nam postea alijs diebus, iterum clunas scarificare so
leo: vt opus est. Quippe quòd etiam peticulis imminenter non efflorescentibus, quando morbo-
rum vagantium in populo mos, ac impetus ad cutem obseruandus circa exanthemata habetur
eodem modo me ipsum gero. Non nunquam verò illico, post venæ sectionem, cucurbitulis sic-
cis adhibitis contentus sum. Quo vtique præsidio ferè omnes ægros sanitati restitutos fuisse
Rationes istius remedij rectè administrandi. introspexi. Nam primo venæ sectione allata, crassior sanguis educitur, quo detracto, is
quidem sanguis tenuis ad cutim fluens eò faciliùs à natura expellente, foras educi poterit,
impedimento ablato, viaque patentiori facta. Præterea Natura eadem venæ sectione à pon-
dere maiori exonerata, validiorque facta efficatius vtique excrementum tenue ad cutim
procum-

Gal. eucur. & scar.c.3. & 4. & c.15.c. 16.& c. 17.

Li.4. f.1.Doct. 4.c.10.

2.Aph.19.

A procumbens expellere potest. Cæterum eo, quia à venæ cubiti sectione introferuntur humores, vt antea diximus: Ideoque postea, ne humores introcederent prius siccas cucurbitulas, quæ admodum reuellere possunt applicare feci; subinde verò alias scarificatas adhibui, vt eo remedio velocius ad cutim praui humores ingruerent, nec non vt principales partes affectæ eò magis fortiores euaderent. Hinc fortassis aliqui asserere possent. Auicennam bene dixisse: *Oportet in variolis, vt incipiatur, & extrahatur sanguis sufficienter, quum conditiones fuerint. Et similiter si morbillus fuerit, cum repletione sanguinis. Et spatium illius est vsq; ad quartum.* Cum eo die omnia simpliciter acutorum morborum initia desinant, vt ēt incrementi vniuersalis initiū amplectamur: in quibus statuit Hipp. maxime: *si quid mouendum videatur, moue*, & postea ait Auicennas. *Et fortasse phlegbotomia est mala, propterea quod repellet, & cōuertit illud, quod procedit: quare caueatur post duos dies aut tres*, & licet antea exararit. *Sed quando procedunt variolæ, non oportet tunc vt administretur phlegbotomia nisi inueniatur vehementia repletionis, & dominium materiei, tunc enim phlegbotometur quātitate, quæ exsiccet. Et conuenientius quidem, quod in hac administratur ægritudine, est phlegbotomia.* Tamen in incremento variolarum, morbillorumq; nunquam vena secanda. Vlterius ex iā allatis patet Ioannem Costæum optimam partem asseruisse, vbi ait *si exanthemata hæc à multa, & larga cacochymia ortum habeant, quod certe magna ex parte contingit: statim purgandum est corpus, neque etiam cucurbitulæ inter initia admouēda, quæ Oribasij fuit opinio. Sin vero sanguinis plenitudo sit, quod ex calore pustularum, signisq; plethoræ cognoscere licet, tunc sanguinem mittere nostra quidē sententia nisi quid præterea impediat, nihil obstiterit, neq; enim obstat quod aliquis dixerit naturæ impetū, quo ad cutim fertur, intro reuocari, aliqui.n. & sudores, qui in febrium principijs occurrunt à sanguinis missione purgationeq; nos deterrerent. Non minus tamen inficias in tali morbi genere maligno, & fraudolento, quin summa virium habenda sit ratio, neq; hic copiosiorem sanguinis missionem probamus, sed tamē ferè sanguinis detrahendum, vt quod putridi excrementi superest, natura tandem euincat, quod Galeni cōsilium est 9. & 11. Meth. Cucurbitulas verò deinde cuti affligere tuto possumus, & naturæ inclinationem illam tunc temporis adiuuare: Est ergo & sanguinis interdum missio in hisce exathematibus opportuna, atque hanc si quis opportunè fecerit plurimum emolumenti est ægro allatura*, tametsi partim non bene vir iste censuerit. Eo quia in plerisque præsentibus exanthematibus etiam per initia tantū cucurbitularum scarificationibus vti deuincimur; licet rarò prius vena cubiti dextra secanda, postea verò cucurbitulæ admouendæ, verum præsertim vnica hora post venæ incisionem. In quibus autem solæ cucurbitulæ scarificatæ adhibendæ sint patefacere teneor. Quandoquidem inchoantibus exanthematibus, quarto die, tunc temporis tantum Medico vocato (vt plurimum vsu venit) magna impetus inclinatione ad cutim introspecta, corpore plethorico ad album potius, vel flauum vergente, carnis, & cutis raræ, & mollis temperamenti calidi, & humidi, vbi sanguis attenuatus valdè cumulatus introspicitur, qui per cutim facilè agredi potest, hepate non admodum calido, neque alicuius visceris tumoris inflammatorij periculo imminente, ac potius veris tempore quam autumni, & hyeme, quam æstate, cū his temporibus praui humores tenues cumulati sint: & in quibus, *qui sine sudore peraguntur* vbi *magis tenue* excrementum colligitur *veluti hyeme, & frigido aeris statu suscipiuntur* tenuia excrementa. Ac vbi patientes potius ad sanguinis missionem scarificationibus administratam eis salubrem assueti fuerint, quam per venę sectionem; ibi quidem, me indice, solis scarificatis cucurbitulis, sanguinem educere verum consilium est. Cæterùm adhuc magis mihi negotium facessit, quando vnà cum exanthematibus cacoethiticis allatis febrem pestilentem, seu malignam sequentibus etiam alicuius visceris tumor inflammatorius, vel inflammatione propriè vocata, aut non propriè appellata obortus sit: tunc enim morbus ille inflammatorius valde acutus, vehementerque magnus sola venæ sectione curandus vt ait Hippocrates, nulla verò solutiuo igneo medicamento humorum purgatione molienda: In oppositum verò stantibus peticulis numerosis nunquam vena secanda. Vnde ex quo, si venæ sectione, tumorem curando, ægri vitam saluamus, neglectis exanthematibus, cor lanè sanguis prauus ingrueret; hinc ratione peticularum patiens periret. Sin è contra curatis papulis, ob tumorem inflammatorium vtiq; periret. Eanq; sane ob causam ob vnum istorum miserū ægrū perire, necesse est.

In suis adnot. in Auic. li.4.f. 1.tract.4.c.4.f. 70.

Costæus partim laudatur partim notatur.

B

Cathalogum eorum, quæ in peticulis solas cucurbitulas scarificatas adhibēdas esse postulant.

C

4. De tuenda sa ni. c.4.

Ibidem.

Quando vnà cū peticulis phlegmone hepatis, pleuræ, pulmonis, & alterius visceris fuerit quid agendum sit.

Dubium.

4. De victus rat. in morb. acut. t.11.21.

D Verum enim vero talem affectuum implicationem in pluribus ægrotantibus me vidisse reminiscor, ac ēt Diuini numinis auxilio, seu impulsu, rectè à me curatos, sospitesque fuisse exploratum habui: cum æquabiliter vtriūq; affectū curauerim, nullo istorum spreto. Primo nanq; ne à venę incisione peticulę efflorescentes ad profundum introcederentur; quin potius ad altum, seu ad cutim, sanguis ille ineret inguinas, & alas ebuliens in venis magnis, & cordi propinquis residens flueret; cucurbitulas siccas magnas cuti admouere feci; & ter ijs cucurbitis iteratis, vt sanguis in vniuerso genere venoso existens, eo velocius ad cutim accederet: postea relictis quatuor tātū, seu sex siccis cucurbitulis, ac his cuti annexis, tunc illico cā parti inflāmatæ vicinā, propriæq; regioni respōdentē scindere venā iubeo; lato inducto foramine, vt citius sāguis phlegmonosus pituitæ, bilę, & melancholiæ mixtus euacuetur, sine vlla alterius sanguinis papularum, ad cutē fluentis, facta reuulsione: hoc.n.mō sanguinis inflāmatorij vires partis inflāmatæ cōprimentis, ac obstruentis eductio cōmoda fit; hinc illius partis vires grauatæ exonerantur, ac obstructiones eripiūtur; calorq; eius partis innatus validior euadit, & calor igneus putredinalis enēta-

Solutio.

Primo cucurbitulæ magnę siccę infingendæ, terque iterādæ: & ijs admotæ relinquendæ.

Postea statim vena secanda foramine lato.

Subindę vero venæ foramine clauso. Aliquæ cucurbitulæ, q̃ admotæ erant, dum vena secta erat: scarificandæ sunt.

tur; Preterea ab excremẽto putrido, fuliginoso, & fumido pars ea læsa depuratur; ac deniq; sanguinis ad eã inflãmatam fluentis partẽ deriuatio fit, vt in pluribus meis egrotatibus exploratũ habui. Quo sanguine, vena secta, detracto, vbi verebar ego, ex ea venæ sectione molita, exanthemata intro euerti posse, ne igitur hæc introcederẽtur, statim duarũ cucurbitularũ ex ijs, q̃ cuti annexæ erãt, dũ vena scindebatur, locos scatificare feci; scarificationibus angustissimis factis: vt maior adeutim attractio fieret: Et ad vnc. 3. cruoris tantũ egredi permisi: Hoc. n. modo huc vsq; primo Dei gloria, deinde Arti Medicæ præstantia, ac dignitate, denique mei tum fęlicitate, tum honore, quam plurimos ęgros curatos, ac omnino sanatos vidi, nec vllum ęgrum hoc modo curatum, mortuum fuisse exploratum habui. Efflorexentibus autem his exanthematibus, hominibus cucurbitulę admouendę à renibus infra; Mulieribus vero vtero gerentibus brachijs. A

CAPVT VII.

Apparentibus ne peticulis venæ sedales aperiendæ, sint, an non suppressis hemmorrhoidibus? dilucidatur.

Lib. de humor. p. 65. ex Foe. & epid. 1 st. 3 t. 28. in Gal. t. 37.

Præsentib. exanthematibus cacoethicis, nun quid per venas sedales sanguis detrahendus.

11. De simpl. med. facul. c. 9. & 2. ad Glauc. c. 10.

CÆterum dubitatu dignum esse inuenio in curandis peticulis, suppressis hęmorrhoidibus, num quid sanguis detrahendus per venas hęmorrhoidales, aut per cruris uenam, an non, immò per cucurbitulas tantum, Nam plures uiri hic Venetijs excellentissimi, pręstantissimique Medici inueniuntur, putantes exanthemata febri cacoethi iuncta, ex assuetis hęmorrhoidum excretionibus salubribus retentis, oborta, sanguinis emissione per venas hemorrhoidales administrata curari, hac Hippocratis bina autoritate ducti, ubi ait. *Qui sanguinem per ora venarum, quę in ano sunt profundere solent ij neque tuberculis, quę à ciceris similitudine therminti dicuntur, ac forte ne lepra quidem, fortassis verò neque vitiliginibus corripiuntur*. Sed hęc opinio mihi non placet, & ratio, quę ueluti Achillem se habet, est, quòd Hippocrates, ibi non de morbis cutaneis prę sentibus curandis allocutus est, uerum tantum inquit profluuium hęmorrhoidum à morbis cutaneis uenturis hominem pręseruare, cum ibi reuulsio, seu deriuatio à circunferentia ad cẽtrum fiat: Pręterea etiam dato, quod hi morbi cutanei nempe tuberculi, lepra, uitiligo, Elephantia, ac alij morbi cutanei pręsentes, ut dictum est cap. 4. tum sanguinis missione per uenam cubiti molitam, tum per cruris uenam, tunque per uenas sedales curari debeant, non tamen idem in febre maligna peticulis annexa agendum esse, sequitur: rationibus cap. 5. statutis: immo plures ęgros in aliorum Medicorum manibus ita curatos, mortem obijsse exploratum habeo: Quam obrem nunquam pręsentibus exanthematibus cacoethicis sanguis per hęmorrhoidas educendus uenit. B C

CAPVT VIII.

Cum sæpe ægri in febre pestilenti, seu cacoethe, ob alicuius visceris phlegmonas intereant; Hinc quot modis phlegmone adnasci valeat, explanatur, vt totetiam modis magna phlegmone, vel immines euitari, vel præsens curari possit, venæ sectione administranda.

Lib. de succo. bon. et vitio c. 1.

Phlegmone tribus modis fit. Primus modus. Secundus. Tertius. De primo modo.

Icteritia alba. Hipp. nempe ex Hippocrate.

Lib. de interius affectionibus p. 579. ex Foesio.

CÆterum, ut omnia dubia, quę circa febris pestilentis, & cacoethis rectam curationem, sanguinis missione præstanda, adhibendam, patefacta undiq; sint, in meorum ęgrotantium solum utilitatis gratiam: Ideoque cum Galenus exaratit *interiere omnes* Romę febri pestilenti nexati *aut cum manifesta visceris alicuius phlegmone, aut ob vehementem, & malignam febrem*: & quoniam hactenus de uehementi, & febre maligna una, cum alijs sęuis accidẽtibus rectè sanguinis detractione molienda curanda egerimus: Idcirco superest solum, ut de ea febre ad phlegmonas relata uerba faciemus, ut quo ad nostrũ posse, meis ęgris ab his phlegmonibus uitam conseruare possim. Cum autem phlegmone tribus modis cõtingere ualeat. Nam uel tumores unà cum habitus corporis totius colore ualde mutato annexi sunt, ut in ictetitia, siue alba, aut flaua, seu nigra, aut uiridi contigerit. Vel priusquam homines ęgrotarint uisceris cuiuspiam tensione, quę postea febre cacoethe superueniente, facilè in phlegmonem transferri ualet, conquerebantur. Aut solum mollibus pręcordijs se gerentibus ob inflammationem uehementem ebulitionis putredinalis phlegmone abortitur. Hęc autem Hippocratis decretis dilucidare conabor: Morbi itaque regij albi meminit hoc modo; *Alius morbus regius, ex pituita quidem oritur, pręcipueq; per hyemem pręhendit. Huius color albus est, eiusq; pectus* D

pituita

A *pituita plenum est, & saliuam expuit, cumque excreat, ei singultus contingit, & vrinam albam, & crassam reddit, in qua veluti farina subsidet. Hic morbus minimè est lethalis, breuique sanescit.* Ac Apollonij abderę ictetici albi facti quoque meminit, *Tandem morbus regius cępit, euasitque flatuosus, ac albidus.* Huic autem morbo sanguinis missio neutiquam confert, immo eius curationi opponitur, cum ibi nihil magnitudinis sanguineę adsit, verum tantum cacochima magnitudo. Hinc Hipp. ait. *Huic ita habenti granum cnidium propinato, post que purgationem succi ptisanę quatuor heminas affuso melle sorbendas exhibeto.* Flauum autem, seu pallidum morbum regium posuit. *Hic quidem pręcipuè per ęstatem corripit bile commota. Bilis igitur sub cute, & in capite coit, proindeque statim corporis colorem immutat, pallidunque non secus ac mali coreum euadit, oculi pallidi sunt, & sub pilis capitis velut cortex subest rigor, & febris pręhendit &c.* Alium exinde statuit, inquiens. *Alius morbus regius. Hic popularis appellatur, quòd omni tempore pręhendat. Ex repletione autem, & temulentia pręcipue oritur, cunque rigore correptus fuerit confestim sanè corpus immutatur, & pallidum euadit. & oculi admodum pallidi sub capillos. & vngues progreditur morbus, rigor, & febris leuis, detinet &c.* Tertium quoque morbum regium pallidum nobis assignauit, hoc modo. *Alius morbus regius, febris leuis pręhendit, caput grauitas detinet, nonnullis etiam febris cessat; ipse vero ex virore pallidus euadit pręcipueque oculi.* Hęc enim ictheritia potissimum capitis est à bile crassa obotta,

1 De morb. vul. sect. 3. t. 34 ægro 13.

Alia ictheritia Apollonij Abderæ ex Hippoc.

Lib. de intern. affect. prius citato 579.

De intern. aff. 177.

Icteritia pallida ex Hippocrate.

Eodem lib. pag. 577.

Icteritia pallida alia ex Hip. In hac ait Hipp. cubiti venam pertundito & sanguinem detrahito 579.

Lib. 2. de morb. p. 466. ex Foes.

Alia icteritia pallida ab Hip.

B in hepate prius genita, à qua morbi crassi vtique nascuntur, hac nomenclatura ab Hipp. nuncupati *Crassi* nam ait *autem huiusmodi morbi à bile oriuntur, cum bilis ad hepar confluxerit, & in capite sedem habuerit. Sic igitur afficitur, iecur intumescit, tuncque ad septum transuersum expanditur, statimque dolor ad caput, pręcipuè verò ad tempora ingruit &c.* Vel dicamus satius in capite pituita calsacta, cum fuerit, in bilis colorem pallidum, in naturanque calidam, & siccam transmigrata etiam cum fuerit; id enim contingere potest, vt ait Galenus, subinde ad hepar confluxa, hepar ipsum inuehit, ac tumefacit. Cæterum Hippocrates in suis ægris de icteritia quoque flaua, seu aurigionosa dixit, cum tribus in ægris Hermocrate scilicet, & Heraclide, ac Phanagorei seruo sexto die contigerit: Hermocrati enim dextrum *hipochondrium molliter contendebatur: Die autem sexto auriginosus euasit*, & ait Galenus in commento *inditium hoc tibi sit contentionis hypocondrij ex iecinore profecta. Diffunditur enim nonnunquam per totum corpus flaua bilis, quod decretorium est.* Vnde cum ante coctionem hepar bilem ad totum corpus transmiserit, licet decimo quarto, & postea vigesimo à febre liber factus sit, attamen ob retentam bilem, vel propter eum tumorem, aut ob obstructiones ita afficiebatur internè, vt perpetuò à cibo abhorrebat, & nunquam loqui poterat, Vnde *Vigesimo septimo defunctus est*, omnes enim, vt antea dictum est, quibus sexto die morbus regius contigit, obierunt, vt etiam *Phaxagoreon seruus* fecit: Præter eos, quibus *per nares sanguis profluxit, aluusque fuit turbata, & per vesicam est purgatus humor.* Idcirco si quis priùs morbo

Lib. de internis affect p. 587.

7. Aph. 42.

3. De morbis vulg. sect. 1. a. 5.

Cap. 21.

3. De morb. vul. com. 3. t. 64.

C regio tentatus fuerit à febre immunis, exinde in febrem pestilentialem inciderit, sanguinem illico per venam cubiti dextri internam detrahere est opus, ac bipartita, seu tripartita vice id moliendum fere mihi videtur, ad virium tuitionem: Præterea etiam aluum lenite tenemur auxilio syrop. ros. solutiui; cum ibi vtraque magnitudo sit; Verum si ambæ æquè peccarint priùs vena secanda, postea aluus lenienda, iterumque vena secanda. Sin cacochima magnitudo maior inueniatur, alia sanguinea magnitudine, tunc procul omni dubio priùs aluum lenire teneris sub indeque venam pertundere. Morbi autem regij nigri, siue liuidi, aut plumbei doctrinam quoq; Hippocratem posteritati consignasse patet, his verbis. *Alius morbus regius. Hic ex temulentia, & rigore hyemis tempore inuadit. Primum autem inuadere incipit rigor, deinde etiam febris detinet, & corporis humidum sub cute concrescit. Ex his autem rem ita se habere manifestum est, eius corpus liuidum est, & aliquantulum durum*, Denotando autem sanguinem in sinu venosi generis, & quantitate, & impuritate peccare, ait illicò, *& venæ, quæ per corpus distenduntur sunt pallidæ maiores, & crassiores quam antea, quædam etiam subnigræ subtendnutur. Ex his si aliquam quis secet, sanguis defluet pallidus, si pallidæ sint venæ, si nigræ fuerint, niger defluet.* Si ergo ex eo morbo impestilentem febrem quis ingressus fuerit, illico venam partis sinistræ pertundet, factis priùs distin-

Quomodo, & quando his vena secanda per vices.

Lib. de intern. aff. p. 578. ex Foes.

Morbus arquatus niger, aut liuidus seu plumbeus.

Vena illico pertundenda splenitica.

D ctionibus præstatutis: in icteritia etenim nigra ita lien vexari solet, vt melancholici sanguinis receptaculum, vt in pallida hepar, est seruata semper cathexi, hoc est, rectitudine vt Hippocrati placuit, id decernere, & Galeno id confirmare applaudit: vbi Hippocrates venam cubiti sinistri internam spleniticam vocauit: Habemus autem historiam Periclis Abderæ, qui *erat lienosus, granatoque capite. Primo die ex sinistra nare sanguis profluxit multus, tamen febris increscebat*: Quinetiam *febris corripuit acuta continua cum dolore, multum sitiebat fastidiosus erat, potum non poterat continere.* Nihilominus, ea sanguinis excretione tantum auxilij desumpsit æger ipse, vt *secundo die etiamsi omnia fuerint grauiora, dormiuerit.* Hinc *Tertio febris mitior fuit: Vrina multa, & concocta, in qua multum subsidebat. Nocte quieuit*, Nam eo sanguine egresso, exonerataque natura à pondere grauante calorem naturalem, illico concoctionem prius ingressa, postea vero expulsionem concocti per perrhœam factam, ingressa est; Ideò tandem, *Quarto sudor prorupit toto corpore multus, & calidus, à febre liberatus est, neque redijt.* Quocirca verificatur id quod Galenus ait in curandam febrium assiduam phlegmoni annexam, *Missio in propositis febribus inter initia, sanguine, plurimis quidem quinto, aliquibus septimo crisis contigit, nemini serius.* Diuites verò hoc præsidium

Lib. 1 de morb. p. 447.

2. Ad Glauc. c. 3 & de cur. rat. per sang. miss. & alibi.

3 De morb. vul. sect. 3. tex. 77. ægro 6.

11. Meth. 614.

Notatu dignũ de diuitibus respuentibus venæ sectionem in phlegmone. Alius morbus regius capitalis & gulæ notatu dignus in eo sã guinem mittere dixerit nos debere venam sub lingua Hippocrates.

A

dinm respuentes omnes obierunt, vt ipse affirmat. Cæterùm alium morbum regium nigrum capitis particularem posuit Diuinus senex; *Morbus regius. Facies nigricat, præcipueque partes in vmbra latentes, oculi ex virore pallescunt lingua inferiore parte, venæque sub lingua crassæ sunt, & nigræ; cum sic habuerit primum quidem venas sub lingua pertundito &c.* Cæterum in hac affectione, Hippocrates nullam totius corporis sanguinis adesse supposuit plenitudinem, si nanque ea plenitudo adesset, prius venam cubiti secandã esse iussisset, vt in angina iussit, *ita cito suffocaret nisi quis cito auxilium afferat sanguinẽ ex brachijs detrahens, & venas, quæ sub lingua sunt secans*, quarum cũ meminerit, inquit *resectaque propter eas, quæ linguæ subduntur venas; nam præcisa vua, quam nonnulli cionidam idest columellam vocant, vena vtraque crassa apparet.* Siu duo morbi regij, nempe tum pallidus, tum niger commixti fuerint, seu compositi, tunc sanè morbus regius viridis resultabit, tuncque per vtrunque cubitum vena secanda foret; vt Hippoc. in dolore ventriculi iam fecit, & in angina vtriusque partis. Secundus autem modus; similiter etiam tertius, quibus in febre pestilenti, phlegmone visceris alicuius, miseri ægri interire possunt, vt Galenus refert, sunt sanè, cum ægri aliqua alicuius præcordij, vel plurium tensione intumescerint. Quocirca Hippocrates cæterorum omnium Medicorum diligentissimus cunctos suos ægros, quomodo se babebant, circa hypochondria adamussim tetigit. Hinc in Dromeadei vxore, ait *Primo die ex præcordijs laborare capit*; De Erasino verò *Præcordia tumida cum dolore contenta*, In Clazomenio *Præcordia in tumorem attollebantur contentio parua* Alterius etiam ægri ait *Præcordiorum dextrorum dolor submollis in partibus internis inflammatio*, & in alia ægra *Præcordia cum dolore sunt conuulsa*. De Hermocrate quoque *hypochondria molliter* nempe leuiter *contendebantur*. De alioque ægro in horto decumbente *Quarto lien intumuit, præcordia dextra molliuscule contendebantur*. In Philista *dextra præcordia contenta sunt, ac intro inclinabant*, Ac de adolescentulo. *Tertio præcordiorum vtrinque submollis contentio*. In Apollonio autem *Viscera autem illi intumuerant, Diu eum dolor detinuit*, & postea *præcordia dextra cum dolore sublata sunt*. Denique de Melibeæ Adolescentulo habet. *Præcordiorum contentio submollis, vtrinque promissa*. Vnde nostris ægris hypochondria tangere tenemur, eaq; an salubria, vel insalubria sint indagare debemus: Sed Hippocrates de hypochõdrijs, ac de hypochondriorum suppuratione egit, hypochondria saluberrima, ac insaluberrima conscripsit; hoc modo. *Hippochondrium autem optimum est, si dolore vacat, si molle, & æquale est dextra, ac sinistra parte. Si vero inflammatione vexatur, aut dolore, aut intentum est, aut inæqualiter affectum dextra, ac sinistra parte. Hæc omnia animaduertenda sunt.* Et coacæ prænotio: 279. pag. 134. *Præcordia verò sine vllo doloris sensu æqualiter mollia esse oportet. At inflammatione tentata, aut inæqualiter affecta, aut dolore vexata non contemnenda ægritudinis notas præ se fuerunt.* Galenus verò per optimum, saluberrimum intendit, & secùndum suum esse naturale. Alio verò in loco Hipp. ait *febres ex hypochondriorum doloribus maligna*. Cæterum Galenus in com. ait *febres non sunt ex omnibus* hypochodrijs *maligna: sed ex septo transuerso, ventriculo, & iecinore: scimus quoq; & musculos quosdam, qui inibi* nimirum propè diaphragma ventriculum, & hepar, *iacent, si inflammentur, febrem accendere*. Ideò dixit *orationem banc* vt pote Hippocraticam *siue libri huius author, siue alius scripserit, non laudo: nisi etenim limitetur bifariam falsa est, quod & gemina indigeat limitatione*. Idem quoque alijs verbis confirmauit, dum contra quendam scriptorem falsum scribentem, hoc modo. *Qui verò simpliciter febres ex præcordijs esse malas confirmat, neceßarijs neglectis distinctionibus, quas in presagijs scripsit Hippocrates, mentitur apertè. Quippe longè verius erat dicere, febres à cerebro affecto malignæ sunt: Febres à membranis, quę cerebrum continent affectis malignę, febres à pulmone affecto malignę: Iam præ his etiam febres à corde affecto malignę: Aut febres, quę à præcordijs proficiscuntur, si propriè vocabulum precordiorum accipiamus, præter omnes sunt febres leuissimę. Sin minus propriè, & hac voce ventrem complectamur iecur, lienem, & septum transuersum, quædam mala, quædam etiam leues sunt, vt in libris explicauimus de locis affectis.* Proinde cum primam illius orationis coarctationem statuerit, subinde secundam limitationem depromit. *Quinimmo neque vbi in iecinore, vel ventre, vel septo transuerso phlegmone oriatur febris hæc continuo maligna est: sed acuta forsan fuerit, quamquam ne hoc quidem perpetuo nondum verò maligna quod autem neque acutam perpetuò fieri dicam, testatur experientia, & ratio demonstrat ab externis inflammationibus conspicuam reportans fidem.* Ideoque febris pestilens ab excellenti putredine humoralis massæ sanguineæ putrescentis intra venas cordi propinquus inter inguinas, & alias iacentes oborta, si ei internarum, ac externarum partium abdominis nulla sit tensio, nullusue sit dolor, nec inflammatio, nec palpitatio, nec vlla caliditatis, seu frigiditatis sensatio ab ægro percepta, nec denique vlla inæqualitas à Medico persentiatur, ibi quidem ea febris minus mala semper erit, quã alia, quæ secum hæc insalubrium præcordiorum signa habeat. Sicuti in oppositum febris pestilens, cui præcordia insalubria complicantur, perpetuo longè deterior erit alia pestilenti præcordijs salubribus annexa: Hæc autem ne dum in vtraque dextra, & sinistra parte resident signa insalubria; verùm etiam in parte media, vbi est ventriculus, mesentereon, pancreon, musculi, omẽtum, vesica vrinaria, vterus; inter quæ etiã peritonæon connumeratur à Galeno, & diaphragma, vt antea dixi: In parte autem dextra hepar quidem est, diaphragma peritonæum, omentum, & musculi ijs adiacentes; In sinistra pariter lien, diaphragma, peritonæum, omentum, & musculi

ijs

Marginal notes (left):

Secũdus modus phlegmonis in febre pestilẽte, & in maligna ac tertius declaratus.

Nostris ægris à principio hypochondria tãgere debemus, vt an salubria vel insalubria sint, dignoscamus. Hypochondria salubria & insalubria, ex Hipp.

Quæ nã febres malignę sint ex hypochondrijs tumefactis, & q̃ non malignæ.

A præcordijs: habetur ex Hermano Cruserio interprete At ex Augustino Gadaldino ab hypochondrijs habetur.

In media parte præcordia quæ sint
In parte dextra quæ sint.
In sinistra quæ sint.

Marginal notes (right):

A
2. De morbis p. 465 ex Foes.
4. De vict. rat. in morb. acu. t. 30.
5. Epid. ægro 6.
4. De vict. rat. in morb. acu. t. 30.
Li. de succi. bonit & vit. c. 2.
B
1. De mor. vulg. sect. 3 t. 28. ægro. 11.
1. De mor. vulg. sect. 3. t. 98.
Eodem li. eadẽ sect. t. 27.
Eodem li eadẽ sect. t. 29.
T. 30.
3. Epid. sect. 2. t. 5.
Eodem loco t. 29.
3. Epid. sect. 2. tex. 9.
Eodem loco t. 3.
3. Epid. sect. 3. t. 84.
Eodem loco t. 89.
C
2. Prog. tex. 2. vsque ad finẽ.
Ibidem t. 27.
Et coacæ præn. 279. & 280. 281. p. 134. 275. ex Foes. & præno. pag. 46.
In com. 1. 27. & 1 epid. 2. t. 2.
1 Prorhet. com. 2. t. 29.
3. Epid. com. 2. t. 8.
D
2. Prorhe. com. 2. t. 29.
Com. 2. prog. t. 27.
C 1. prog. 26.

Coacæ præn. 280. p. 114. Com. 2. progn. 37.

Siniſtræ partis vitia minus periculum portēdunt.

A ijs adhereſcentes. Partis autem ſiniſtræ vitia *minus periculum impendunt* ait Hippocrates quam ſi dextræ partis fuerint, quo ad hepar, & lien facta comparatione. Galenus autem tres modos ſtatuit; quibus præcordia intenduntur nos docendo, hoc modo. *Quandoque enim intenditur hypochondrium ſine inflammatione propriè nominata, aut propter vehementem quandam ſiccitatem non ſolum in illa parte, ſed etiam in ſuccingente coſtas membrana, atque præcordijs: aut propter inflammationem cum tumore ipſorum in hypochondrio muſculorum ſine inflammatione propriè nominata, conſiſtentem, quæ quidem tumor dolens eſt*. Nam et ſi duo tantum modi inibi à Galeno ſtatuti videantur, attamen ex Græco codice, ad latinum edito, vt in marginis ſcholio additum patet, cum aliqui ita vertant, vt ibidem videbis. *Vel ob inflammationes cum tumore muſculorum ipſorum, qui ſunt in hypochondrio phlegmone propriè nominata in parte exteriori conſiſtente*. Quo ad primum modum, fit modus iſte vbi vehementer ob aliquam vehementem cauſam flagrantem, vt areſacientem: areſactis non modo venulis partis tenſuræ; at verò etiam reſiccata eo modo membrana coſtas ſpurias peritonæi ſuccingente in qua pleuritidem deſcendentem inflammatoriam ſæpiſſimè factã fuiſſe, exploratum habui. Pariter in muſculis notharum coſtarum intercoſtalibus, ac in præcordijs, nempe in diaphragmate, hepate, & alijs partibus reſiccatio iam oborta eſſe poteſt, à qua, ad venulas harum partium, mordaces affluentes attrahuntur ichores; Quibus attractis, ichores illi

Hypochondria tribus modis intumeſcunt ac inflammantur. Propter areſactionem vehementem præcordij attrahētem. Propter inflammationem præcordij cũ tumore factam ſine inflammatione propria. Vel cum inflãmatione propria. Primus modus declaratur.

B eas venulas vtique mordent, ijs autem ita morſis dolore laborare incipiunt: ac ipſo modo gemina vi, nimirum vt areſactæ venulæ illæ, ac vt doleſcentes, ceu morſæ, iterum, atq; iterum trahũt; qua attractione quidem illæ non modo tenduntur, ac inflammantur; Verum etiam partes allatæ intenduntur, & morſu, ac dolore, ac denique inflammatione inuehuntur, cuius modi tenſionis, & inflammationis non propriè appellata Hippocrates ita dixit, *cum dolor acceſſerit, bilis atræ fluxuumque acrium influxiones fiunt: dolent morſa internæ, morſaque atque admodum areſactæ venæ intenduntur, ac inflammantur, inflammatæ attrahunt, quæ influunt*. Ita etiam in ardente febre inflãmantur venulæ vt cap. 17. tertij libri iam dixi, ſine tamen morſu, ac ſine dolore, ac ſine tenſione. Sin morſus ſuperueniret, tunc etiam inflammatio illa, cum tenſione hepatis, ſeu ventris facilè euaderet. Vnde in febre ardenti diligenter introſpiciendum venit, ne id fiat. Larga verò ſanguinis miſſione iam molita reuulſiua, ſimulque euacuatiua, venæ baſilicę dextri cubiti ſectione adhibita tumores illi euitandi ſunt vt lib. 3. cap. 14. dixi, ſubindeque alui purgatione euacuatiua, ac etiam humorum ad hepar, ſeu ad ventrem biliosorum fluentium reuulſiua adminiſtrata: pro quo obtinendo ſyropum roſatum ſolutiuum, aut caſſiam extractam, quod ſatis eſt, ſerunque lactis aſininum, caprinumue ſuperbibendum, dato. Si autem inflãmatio hæc impropria diaphragmati fieret à dolore quidem eius & à paraphrenitide, quę ſemper ſepti tranſuerſi inflammatio-

4. De vict. rat. in morb. acut. tex. 37.

In febre ardente aduertendũ.

4. De vict. rat. in morb. acu. t. 5.

C nem ſequitur, & à pulſu duro dignoſcetur: Sicuti etiam ea membranę coſtas ſpurias circumuoluentis, fortaſſiſque muſculorum inter coſtalium harum coſtarum inflammatio, ſuis notis nobis omnibus in arte peritis manifeſtis, facilè introſpicitur: tunc enim pleuritis inflammatoria ſpuria, deſcendens erit, in qua ſanè vt ait Galenus *ſecurius* vtique venę ſectione præſidium *multo exiſtit*, quam expurgatione ab initio adhibitum: & ait ex Hippocratis mente *Vbi igitur (inquit) non ſolum acutus morbus fuerit, cuiuſmodi eſt pleuritis, verum, & cum febre vehementiſſima multo magis vitanda eſt purgantis medicamenti adminiſtratio, atque per ſectionem venæ vacuandum magis etiam ſi ad hipochondrium dolor pertingat*. Addo etiam ego vt nunquam morborum inflammationes medicamento ſoluente curare valeamus, vt Hippoc. ſtatuit; cum cruda medicamento purganti non cedant, verùm ſectioni venę tantum cedunt, vt ſatis antea oſtenſum eſt: At verò ſecta vena, ſi morbus cum febre non vehementer magna fuerit, tunc *ſecurè, & mediocriter porrigendum* ſolutiuum medicamentum. Quandoquidem niſi materiam in locum affectum iam fluxam euacuarit, tamen eam fluẽtem, ac fluxuram ad eum locum euacuabit materiam, hinc reuulſio peroptima fiet; Hæc autem medicamenta, vt ait Galenus *ab Hipp. ad criſin iuuatoria dicuntur ea, quæ morbi iuditium faciunt magis, quam facultate*, quia *ad indicationem iuuantium vacuare* nempe *veratrum quidem nigrum, peplium verò flatus magis excutere*. Secundus autem modus quo tumores

Com. 2. de vict. rat. in mor. acu. t. 11. 4. Aph. 24.

4. De vict. rat. in mor. acu. t. 22. Lib. 2. cap. iſtius operis. 4 De vict. rat. in morb. acu. t. 21.

2. De vict. rat. in mor. ac. t. 11.

Inflãmationis ſecundus modus delucidatur.

D phlegmonoſi gigni poſſunt eſt, *propter inflammationem cum tumore dolente, conſiſtentem muſculorum, in hypochondria impropriè nominatam*, tam in muſculorum fibris, quam in ſpatijs, & illa inflammatio per modum attractionis à dolore emergit, vt in angina etiam, ac in pleuritide legitima contingit, & alij tumores inflammatorij, qui non incipiunt à parte valde areſacta attrahente, quinimmo à fluxione, & hoc modo hypochondria omnia intumeſcere poſſunt. Sicuti etiam tertio modo, qui eſt inflammationis propriè appellatę, & à Gręcis phlegmone proprie vocatur hypochondria tumefieri valent. Hoc autem modo tertio hepar in ſynocha febre inflammari poteſt, vt primo modo ab ardente febre inflammari valet. Omnes autem Medici ſciunt quomodo, quando, & quanta ſanguinis eductio, his inflammationibus conferat: Verum pro vt ipſę inflammationes febri malignę tempore augmenti morbi vniuerſalis, (vires dum valde imbecillę fuerint) ſuperuenire poſſunt; maximum nobis negotium faceſſunt, ac eo magis quoque, quo ab initio vena ſecta non fuiſſet: Si nanque Diuinus ſenex in Critone, tantum morbi principio elapſo, vocatus, venam pertundere auſus non fuerit? quid nos quęſo rectè agere valebimus? ſi tantum tecta curatio ſit venę ſectio? Nihilominus pluries iſtis in caſibus venã aperire coactus

Tertius modus patefit.

Num quid in augmento vniuerſali in inflãmatione alicuius pręcordij, in febre, acorthe vena ſecãda ſit.

fui,

Multa nanque in præcipiti vitæ periculo, rectè fiunt, alia vero omittēda ait Celſus l.3.c.18 cum melius ſit anceps auxiliū experiri, quam nullum; vt idē celſus l. 2.c.9.

fui, ac ſolas duas cruoris vntias pro vice educere contentus fui, ac iteratis vicibus, ita me geſſi, vt A multos, ac multos, hoc modo, ſanatos viderim. Nam tunc ſatius eſt anceps experiri remedium, quam nullum; cautione ſeruata, cum remedia non ſint infamanda apud vulgum vt ait Gal. cum dixerit Hipp. *calumnia verò vſque adeo grauem patitur apud vulgum ars tota, vt nullo pacto medicina eſſe videatur*; & ſi tota vndique certa ſit, vt vberrimè lib. de cert. med. iam demonſtratū eſt. Quocirca, iſtis in caſibus ægrorum conſanguineis, affinibus, amicis, & aſtantibus obitum pronunciare debemus, vena non ſecta, & ſi neque de vena ſecta curationem certam promittere valeamus, cum dixerit Hip. 2. aph. 19. Acutorum morborum non eſſe omnino certæ pronunciationes ſalutis, aut mortis, tum vt ait Gal. in com. [*Propter ſubitã in melius, aut in deterius in criſi mutationem, quæ mutatio naturam ſequitur humorum morbos efficientium, tum etiam, quia peccans humor ſine criſi ex vno interdũ loco in alterum mutet ſedem*, præterquam quod etiam vt ait Aetius: *igneus, præceſque febris impetu certi termini notas præuertunt*. Quandoque verò vt ait Hipp. *tum ob corporum denſitatem in qua non conſpicui morbi deliteſcunt, tum etiam ob ægri negligentiam*. Hinc iure merito nobis iuſſit nihil ægris promittendum fore his verbis. *Neque enim aſſeuerare oportet, quod vnum aliquod exhibitum remedium profuturum ſit: affectiones etenim omnes ob varias caſuum attributiones, & mutationes diuturniore quadam mora aſſident. Quin & iſtud, vt conſideretur admonitione indiget*. Vnde ſatis erit aſſeuerare, vt ſi æger conualiturus fuerit, ſola venæ ſectione, non autem vllatenus, id aſſequendum ſit. Verum iſti tres modi tenſionum, ſimulque inflammationum tantũ in ægritudine magna ex parte, fiunt; qui tertio modo ſatisfaciet. Quocirca prima vice, cũ vocati ſimus hypochondria tangere deuincimur, vt an tenſiones genitæ tempore ſanitatis noſtro patiēti fuerant, necne introſpiciamus: Quatuor nanque modis hypochondria, vt cætera omnia mollia cõtenduntur; vel enim vehementi exſiccatione facta, humidi exhalatione, extinctione, vt hæcticis contingit: vel ab ingenti frigore conſtipante, vt aqua glaties euadit; Aut dureſcunt res aerem, vētum, ſeu flatum vndique continentes, vt in vtre, veſica, & maxima pila conſpicitur. Vel denique cum partes ſpõgi formes ſint, molles, ſeu laxæ, raræ, inanes ſpatijs, poroſitatibusùe, ac paruæ, ſua inſita natura, dum autẽ copioſo humore craſſo, glutinoſo, viſcidoùe, & lento humore, ſiue pituitoſo, ſeu melancholico, ſiue vtroque, ne dum venulæ extremæ, ſed iteam illæ poroſitates replentur, ac ſpacia, tunc vtiq; neceſſe eſt, vt plenæ, denſæ, nec non duræ, ac tandem amplæ fiant, vt Hippocrates ait, vbi de partium natura verba fecit. *Spongioſa autem, & rara velut lien, pulmo, & mammæ propè admota maximè exugunt, eaque præcipuè accedente humore indureſcunt, & augeſcunt*; *Neq; enim ſi in ventriculo humor inſit, eumque foris contineat, & ſingulis diebus euacuetur, verum cum eum in ſe ipſo receperit, eumque vacua, & rara, & parua penitus imbiberit, pro raro, & molli durus, & denſus euadit, neque concoquit, nec emittit*. De hepate autem, ac ſepto tranſuerſo ita exarauit. *Quæ verò tum carnoſa, tum mollia in ijs ſtupores, & repletiones quales ſugulatis fiunt: Quod ſi in latum, & renitens incurrat, eique aliquid reſiſtat, quod natura neque ſit adeò robuſtum, vt vim eius ſuſtinere, neque ab eo male affici queat, neque ita molle, & rarum, vt in ſe recipiat, & cedat, ſed tenerum, floridum, & ſãguine præditum, & denſum veluti hepar: ob denſitatem quidem, & latitudinem renititur, neque cedit, flatus verò ſubiens increſcit, robuſtior efficitur, & impetu in id, quod obluctatur, fertur: Verum quia tenerũ, & ſanguine præditum doloris expers eſſe non poteſt: Eaſque ob cauſas grauiſſimi, creberrimique dolores eo in loco excitantur, tum ſuppurationes, & tubercula quamplurima. Quæ etiam circa ſeptum tranſuerſum, ſed longè minore vi contingunt. Septi enim tranſuerſi natura in latum protenſa, & renitēs, cunque ſit neruoſior, & robuſtior, ideo doloribus minus opportunum. In his tamen, & dolores, & tubercula exoriuntur*. Neutiquam ergo hepati ſpacioſitates ſunt, vt omnibus alijs ferè viſceribus contingit, vt ait Galenus *contra renum caro denſiſſima, & poſt hanc hepatis caro, caro verò pulmonis ſpõgioſa, ſplenis verò caro quanto denſior eſt carne pulmonis, tanto hepatis carne rarior*: Hinc facilius fluxiones pulmonis carnem ingrediũtur, poſtea lienis carnem commodius, tertio hepatis carnem, quarto ventriculi ſubſtantiam, poſtea diaphragmatis ſubſtantiam, tandem renum carnem: Verũ enim vero ſicuti facilè in pulmonis carnem fluxiones incedunt, ita etiam fortaſſis in meſenterei, D & pancrei ſubſtantiam fluere poſſunt, cum valde ſpacioſa, mollia, rara, laxaque ſint, vt ferè pulmo eſt. His autem exploratum habeas, pulmonem magis fluxionibus humorum peccantium cedere, ac etiam vexari poſſe, renes verò renitentiores eſſe, hinc in morbis humores, qui de repētè mouentur facilius ad pulmones ruũt, vt de materia turgente etiam ſtatuit Galenus, & Aetius niſi cito ea euacuetur: Vnde ſemper in acutis morbis ad facilitatem reſpirationis, à pulmone geſtaræ, tanquam ad ſaluberrimum ſignum oculos habere cogimur, vt Hipp. ſtatuit 1. prognoſt. 28. & Gal. 2. aph. 23. ſic verò etiam de alijs viſceribus enarratis magis, & minus fortibus, ſeu imbecillibus, renitentibus, ſeu cedentibus aſſeuerandum venit, quo ad læſionem eorum per fluxiones factam. Verum mihi notatu digniſſimum eſſe inuenio, nimirum, vt in febribus præſertim peſtilentibus pemphingodeis appellatis, ex ignea, & flatuoſa febre ſimul compoſitis, mutationes allatas repentinas facilè eſſe poſſe certitudinem pronuntiationis venturæ ſalutis, aut mortis, ob flatum copioſum: vel exhalantem, vel calorem innatum ſuffocantem alicuius viſceris principalis; ac ita vel ſalutis, vel mortis cauſa eſſe poteſt, quia interdum facilè à flatu in thorace exiilēre, ceu in parte ampla caua, & inani, nec non in ventre, vt in parte laxa, & ſpacioſa, à quo ſanè, & circum-

Margin notes (left): Nihil ægris promittere Medicus debet, ex Hipp. decreto. — Nota. — Hyppocondria, & omnia cætera quatuor modis contenduntur. Hypochondria vt ſpõgiformia indureſcunt. — Pulmo & lien vt ſpõgioſa magis facilius humores fluentes recipiunt. Deinde hepar, & diaphragma. — Hepar tumoribus, ac doloribus facilius affligitur quam diaphragma. — Renū caro difficilie tumoribus, & doloribus lęditur. Ordo viſcerum quo ad faciliorem receptionē & quo ad tenaciorem retinentiam fluxorum ſuccorum.

Margin notes (right): 13. Meth. c. 9. 2. De vict. rat. in morb. acut. t. 15. — Lib. 5. c. 61. De Arte p. 10. in Foeſio. Lib. præcept. p. 18. — B — Deinde hepar, & diaphragma. De pric. med. p. 26. ex Foeſ. — C — Ibidem. — 2. ad Glauc. c. 2. — 12. Meth. c. 3. Gal. lib. quos purg. cõuenias & lib. Gal. attributo de dyſſmidijs cap 4 & Aetius lib 3. c. 31. ex Antillo.

A circunuolutiones, ſimulque exagitationes oboriuntur, à quibus ſubinde omnes humores etiam ſani, & morbo reſiſtentes, ſimulque cum calore naturali aereo cordi implantato, exagitantur, quod ex iis Hippocraticis verbis hautio. *Quæ uero flatus, eorunque conuolutiones in corpore, efficiũt, ea in cauitatibus, ac laxioribus ſpacijs, veluti ventre, & thorace ſtrepitum, & ſonitum excitare æquum eſt; cum enim non ſic impleant, vt conſiſtant, ſed mutationes, & motiones habeant ab ipſis ſtrepitum, & euidentes motiones fieri neceſſe eſt.* Ergo, eò cautius in his tenſionibus, ſuperueniente febre ex magis flatuoſa quam ignea, venæ ſectio adminiſtranda eſt ne flatus ratione, in aliquam ægri incidamus iacturam, vt fuſius libro tertio capite decimoquinto demonſtraui.

De priſca medicina p. 26. ca Fœſio.

C A P V T IX.

Quibus ſudoribus ſanguinis miſſio conferat, & quibus non: Quibuſque venæ ſectio, & qualibus cucurbitulæ ſcarificatæ congruæ ſint, exploratur.

B

CVriosè autem mihi in Auicennæ libris perpendendum venit, animaduerſione dignum, in praxi, nã quo ad doctrinam Auicennę libri, in pleriſq; ſanè audiendi non ſunt: vt lib. de med. cert. encomio iam demonſtraui: Auicennas etenim, cum deprompſerit. *Et ſudor multus ſignificat lõgitudinem ægritudinis propter multitudinem materiei: Et non conueniunt habenti eum, phlegbotomia, & ventris ſolutio, propter debilitatem ſuam.* Tamen ſibi contradicit, dum exarauit, *Et ſcito, quod qui multum ſuda: cauſa repletionis eſt, phlegbotomia indigens.* Apud Auicennam enim idem eſt, & multitudo materiei, & repletio. Cæterum ſicuti ſæpe Hippocrates per eummet Hippocratem, & Galenus per ipſummet Galenum dilucidandus mihi fuit, ita etiam Auicennas per eundemmet Auicennam, modo eſt explanandus; qui ita inquit. *Et quum ægritudo eſt habens criſim, in cuius tẽpore eſt longitudo, nullo modo ſanguis multus eſt minuendus: Sed ſi poſſibile fuerit, quies eſt facienda: Quod ſi non fuerit poſſibile, vt quies fiat: ex eo parum minuatur: & in corpore ſanguis theſaurus recordatur, ad phlegbotomiam faciendam, ſi apparuerit, ſeu oportuerit; vt virtus conſeruetur, ad reſiſtẽdum in criſibus; Quod ſi multum præterierit temporis, ex quo quis minutus fuerit, & in hyeme fuerit conque-*

Lib. 4. f. 1. tract. 1. c. 70.
Lib. 1. f. 4. doct. 3. c. 20.
Dubium.
Ibidem lib. 1. f. 4. doct. c. 20.

C *ſtus, quod ſe quaſi fractum ſentiat, minuatur, & ſanguis pro theſauro recordatur: amplius phlegbotomia propterea quod ad diuerſum trahit, naturam ſecundum plurimum retinet*: ergo cum phlegbotomia aliam criticam reuocet excretionem, ſiue ſudorem, vel diarhæam: Ideo venæ ſectio non conuenit, ſudore critico exiſtente. Verùm intimiori ſtudio adamuſſim quæſo hanc rem diſquiramus. Tres nanque coctionis modi in ſudore critico ſunt ab Hipp. ſtatuiti, vt antea quoque diximus, qui vtique *per concoctionem, & ſolutionem, & rarefactionem* apparent: Quandoquidem ſucci peccantis, tum coctio à natura facta, tum adæquatio alterantibus à Medico molita requiritur, vt humor peccans ſeroſus vndique paratus ſit, vt à Natura ipſa veluti fluxilis, & aereus, ſuauis, & lenis facilè expellatur: ſi enim igneus eſſet, tunc etiam inſuauis, & aſper neceſſario eſſet; hinc etiam nõ niſi influxilis, ac Naturæ expellentis operationi renitens. Ideò vt ait Gal. Hippoc. ibi coctionem communem accipit, in hoc primo modo, qui *in ordine concoctionum ponendus eſt: accepta nimirum concoctione pro omni deductione ad temperiei moderationem, vt in matureſcentibus fructibus apparet:* cuius Ariſt. meminit, quæ vtique in calido, & humido temperamento conſtat, aereæ naturæ proportione reſpondente. Vnde in nobis ait concoctionis *perfectionis principium à calore proprio proficiſcitur, etiamſi exteriori aliquo adiumento* calido, & humido *compleatur. Cibus enim per balnea, & eius generis alia concoquitur &c.* ſecundus autem concoctionis ipſius modus quidem *per rarefa-*

6. Epid. ſect. 6. t. 6.
Lib. 2. c. 19.
Solutionis dubij ſtatuit fundamenta ponſitur.
Concoctionis modi tres.
Primus modus.
In com. t. 6. lib. 6 epid. com. 5.
4. Meth. f. 18. & 1. 19.
T. 19.
Secundus modus.

D *ctionem* inſpicitur, cutis enim, & carnis ſimul raritas herclè apertæ vię ſunt, per quas patenter ſuccus ille ſeroſus facilè à natura vincente expelli poteſt. Tertius verò coctionis modus ſolutionis quidem, ſeu difflationis vaporum per halitum inſenſibiliter digeſtio facta, etiam à Galeno deſumitur, exarante, *eiuſmodi enim hominibus multa accidit per halitum digeſtio repentina, potiſſimum ſi febris accedat ſtatu æſtiuo toto adeo corpore natura molli, ac temporamento humido.* Cum tunc excrementa, quæ peccant per ſudorem educantur. His autem iactis; quales ſudores boni criticiùe ſint explorare deuincor, ne iſtos venæ ſectione reuertamus: immò cucurbitis ſcarificatis (ſi his opus fuerit) ſudorem eum imminutum iuuare valeamus, non autem ſecus. Sudor itaque optimus inuenitur, vt eo fluente, febris terminetur, ſicuti è contra *febricitanti ſudor ſuperueniens, febre ægrorum non deficiente malum, prorogatur enim morbus, & plus humiditatis ineſſe ſignificat,* & alibi ait *ſudor autem frigidus cum acuta quidem febre, exitium cum mitiore verò diuturnum fore morbum ſignificat,* & etiam inquit *ſudor optimus ſanè, qui febrem die iudicatorio tollit: Vtilis autem, & qui alleuat. Malus verò frigidus, & vbi caput, duntaxat & ceruix inſudat. Nam & temporis diuturnitatem, & periculum denunciat:* Verum maximè boni ſudoris meminit diuinus ſenex, hoc modo *ſudores autem optimi ſunt per omnes acutos morbos, ſi per diem eueniunt decretorium, & integrè ſedãt febrem. Boni*

etiam

Tertius modus.
Lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 6.
4 De tuenda ſanit. c. 4.
Sudores boni & critici qui nã ſint.
Et qui mali & ſymptomatici.
4 Aph. 56.
Coacæ prænot. 574. p. 162. in Fœſ.
Com. 1. progn.
Ibidem prænot. 5-2. p. 162.
Idem ait lib. de iudicat. p. 69. 26.

etiam sunt, si ex toto corpore prodant, faciantque vt æger ferat facilius morbum. Si verò nihil tale efficiant: Nequaquam vtiles sunt. Pessimi verò, qui frigidi sunt, Et qui circa caput tantummodo eueniũt, vultum, & ceruicem: Hi enim cum acuta febre Mortem: cum mitiore morbi longitudinem indicant: Et qui per totum corpus fiunt similiter significant hi, vt qui circa caput. At vero Milij formes, & circa ceruicẽ euenientes: Mali sunt. Qui verò cum guttis fiunt, & euaporant Boni sunt. Considerare autem conuenit in vniuersum sudores: fiunt enim aliqui ob corporum exolutionem, alij ob inflammationis vehemẽtiam. A

Nota decimum quartum diem imparem esse, vt finis secundi septenarij sit. ac ita vigesim⁹ dies vt terminus tertij septenarij est impar. Id ex aphorismis spurijs habetur.

De bonis autem sudoribus, quo ad dies nedum diebus decretorijs, & indicatorijs, verum etiam alijs acutorum morborum imparibus, intercalaribus appellatis, non autem ijs paribus medicis diebus nuncupatis, vsu venientibus, ita Hipp. statuit, inquiens *sudores febricitanti si tertio, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto, vigesimoprimo, & trigesimo die contingunt, huiusmodi sudores morbos indicant, qui verò non sic contingunt labores portendunt.* Hoc enim antiquorũ more pronunciat: ex sua verò sententia, ait 4.7.11.14.17.& 20. morborum impetus terminari, non autem 21. Vnde sudores boni his tantum diebus eueniunt: Nihilominus *si sudores diebus indicatorijs vehementer, & velociter periculosi, & qui ex fronte guttarum &c.* quia omne nimium perniciosum est: De sudore malo Hippocrates quoque: in Muliere in Mendacium foro decumbente reperite, inquit, *Septimo sub vesperum per totum corpus sudauit frigidum: frigus partium extremarum, nec redibat illis calor: iterumq; nocte riguit: extremitates calorem non recipiebant; Octauo circa meridiem redijt calor: Vndecimo non multo post riguit, rursusq; extremæ partes frigescebant: quartodecimo die sanguis de naribus defluxit est.* Quoties enim partes extremæ sudantes algidæ sint in accessione, ac in febris remissione non iterum incalescant, ac non nisi auxilijs ægrè postea incalescant ingentissimæ inflammationis malignæ internæ intro calorem attrahentis signum est: mortemq; manifestam venturam, ac non longinquam ostendit: vt in hac Muliere euenit. Non ita verò lethale signum est; si extremitates frigescant, ac illicò, & facilè iterum incalescant, vt illa fuit *Mulier, quæ apud frigidam aquam in Thaso ægrotabat &c. Vigesimo extremitates frigerunt, statimq. calor redijt,* tamen *octuagesimo expirauit,* vt etiam ei homini contigit *qui supra Dianæ ædem decũbebat &c. Vndecimo sudauit, at non toto corpore, extremitates friguerunt, moxq; recaluit* ibi autem post recidiuas denique *centesimo vigesimo die obijt.* Quare sudare cum partium extremarum frigiditate, semper malum est, quando omninò à febre ægri non liberantur vt experimento exploratum habui: Verum maius malum longè est, quando partes frigidæ non nisi difficilè recalescunt: sicuti frigoris mutationes, & caloris, vbi in toto corpore sint, longitudinem morbi significant. De sudoribus vero malè olentibus in febre pestilenti, ait Galenus *Iam nonnulli dijudicati sudoribus sunt, iisque ipsis malè olentibus &c.* Vnde tales sudores in pestilentibus febribus salutiferi quidem sunt. Per sudorem autem criticum *Periclem Abderæ. Quarto sudor prorupit toto corpore multus, & calidus, à febre liberatus est:* Insuper *Abderæ Nicodemus. Vigesimoquarto &c. sudor ei toto corpore copiosè calidus emanauit, à febre est liberatus.* Vlteriùs *In Thaso mulier quædam morosa. Hac nocte* prope quartum diem *sudor multus toto corpore, & calidus prorupit, liberata febre dormiuit:*

Lib de iudicat. p.67.

Com. 3. prog. 2. & 3.

7 Epid. in fine t.86.

3. Epid. com. 2. t.9.

B

3. Epid. com. 3. t.73.

3 Epid. com. 3. t.62.

4. Aph. 40.

De succor. bon. c.1.

C

3. Epid. com. 3. t.77.

3. Epid. com. 3. t.81.

Ibidem t.82.

Solutio dubij propositi.
Quãdo in sudore cum febre nulla sanguinis missio agenda.
Quando cucurbitulæ scarificatæ conueniunt.
Quando sudor supprimendus.
Quando in sudore febri sanne xo, venæ cubiti dextri internæ sectio congrua tenetur.

His autem hunc in modum statutis, ad dubium propositum dico sex vtiq; acceptiones esse sudorum: Nã vel sudor omninò exactè criticus est, quo tantum penitus æger sanitati restituendus est, ac tunc nulla sanguinis missione egemus: Aut sudor criticus imminurus est, sanguine tenui cumularo, ac ibi procul omni dubio & natura, & sudor iuuãdus est, cucurbitulis scarificatis à renibus infra admotis, quibus sanguis (quo ad satis) extrahatur. Sin criticus sudor nimius fuerit, tunc pro nostro posse supprimendus erit. Verum quoniam aliquando sudor non criticus, quippe symptomaticus esse potest: ac id ob morbi magnitudinem sanguineam à sanguine crasso, vel obstruente, vel vt omniũ calidissimo, corruptibilissimo, ac inflammabilissimo pendentem, virium robore existente, vnà cum alijs compermittentibus: Ideò tunc venæ dextri cubiti internæ sectio maximè confert: Cæterùm eo sudore symptomatico præsente, prostrato autem virium robore vndiq; existente, nullam sanguinis eductionem administrare tenemur; At vero si non prorsus virium robur extinctum fuerit, immo à sanguinis crassi copia comprimente, suffocatum sit, ibi sanè per vices, & paulatim vena secanda est. D

C A P V T X.

Auicennam perperam asseruisse, ad canis rabidi morsum, venam cubiti secandam esse; ostenditur.

Auicennæ opinio.

Lib. fen. 6. tract. 4. c. 9.

AVicennas autem canis rabidi morsus curationem instituens, ait; vt duobus, tribusùe diebus primis euacuationis præsidij neutiquam vti debeamus; cũ eo quidem tẽpore tota curatio ad venenum per partem læsam extrahendum esse debeat: Euacuãtia nanq; obstant quominus venenum id ad exteriora attrahi possit. Quinimmo ad interiora venenum penetrare faciunt sua attractione ad interius rapta: Postea verò inquit. *Quũ ergo trahis, quod tibi possibile est: tunc occupare in euacuando: Quod iam forsitam penetrauit. Et si facta non fuerit attractio, & acciderit negligentia, tunc euacuatio in ea hora erit magis necessaria, & melius est,*

A *est, vt sit fortior. Et si videris repletionem sanguinis augmentatā phlegbotomen: & si non, tunc non.* Cui sententię Paulus quoq; assentire videtur, vbi communem omnibus: qui à virulento quopiā morsi, vel icti sunt, curationem proposuit: ibi ad partem læsam etenim cucurbitulam, multa cū ignis flamma admouere monet: sicuti ēt vexatę parti vicinas partes scarificandas esse deprōpsit: subinde autem inquit. *At si venenum per corpus fuerit dispersum, sanguis statim dimittendus est, præcipuè si is, qui percussus est, plethoricus existat.* Nihilo tamen secius res ita non se habet; eò, quia subinde, cum hidrophoborum propriam curationem constituerit, nullius phlegbotomię meminit, neq; Gal. neq; Aetius: Vnde Pauli sententia est, vt si venenum intro raptum fuerit, illico per cucurbitulas scarificatas, partiq; laboranti admotas sanguis extrahatur; quoniam venenum tātum per eam uiam in oppositum extrahendum est, per quam etiam totum corpus ingressum fuit; ut etiam Celsus iubet, dum exarat *cucurbitula virus eius extrahēdum est: Deinde si locus, neq; neruosus, neq; musculosus est, vulnus id adurendum est:* Error autem Auicennę fuit sanè, cum ipse censuerit uirulentiā caninam cito, aut extrahi posse, aut intro ad profundum fluere, nempe trium dierū tempore, quod uriq; falsum est. Nam ut ait Gal. solum *pedetentim in corpore causæ, quæ sunt excitandis huiusmodi malis crescunt, quod vsu venit morsis à rabidis canibus. Nam apertum est, quod canis venenum nullā sui ipsius notā prodit, multis interim proximis mensibus.* Ea propter Paulus ait B *Magna enim ex parte, circa quadragesimum ferè à morsu, diem solet ingruere, quibusdam & post sex menses proditū est, nonnullis post septem* hidrophobi euadunt. Eanq; sanè ob causam omnes hidrophobos, quibus uena secta fuit, mortuos intuitus sum, cum tunc uirus penitius dilabatur, corque petat, calorem hinc primogenitum cordi implantatum, cui omnia corporea opera tribuit Hipp. flagrando, penitus igneum reddit, ac etiam corrumpit: hinc necessario Mors certa subsequitur.

Lib. 5. c. 2. — Pauli sentētia. — Ibidem. — Eodem lib. 5. c. 3. — Lib. 6. c. 2. — 11. de simp. me. fac. clas. 5. f. 81. & de Theriaca ad Piton. ca. 16. — Lib. 5. f. 71. — Celsi opinio. — Auicennæ erroris causa. — Cant rabidi virulentia, intro non nisi tardè introfertur, ex Galeni sentētia & ex Pauli consensu. — 3. Epid. com. 3. cont. 75. — Lib. 5. c. 3. — 6. Epid. com. 5. cont. 5. & 1. aph. 34. & alibi.

C A P V T XI.

Torpore effectis sanguinis missionem obesse, demonstratur.

IN *corporis perfrictione cū torporis sensu sanguinis missio mala est.* Perfrictio, ut reor, nil aliud est, nisi quędam sensatio humorū per corpus uagantium, pręsertimq; per neruosas, seu musculosas partes, tunc. n. perfrictio percipitur: & passio quidē est facultatis sensitricis tactus. Torpor aūt ueluti stupor quidam est, seu partium motui inseruientium: Vnde passio est facultatis motricis minutę, etsi torpor ueluti stupor partiū sensui inseruientium quoq; fit, Vnde Gal. ait 12. meth. c. 8. *quæ torporem inferant medicamenta exhibentur*, nempè, quę stuporē inducunt stupefaciētia opiata, ad magnos dolores adimē-C dos *exhibeantur* si materia dolorē gignēs euacuari nequeat. Hę passiones uerò ex tenuibus, simulque crassis succis prodeunt. Hinc mirū non est, si instrumenta uaria ad uaria officia destinata, tūc lędātur. Quocirca eò, quia nullatenus sanguis peccat, nullaq; morbi magnitudo, sāguinea adest: immo tantū cacochyma, igitur ibi sanguis minimè educēdus est. Pręterea perfricatio ea simul ēt perfrigeratio stupori iuncta est; immo Cornarius, & Marinellus non ut Foesius, eum locū interpretati sunt, sed hoc modo. *sanguinis detractio in perfrigeratione torpida mala est*, ergo partibus sētientibus sensus, & perfrictionis, & perfrigiditatis, ac simul torporis inesse potest: ubi enim frigiditas, ibi quidem pigritia adest: Hinc ut etiam inquit Galenus à frigore torpor fit. Verum frigidis sanguis non est mittendus, ut ait Galenus ergo Hippocratis decretum uerissimum est.

Hipp. coacæ prænotion. 343. p. 290. ex Foesio. — Fol. 575. — Fol. 178. t. — 2. De sā tuē. c. 7. — 3. De symp. cau. c. 5. & 13. meth. c. 11. — De cur. rat. per sang. miss. c. 6.

C A P V T XII.

Quibus magnis doloribus lateris venæ sectio conferat, & quibus obsit, disquiritur.

DVbium aūt in Hipp. decretis mihi uidetur esse; cum dixerit de dolore laterali hic iam D proposito. *Si verò dolor ad claviculam pertigerit, aut molesta sit, vel brachio, vel māmæ, vel partibus septo trāuerso superioribus, grauitas, internā cubiti venā secare expedit &c.* idem ait, *si dolor sursum penetrauerit, vel claviculā, vel māmā, vel brachiū venā brachy internā secare oportet, qua dolor afficit parte. Clysterē postea exhibebis*, non aūt solutiuū ore assumptum pręb. bis pharmacū, ut in ualde acutis, uehementerq; magnis morbis inflāmatorijs Hipp. iubet; in oppositū uero ait *lateris dolores in febribus leuiter firmatos, & absq; vlla significatione, venæ sectio lædit siue auersū à cibis animū, siue sublata præcordia æger habeat. Quinēt in torporis perfrictione torpescentes, non sine febre sanguinis detractio lædit, & cum videantur leuius habere moriuntur.* Cornarius autem uertit, *Dolores iuxta latus in febribus tenuiter consistentes citra notas venæ sectio læserit, siue cibum auersetur æger, siue præcordium sublime habuerit: et perfrigeratione non sine febre torpidos sanguinis detractio lædit, & putantes se melius habere, hi moriuntur.* Ergo in Hippocrate contradictio esse uidetur. Insuper inter Hippocratem, & Galenum controuersia quidem apparet. Quandoquidem Hippocrates inquit Foesio interprete. *Si uero eas, quæ sunt sub septo trauerso partes* dolor lateris *affligat; nullāq. ad iugulū significationem præbeat, aluum veratro nigro, & peplo emolire oportet* hinc t. 8. dixit. *Ac venæ sectio non æquè dolorem soluit, nisi dolor ad iugulum pertingat.* Galenus verò, etiam dolore ad hypochondria descendēte statuit. *Per venæ sectionem vacuandum*

2. De vict. rat. in mor. acu. 110. — 4. De vict. rat. in mor. acu. t. 73. T. 4. — 4. De vict. rat in mor. acu. t. 22. — Coacæ prænot. 401. pag. 155. ex Foesio. — Dubium de cōtradictione, quę in Hippocrate esse videtur. — 1. Aph. 24. — Fol. 582 & Marinel. f. 230. c. — 3. De vict. rat. in mor. acu. t. 22. Idem quoq; ait 4. de vict. rat. in morb. acut. t. 76. & 4. aph. 28. — In com. cont. 11. — Dubium secundum de controuersia quæ videtur esse, inter Hippocratem, & Galenum.

dũ magis ẽtsi ad hypochondrium dolor pertingat. Nẽpe etsi minus quidem auxilium, quã per purgationẽ sequatur, securius tamen multo existit. Immo nullum ex eo, quod per venæ sectionẽ fit, periculũ impendet &c. A

Ad primum dubium respõsio.

Cæterùm herclè Hipp. sibi non contradicit. Neq; inter Hipp. & Gal. cõtrouersia inuenitur. Nam quo ad primum Hipp. primo supponit ea, quæ statuit, alibi in cathalogo omniũ magnorũ inflammationum morborũ, dum posteris prodidit. *Nam vena sectio in his præferenda venit: deinde chlysmis* tantũ, non aũt medicamentis ore assumptis *est opus*, vt ẽt t. 74. & 75. dixit. *Si vehemẽs, & magnus fuerit morbus: si vero* vehemens, & magnus simul *non fuerit*, immò tãtum simpliciter magnitudine tum sanguinea, tum cacochyma simul magnus, *& postea medicamento opus sit, id sanè post sanguinis missionẽ securè, & mediocriter porrigendum:* supponit præterea ea quę capite præcedenti de torpore, ac perfrigeratione iam ex Hip. allata fuere: Cũ itaq; in dolore laterali ibi posito, non à sanguine inflammante, nec ẽt subdominante magnitudo morbi oriatur, immo à cacochymia frigida potius torporẽ, ac perfrigerationem, atq; perfrictionem gignente ceu peruagante, ac non propriè turgente, vnà cum flatuoso spiritu dolorem extensiuum faciente. Quæ magnitudo cacochyma tantum introspicitur, ideo tantũ ventris inferioris purgationem postulat, vt de dolore laterali descendente idẽ autumat: quia ibi non dolorem quidem inflammatoriũ accepit Hipp. cum eum alibi posuerit, vbi vtranq; magnitudinem statuit, nimirum tam sanguineã, quã cacochymam simul iunctam, vbi ẽt nos docet, prius venãm secandam esse, postea securè, & mediocriter medicamentum solutiuum esse porrigendum; cuius quidem rei Gal. meminit inquiẽs. B

4. De vict. rat. in mor. acu. t. 22.

Coacæ prænot. 491.

2. De vict. rat. in m. acut. t. 20. & 4. de vict. rat. in morb. a. t. 76. & 4. aph. 18.

Per sectionẽ venæ vacuandum magis ẽtsi ad hypochondriũ dolor pertingat. Nẽpe etsi minus quidẽ auxilium, quã per purgationem sequatur; securius tamen multo existit: Immo nullum ex eo, quod per venæ sectionẽ fit, periculũ impendet, ergo nulla inter hos auctores controuersia vertit, nec asserendum est Hippocratem ibi diminutum fuisse, vbi Gal. in comm. addit: cũ senex Diuinus id supposuerit, q̃ t. 2 t. lib. 4. de vict. rat. in m. acu. iã statuit: necnon quia Hipp. ponit febrem non vehementẽ acutam, immo tantum magnam à frigido humore peccante, dolorẽ lateralem ad hypochõdriũ descendentem gignente obortã: cui tantũ ventris purgatio cõfert, ac eò magis, si æger à cõsueta uẽtris inferioris purgatione emolumentũ habuerit ut Gal. in com. ait, *cum igitur febris vehemẽs nõ fuerit naturanq; laborantis expertus fueris ad medicamenti purgantis potũ te conferes ijs, quæ ab Hippocrate dicta sunt, vel ẽt alij similis natura vsus.* Cæterum alia duo dubia soluenda ma[illegible] Hip. statuerit.

Ad secundũ dubium respõsio.

4. De vict. rat. in mor. acu. t. 28. in fine.

2. De vict. rat. in m. a. t. 11. Textu 21. lib. 2. de vict. rat. in mor. acut. T. 10.

Com. 12. lib. 2. de vict. rat. in morb. acut. 6. Epid. com. 4. tex. 44.

Primum aliud dubiũ an in lateris phlegmone cum cruenta seu biliosa sputamenta vena secanda sit. Secundum dubium aliud.

Impedimentũ in cruenta spuentibus, tempus anni, phlegmone lateris, bilis, & Gal. hunc textũ cum explanarit, inquit. *explanatio verò hæc cruenta sputa reijcientibus sectio venæ impeditur, propter anni tempus aduersarium, aut affectu lateris, aut humorẽ biliosum abundantem. Quod propter anni tempus clarum est, nã admodum calidis temporibus, qualia sunt propè canis ortũ à venæ solutione cauemus, nec non si valde biliosus homo sit.* Pręterea Gal. ait. *Si quæratur, an pleuritico vena secãda sit? respondetur. n. non cuicunq; secandam esse venam, sed illi, cui plethoricus concursus acciderit, vel quod sine hoc concursu robustus sit adolescens, atq. ne hoc quidem oẽs, neque. n. si pleuriticus concursus in sene, aut infante fuerit, vena secanda est, aut scythia degat æger instante hyeme frigidissima, vel sub ardentissimo cęlo in summo æstatis feruore, aut certè sycopã pati assueuerit nã nemini istorũ uenam secandã ducimus.* C

De subfigurat. Empirica c. 6.

Ad primũ aliud dubium quod tertium fuit. Responsio. In pleuritico dolore magno, ẽt sputo cruento exeunte, vena secanda.

Ad primũ responder subinde Gal. *Verum quod de lateris morbo dictum est, solum refragari videtur: neque. n. secanda venæ affectus iste repugnat, immo indiget: viribus non prohibentibus, aut anni tẽpore, aut ætate: Itaq; quod dicitur tale quiddam esse videtur: Sanguineum sputum reijcientibus omnino, quantum ad hoc pertinet, secanda vena est, nisi propter lateris morbũ talẽ reijciant.* Dilucidius uerò id explicando pergit. *Istis nanq; haud prorsus, vt sanguinẽ spuentibus, uenã aperies: sed proprijs lateris morbi regulis, & conditionibus medicaberis, per quas ita affectis, vel sanguinẽ detrahimus, vel non. Id verò mihi amplius animaduertere contingit, cũ librũ de humoribus explanarem. Inter explanandũ. n. q̃rendã ægrotum intuitus sum, qui me vt sanguineo sputo uexatus accersiuit, sed cruentũ ob lateris affectũ exspuebat. Sputum igitur ego conspicatus: ipsum interrogaui, num aliquem dolorẽ in costa sentiret: ipse uerò exiguum se dolorem percipere fassus est. Talis aũt erat eius habitus, atque uires, ut si sanguinẽ expuisset: quoniã necessarium esset secanda uenæ auxiliũ ad ipsum accedere ausus essem: sed cum morbus lateralis mitis admodum foret, necesse nõ erat: quod & alijs huic morbo remedijs congruentibus citra uenæ sectionem leuatus est: mitissimi. n. illi sunt latẽris morbi, in quibus cruẽta sputa eijciuntur*, de bile aũt reiecta uenæ sectionem probibente Gal. pergendo ex ueterum mente dilucidar. *Porro quidã interpretes &c. Et aiunt tẽpus de ijs dictum esse, quæ opportunè & decenter fiat: ipsum. n. uelle significare in lateris morbis, cum sanguinea sputa ab initio reddunt, etenim sic plerunq; post hæc* sanguinea sputa *in biliosam naturã mutationem in tempore fieri: Nã probum esse ordinem dicunt morbo lateris ad iudicationẽ tendente post cruenta, biliosa expui:* Sin dolor lateris magnus fuerit ẽt sputis cruentibus apparẽtibus, tunc sine dubio, ut ait Hipp. uena secãda: ac ẽt usq; ad animi deliquium: Ad illa Galeni uerba uerò ubi ait. *Propter anni tempus aduersarium, aut humorem biliosum abundantem &c.* respondeo *admodũ calidis tẽporibus qualia sunt prope canis ortũ à uena solutione cauemus*, ne dum ratione calidissimi tẽporis, uerum ẽt eò, quia eo tempore tumores laterales inflãmatorij magni nasci nequeũt, cum tunc sanguinis morbosi unà cum bile, & pituita, collectio magna exoriri nõ possit; cum ibi constipatio horum succorum magna, ob quam tumor fit, adesse nequeat, immo rarefactio. At uero si quis in costa aliqua ualde percussus esset, ex quo, tunc tumor ingens inflãmatorius concitatus esset, tunc etiã tempore calidissimo uenã secare cogeremur, ut in peripneumonia, angina, & phre-

6. Epid. com. 4. com. 44.

Ibidem.

Hinc nota vbi dolor pleuriticus magnus fuerit semper venã secandam esse etiam si sputum sanguineũ fuerit.

Ibidem. D

4. De vict. rat. in m. a. t. 21. & 23. Et 1. de morbis pag. 44. & 2. de vict. rat. in mor. acu. t. 20. Et 4. de vic. rat. in morb. a. t. 74.

In tumore costarum inflãmatorio magno: ẽt si cœli status calidissimus fuerit venam secabis.

A & phrenitide. *Si verò valde biliosus homo sit*, tunc lateris morbus vtiq; inflammatorius vehemēs esse nequit, cum ibi speciei carnosæ, seu partis solidæ passio non sit, quippe quod sola cutis, vel superficiei passio est, quoniam tunc erysipelati legitimo affectio respondet: in quo certè ait Gal. vt in legitimo erysipelate, venam secandam non esse, verum medicamentum cholagogum exhibendum esse; cum ibi tumor in carne inflammatorius esse nequeat, qui solum à penetrantibus in carnem calidissimis sanguinis spiritibus intumescere profectò valet. Hinc hepatis legitimè erysipelati venam minime secamus, sed solo cholagogo eā curamus. Ad postremū aūt dubiū, Gal. ipse respondet; his verbis *Non hæc tamen sufficiunt, sunt .n. aliæ quoq; determinationes vt si ad elauim dolor incubuerit, potius venā secamus: si ad hypochondriū declinauerit, ventrem purgandum eligimus*, tamen dolore lateris ad hypochondrium descendente inflammatorio vt Gal. fassus est, si magnus is dolor fuerit, *securius multo extitit: Immo nullū ex eo, quod per venæ sectionem fit, periculū impēdet*, vt ēt iam dudum vidisti: Ad ea verba aūt Galeni, vbi exarat: *Neq; enim si pleuritiens concursus in sene, aut infante fuerit, vena secanda est, aut scythia degat æger instante hyeme frigidissima, vel sub ardente cœlo*, vt in Æthiopia *in summo æstatis feruore, nam nemini istorū venam secandam ducimus*. Respondeo illius dubij solutionem à me lib. 3. c. 7. iam statutam fuisse. Nā in Pletisq; neq; in sene, neq; infante lateris morbus inflammatorius magnus fieri contingit: Ideò nec ēt frequenter his

B vena secanda est, rarò aūt id ijs accidere pōt, hinc etiam rarò his vena secanda, eo, quia Gal. terminat. *Itaq; & septnagenarijs modo dicti adsint pulsus*, hoc est magni æquales, ac robore præditi *si affectus iubeat* nempe magnus, vt ait Hip. 4. de vict. rat. in mor. acu. t. 19. & acutus, quia tūc necessariò magnitudo sanguinea aderit; ait Gal. *venam secabis*: ergo per Galenū senilis ætas in pleuritide magna venæ sectionem haudquaquā prohibet: De ætate verò puerili ante 14. annū accepta, statuit venæ sectionem agendam nō esse, dico vt lib. 3. c. 7. vidisti, Galenum rationi fidē, ita præbuisse, vt experiri vnquam noluerit, venam pueris aperire, cū ausus non fuerit: Alij vero Medici, inter quos Auenzoar fuit, id maximo puerorū emolumento experti fuere: Vnde hoc nostro æuo tuto, citò, & iucundè, nec non fœliciter pueris ita laborantibus brachij aut manus venā aperiunt ferè oēs Medici, & nisi ferro saltē hirudinibus, vt ego quoq; quamplurimis vicibus exploratum habui, in meis ægris maximo emolumento curandis. De extrema aūt regione tempestati extremæ iuncta vniformi, vel frigida, vel calida iam lib. 3. c. 8. promulgatum est, ibi magnitudinē morbi vehementem sanguineā talem nasci non posse frequenter, sed raro ostendi: Ideò Gal. de his, quæ per se sunt frequenter statuit doctrinam: non autem de ijs, quę per accidens, & rarò sunt: talia enim sunt per se, & per accidens, vt ait Arit. 2. phy. cum ibi dixerit casum, & fortunam causas esse per accidens, quia hæc extra semper & extra freqnenter, nempe rarò eueniunt.

2. Ad Glau. c. 2.
14. Meth. c. 2.
14. Meth. med. c. 3. & 2. ad Glau. c. 2.
De subfigurat. empiric. c. 6.
Hipp. 2. de vict. rat. in m. a. t. 12. & 11. & 4. de vict. rat. in m. a. t. 73. 74. & 76.
2. De vict. rat. in morb. acut. com. 1. 27.
De subfigurat. empirica c. 6.
De cur. rat. per sang. misc. c. 21.
Ibidem.

Ad vltimū dubium responsio.

C

C A P V T XIII.

Quibus ventriculi, stomachiùe doloribus venæ cubiti sectio conducat, quibus venæ sedales aperiendæ, & quibus vena cruris secanda; nec non quibus cucurbitulæ scarificatæ conducunt, & quibus nulla sanguinis missio conferat.

CÆterum inter affectiones sanè, quæ venę sectionem inhibent, primū quidem locū oris ventriculi passiones occupare inuenio: cum hę affectiones vrgentes sint, vt vitium tobur prosternant: atq; sæpè cor lædēdo, animi defectum pulsus prostratos, syncopē, ac deniq; mortem, inferre possint, sicuti dū cerebrum lædunt, delirium vertiginem, motus conclusiuos, paraplegiam, ac epilepsiam concitare solent. Vnde tales affectiones habētes, nedum: venæ sectione, vel humorū purgatione, verum ēt inedia sola, in ea pessima symptomata facile incidere solent, vt Hipp. & Gal. asseuerant. Nam Hipp. ait. *Adhæc si quis prandere consuetus, atq; cui prandere conducat, non prandeat protinus ubi tēpus præterijt, statim grauis impotētia exoritur,*

D *tremor, & animi defectio, ad hæc oculi pallidiores fiunt, vrina crassa, et calida redditur, os amarulentū euadit, viscera ei pendere videntur, tenebricosa vertigine corripitur, vehementer irascitur, & mæret.* Quæ posuit ēt 2. de vict. rat. in m. acu. t. 24. quæ verba à Galeno citantur hoc modo. *Sed ad hunc modū, & qui bis die comedere consueuerunt, ij, si non prandeant, ægrotant, tū imbecilles, & infirmi fiūt: ac timidi ad quoduis opus. Præterea cordis dolorē sentiunt, siquidē suspensa illis viscera videntur, & ea lidū pallidūq; mingunt, & dentibus vritur. sunt præterea quibus os ventriculi amaricat, oculi cauātur... & externæ partes frigent.* Galenus ēt inquit de hac re alibi, vt ijs in locis est videre præsertim de illo Grāmatico Picrocolo, cui ab media *comitialis spasmus assidue* contingebat, quem pluties Gal. alimento exhibito, ab eo affectu curauit: Vt ēt Hipp. de alimento crassante, ac adstringente stomachū robvrante asserit; inquiens. *Mulier cardialgia torquebatur, nec prius malū est sedatū, quā polenta succo punici. sparsa semel in die vteretur reliquis cibis abstinens, neq; amplius vomitu reijciebat qualia chera in Charitonis filius.* Cuius loci meminit: tū Auicēnas, tū Gal. In Foesio vero habetur. *Mulier oris ventriculi dolore cōflictabatur, qui nō conquiescebat: Hęc tenuissimo farinæ hordaceæ polēta mali punici succo macerato semel die, &c.* A cardialgia autem quidem syncopem otiri ait Galenus,

2. Ad Glauc. c. 14.
Ibidem & Auicen. l. 3. f. 13. t. 2. c. 33. Aetius li. 9. c. 1.
Lib. de prisca medic. p. 27.
2 Meth. c. 3.
6. De san. tuen. c. 10 & c. 24.
9 Epid. sect. 2. alias ultim.
3. De aliment. facult. c. 24.
Lib. 3. fi. 13. t. 5. c. 6.
3. De loc. affec. 2

Quibus stomachi doloribus nulla sanguinis missio molienda sit.

Et Auic.l.3.f. 13.tract.2.c.33. De cardialgia agit.Hip.1.prædict.72.ex Foe. p 80.& 4.apho. 64. & 2. epid. sect.2. & alibi, &Gal.2.de dec. Hipp.c. 8.& 2. de alim. fac.c. 24.6 de tuenda sanit.c.10. & c. 14.proth. com. 3.t.38. Nota etiam sedata cardialgia, nunquam vacuatio fieri debe:e, quin prius stomachus roboratus fuerit.

A 9.Meth.c.5. Idem Auic.lib. 4.f 1.t.2 c.30.in syncope à cardialgia. 9.Meth.c.12. 2. Ad Glaucon. 14. a De morb.p. 513. 2.Ad Glauc.c. 14.

qua homo interimitur. Si itaque in his affectionibus inedia cauenda, longè eo magis à venæ sectione abstinere nos deuincimur: Hinc Galenus summo iure ait. *At hac quibus os ventriculi aut amara bile abundat, aut imbecillum est, aut supra modum sensile. Atque hæ quidem indicationes sunt, quæ sanguinem detrahendum dehortantur*, & ratio est, vt ait *Postulat autem semper valentes vires, quę modo vacuationis eius respondeant* venæ sectio. Ideoque neque sedata cardialgia, vbi vires validæ videantur, nisi fomentationibus post bilis eductionem, vomitionibus molitam, os ventriculi roboratum prius fuerit, venam secare rectè possumus, cum ventriculus terminus sit omnium euacuationum, vt Hipp. fassus est, *nimirum cum corpus ad ventriculum humiditatem transmittat*. Hinc stomacho imbecillo, atque secta vena, tum sanè ad stomachum debilem facilè succi praui accederent, ac os ventriculi afficiendo in vitæ periculum ægros perducerent, cum Galenus exararit; *Nunc quid hic ad febrem respicientes solam multitudinnm euacuare tentabimus (quod alioquin sine molestia faceremus) an prius ori ventriculi prouidebimus, ac deinde, post quam circa hoc bene se habuerit, quam contigerit, totius corporis euacuationem faciemus. Mihi quidem ita agendum videtur. Multos itaque sæpius vidi, qui ita affecti erant, quosdam interijsse, nonnulli uerò ad extremum periculum fuisse perductos, cum medici eos euacuare tentassent, antequam os ventriculi corroborassent*. Cæterum nec dum in cardialgia, quæ oris ventriculi morsus est, ab acribus, & mordacibus succis obortus, vena minimè secanda est; nec alia sanguinis eductio agenda: Verum nec etiam in stomachi angore, seu anxietate à copia crudorum, quæ frigida excrementa sunt, oborta: vt Galenus, & Paulus affirmant ex Hippocratis decreto. At verò totum in oppositum Hippocratem asseuerasse inuenio, promulgantem de eo ægrotante ventriculo *vehementem dolorem percipiente. Hic sumtis omne genus medicamentis, tum sursum, tum deorsum purgantibus, nihil alleuabatur, secta verò per vices vtriusq; manus vena, donec exanguis fieret, tum demum alleuationem, & mali liberationem sensit*. Quam Hippocratis sententiam Aetius sermone 9.c.2. *De his, quibus atra bile stomachus infestatur ex Herodoto inquit, si quidem iuuenes sint, sanguinisq; abundent, & reliqui numeri ad venæ sectionem requisiti adsint, uena secanda repetita sanguinis detractione, & hoc tamen per infusum clysteris corpore prius euacuato, At qui ad animi vsque deliquium facere non oportet propter stomachi imbecillitatem*. Auicennas quoque de cardialgia, cum egerit in capite, *De cura malitiæ complexionis stomachi cum materia, & cura opilationis* inquit, *& in huiusmodi quidem materijs confert phlegbotomia, quando illic est repletio, vt moueatur humor ad venas, & extremitates*. Præterea in quadam cardialgia maximum prę sidiũ sanguinis eductio per venas sedales molita reperitur, vt lib. præced. iam ostendi, nempe quando in primis venis sanguis tenuis & mordax cumulatus fuerit, quod certè dignoscitur, cum vnà cũ cardialgia ipsa etiam lumbi doluerint. Vt ex Hipp. habetur asserente. *Quibus lumborum dolor & coris ventriculi dolorem sentiunt tenuibus, ac serosis humoribus abundant ij liberaliter sanguinẽ profundunt*. Per quam partem autem declarat *lumbis dolentibus, si oris ventriculi dolor accesserit futuræ per hemorrhoidas vacuationes signum est: ac forte etiam eam præcessisse significat*. Quod etiam alibi confirmauit, vbi in contextu Galenus inquit *Vt ergo sermo eius in non febrientibus sit, verisimile est, ex nulla manifesta causa plures consequentes dies lumbis dolentibus, atque ore ventris. In his igitur vacuationem per hemorrhoidas expectare oportet. Posses autem non solum id fore prædicere, sed et propter hæmorrhoidum re entionem ea fuisse conijcere: magisque si eius, qui hæc patitur, temperaturam videas melancholicam, ut tibi ex dictis prædictio non solum futuri, uerum & præteriti, ac tertio præsentis sit. Nempe, cum ab alijs distinctus fuerit lumborum dolor, & cardialgia, præteriti quidem erit prænotio, quod & antea fuisse illi per hemorrhoidas uacuationem noueris futuri, quod & nunc erit. Præsentis autem affectionis perspicua symptomata, nempe copia in uenis aceruata, tenue quoddam serum in uentrem confluens cardialgias parit, in os ipsius ascendens*. Patet ergo huic cardialgiæ curandæ talis hæmorrhoidalis sanguinis detractionem conferre. Vlterius cardialgiæ tollendæ admodũ sanguinis eductionem cucurbitulis scarificatis administratam conducere liquet, vt apud omnes ferè medicos practicos hic Venetijs id vsu venit. Cęterũ pro istius dubij solutione, perpende stomacho à Deo, & à Natura, summa cum prouidentia, facultatem appetitiuam nouum appetentem alimentum, vt eò totius corporis partes alerentur, recrearentur, simulque in suo robore conseruentur datam fuisse. Quocirca in istius finis gratiam, stomacho etiam exactissima sensilitas; ob duorum neruorum magnitudinem à cerebro ex sexta neruorum coniugatione ad stomachum descendentium dono data fuit. Eamq; sanè ob causam aliqui adeò hanc partem maximè sensitiuam continent, vt nullum quidem alimentum amarum, acre, vel mordax, mitissimè etiam, tolerare possint, cum itaq; biliosus humor, amarus, acer, tenuis, ac mordax, sua quidem naturali leuitate sursum semper feratur: hinc facilè ad stomachum accedit, eumque mordicando, eam vtique tristem censationem infert: quo stomacho læso, certè per neruos cerebrum lædendo offendit: Sicuti etiam per arterias cor afficit, & cordis actiones obturgat: nec non per venas hepar lædit, ac hepatis sanguificationem subuertit: In tali itaq; cardialgia cum ibi ex bilioso humore, & lypothymia, & syncopes facilè expectanda sint, vena cubiti proinde neutiquam incidenda venit. Cæterũ si corpus sanguine bilioso abundauerit, tunc sanè non modo cucurbitulæ insernis partibus siccæ, verum etiam scarificatæ admotæ mihi summopere arridene: cum Galenus asserat, humorem acrem, & mordacem oris ventriculi morsum, gignentem, per cutem euacuari; hinc *à thapsia, urtica, & scil-*

Quibus ventriculi doloribus vena cubiti scindenda sit.

B 11. Meth. c.3. Paul lib.3.c.37. 4. De vict. rat. in morb. acu t.42.& 44 5. Epid. ægro 6.

Lib 3.f.13.tract. 1.c.33.

Quibus doloribus stomachi sanguinis missio per venas sedales conferat.

Lib 1 prænot. 130 p.87.

C 2. Prænot. 130. pag.26. 3 Proth. com. 3 t.18.

Quibus doloribus stomachi sanguinis eductio per cucurbitulas conueniat.

Isthæc ceu dubia proposita soluuntur.

Fundamentũq; primum solutionis.

9. De vsu part. c. 11. & 1. de sympt. caus. cap.7. & 16. de vsu. part. c.1. & 3. de loc. aff. c.7.

Fundamentum secundum.

Fundamentum tertium.

Solutio primi dubij statuti.

Ad quartum de Iuridandum.

D 4. De simpl. fac. c 7 & 1. proth. com. 2. t.38 & 3. de loc. affect. c.7.

2. De com Med. 5. loc. c. de his q stomacho dolent & 8. meth. c 2. & 2. de dec. Hipp c. 8. & 6. de sanit. tuend. c 10. & c.14.

2 De simp. med. fac. c.13.

lam in

3. De vict. rat. in morb. ac. cont. 62. 6. Epid. com. 3. cont. 38. 4. De san. tuen. cap. 4. & 1 epid. com. 2. cõt 19. 9. De san. tuen. c. 4. & 2. de vict. rat. in m. a. t. 30. & 10. de com. med. sect. loc. c. 8.

Cur biliosus sãguis in cardialgia cucurbitulis euacuatur.

A *la in cute excitatas sedauit* eum stomachi morsum: Pariter bilem in sinu venosi generis febrem atdeotem procreantem balneis educi, asseuerat; cum itaque sanguis biliosus non nisi sanguis bili commixtus sit, quæ bilis fit ex sanguine supra modũ cocto, vel ab hepate calidiori vel à tempore valde æstiuo: qui sanguis biliosus vtique suum ichorem prauissimum continet biliosum, qui ichor certè, semper ipsa bile deterior est: tum cum bile longè tenuior, acrior mordaciorq; sit, tum etiam quia ad partem affectam velocius mouetur, ac penitius penetratur, ac etiam vt vehiculum alios humores crassos in læsum membrum permeare facit. Ideoque toto nostro posse is ichor æquè tam à centro ad circunferentiam deriuandus est, quam per ipsam cutem omninò vacuandus est; ergo hæc sanguinis detractio cucurbitulis scarificatis à renibus infra admotis attingi potest, virium tamen robore permittente: Ideo tale præsidium confert. Nihilominus aduertendum est vt si bilis non in venoso genere sanguini commixta fuerit; immò in ventriculi fundo, vel hepatis cauo sit, tunc nec etiam cucurbitulæ infigendę erunt nisi syncopes superuenturæ immineat, vt alias demonstraui, & ratio est ne bilis ea extra venam existens praua, in venas totius corporis, his cucurbitulis attrahatur, tunc enim massa sanguinea tota coinquinaretur, qua coinquinata, non nisi pessimè totius corporis partes nutrirentur; hinc etiam viriũ robur profligaretur, ex quo denique ægri interitus sequeretur: Proinde bilis in ventriculo per corruptionis modum genita,

2. De magn. casuethe c. vlt.

Cautio. Nota. Quando nec ẽt cucurbitulę conueniant.

B vel sit poracea, quæ prassina quoque vocatur, vel eruginea, Zinaria etiam nuncupata, perpetuo vomitionibus reijcienda est: sicuti ea in cauo hepatis existens per adustionis modum procreata bilis flaua ab hepate plus iusto calido prius vomitionibus, posteriùs per secessum educenda semper est: Cæterum quoniam vtroque modo interdum cardialgia contingere valet, præsertinque dum vnà cum cardialgia etiam esserę adsunt, quod sępe vsu venire solet: ex vomitu enim bilis vel Zinaria, vel prassina, vel flaua, seu vitelina, seu crocea cernitur. Ex esseribus vero valde prurriginosis in genere venoso sanguinem biliosum adesse ostendere vtriq; manifestum est: A quo ne dum esseræ ipsę efflorescunt, at verò etiam oris ventriculi morsus concitatur. Ideoq; tunc omnino bilis in primis vijs contenta prius detrahenda est; postea sanguinis biliosi pars deterior, tum ad cutim, & ad partes infernas, seu ad ignobiliores attrahenda, tum educenda venit: Pro qua intẽtione Galenus etiam partium extremarum priùs fęmorum, ac tibiarum, deinde brachiorum, tũ vincula dolorosa, tum calfacientes, & attrahentes frictiones proponit. Vnde ex quo Boethi vxorem ex stomachi offensione *animo defectam* balnei occasione hoc modo curauit, dum ait. *Conspiciensque frigiditatem manu nardino vnguento admota stomachum laborantis ex eo confricui: ancillasq; iussi non frustra clamare, sed vnam pedes calfacere, aliam manus fouere, reliquas odorandum aliquid naribus supponere: tunc itaq; celeriter ipsam recuperauimus, &c. Quadringentos aureos ad me Boethus misit, & nobilium medicorum inuidiam auxit, nam me apud eos laudibus summis extollebat, affectabatque*

In cardialgia esserlbus iũcta: prius vomitiones plures, & alui soluto actibus clysmatib. conueniũt: Deinde cucurbitæ partibus inferis admotæ scarificatæ cõgruissimæ sunt.

1. Ad Glau. c. 14. & 12. meth. c. 1 & 8. de com. m. per l. c. 4. De præcogn. ad Posthum. c. 8.

Galenus reuulsiones ac deriuationes posuit. Boethi vxorem, quibus præsidijs Gal. curauit.

C *sicut & seuerus mentionem de me facere apud Imperatorem Marcum Aurelium Antoninum, qui Romæ tunc erat.* Aetius quoque ad eandem indicationem ait *extremæ vero corporis partes, siue ad genua vsque, & cubitos siue vsque ad locum sub alis, & inguina sint refrigeratæ, fece vsta, & sulphure viuo conspergenda, aut pyretro, aut pipere, aut bulbis tritis cũm pipere illinenda à brachijs vsque ad digitos, & à fæmore vsque ad extremos pedes, gracilibus linteolis simul circumpositis. Idem præstat sinapi, & pyrethrum, & adarce:* ergo in his casibus cucurbitæ siccæ coxis, & cruribus admotæ admodum valent, nec non frictiones aqua ardenti administratæ, vt ego expertus sum. In stomachi verò angore à frigidis humoribus genito, verissimum est, nullam sanguinis emissionem agendam esse: vt nec etiam in cardialgia à bile in primis tantum vijs existente, oborta, vllam sanguinis eductionẽ moliendam esse liquet. Sin autem sanguis biliosus in sinu venosi generis valde copiosus, naturã grauans, calidissimusque, & adustus, quadantenus crassus, celeriter ad ventriculi os, simulque ad cerebrum se repens, fuerit. Vnde per cutim cucurbitulis scarificatis verendum sit, eum sanguinem, medius fidius, neque euacuari, neq; hinc corpus quod flagratur, refrigerari, neq; tandem deorsum eum sanguinem his modis peccantem, reuelli posse: Tunc sanè tutius, ac satius consiliũ erit, etiam in hominibus, solam venam dextri cruris internam malleoli appellatam aperire, &

Lib. 9. c. 1. Idem Paulus li. 2. c. 37 &

Aetius eas frictiones mordaces laudat. Ad primum ireruus responsio quando nihil. Quando per venam malleoli sanguis mittendus sit, in cardialgia. Ad secundũ responsio quãdo p cubiti venã. Aetij & Herodoti sententia quõ testè intelligenda sit. Hinc Gal. 8. de com. me. 5. loc. c. 4. ait Cæterũ quib. bilẽ atrã generantib. stomachus inflatur; spongias aceto acerrimo calido imbutas ad stomachũ imponito &c. Ligaturas insuper extremarũ partiũ fortes adhibe circa ipsum stomachum cucurbitulis & fomẽtis varijs atere. Quod si vehemens et valida distensio sit, ẽt venæ sectio efficax auxiliũ erit, & alui solutio per suppositiũ glandem &c.

D ctuoris quantitas (quoad permittentia sint) euacuetur. Maximè vero in mulieribus, si menses delituerint vena malleoli secanda erit. Ad Hipp verò autoritatem respondeo; eum ægrotantẽ cardialgia vexatum minimè fuisse; immò ventriculi ingenti dolore, à sanguinis copia, calore, & motu peccantis, excitato laborãtem. Ideoq; ampla venæ sectione euacuatiua, refrigeratiua, deriuatiuaq; simul emolita sanitati æger ille restitutus fuit, non autem succorum prauorum eductione. Quo ad Aetij sententiam, dico, Aetium ibi de cardialgia exactè accepta non egisse; cum de ea capite præced. egerit vbi *De cardiacis* verba faciendo inquit. *Quomodo eos, qui cardiaci appellãtur curare oportet, aut eos etiam qui aliter ob stomachi compunctionem animo linquuntur &c. os verò ventriculi primum est, quod in ipsis afficitur per consensum vehementer obladens cor ipsum propter viciniratem.* Nec tamen vllã sanguinis eductionẽ proposuit, quippe tantũ extremarum partium calfacientes, simulq; attrahentes inunctiones, & frictiones posuit: Proinde Aetius venę incisionẽ moliendam esse statuit in cardialgia non exactè vocata, cum ea ab atra bile fiat, quæ sua natura non leuis est sursum ascendens, vt flaua se habet: Idcirco ad stomachũ ita celeriter atra quidem ascendere nequit, vt flaua se rapit, hinc nec etiam adeò os ventriculi afficere valet atra, sicuti flaua offendere

1. Epid ægro 6.

Lib. 9. c. 2. Lib. 9. c. 1.

Cur in atrabile in stomachi affectu vena secãda sit.

Aetius li. 9 c. 2.

fendere potest; tametsi *Quibus stomachus ab atra bile in febribus vexatur, similes accessiones cardiacis patiantur. Accedunt autem ad hæc fortis stomachi morsus, cum eius exolutione, & oculorum vertigine, ac frigido sudore, paruusq; & obscurus adest pulsus, progressu verò temporis augetur morsus, atq; hinc in dolorem, qui difficulter leniri potest transit: Cæterum manifestè apparēs flauæ bilis vomitus has accessiones leuiores reddit, atræ autem bilis soluit*. Pro integra verò dilucidatione, primo perpēdo, vbi atra bilis est, ibi quoq; necessario semper atrabilarem, in sinu venosi generis, sanguinē copiosum, crassum, mordacem, & acrem per adustionis modum genitum, hinc non nisi prauissimum ichorem etiam effrenem continentem, adesse debere; Qui ichor sanè, vt atrabilaris quidem, excrementosus, impurus, ac omnium cæterorum deterrimus, ita se habet, vt eum ve extreme prauū Natura semper reijcere protensa sit; Eanque certè ob causam sua impuritate, improbum quippe prauum toto corpori alimentum porrigit, corporisq; virium robore hinc prostrato, curatio morbi non amplius admittitur, cum morbus tunc virium robore superior euaserit. Sua verò copia, & crassitie, lentore, ac viscid itate sanè sanguis attrabilaris, & calidum innatum grauando suffocare valet, viasq; præsertim naturales angustiores, nempe viscerum, seu hypochondriorum obstruere potest; Quibus obstructis, facilè putredo in eo sanguine emergit, ex qua sanguis efferuescit, & efficit vigilias, delíria, mœrorem, mæstitiam, & quamplurima alia mala grauia. Cæterum sua putrida ingentissima efferuescentia, & crassitudine, si ad cutim trāsmittatur, carbūculi finnt maligni, qui morbi sunt valde partes inflammantes, vt ait Galenus: hinc ad eos curādos, venæ sectio vsq; ad animi deliquium administrata, præsentaneum, ac maximum remedium est, vt Gal. statuit, inquiens *Nec illud obscurum sanguinis vacuationem, quæ ad animi defectum vsq. sit adhibita, magis his etiam collaturam: nisi tamen illud quoppiam obstet ex ijs, quæ venam incidi vetent*: cum ibi sit copiosus sanguis, atq; necessario quoq; atrabilaris, eo quia carbunculus à sanguine calidissimo, & adusto in atram bilem ferè conuerso exoritur. Proinde Herodotus, & Aetius quoq. in stomachi morsu ab atra bile oborto, cum ibi necesse sit, sanguinem copiosum, ac atrabilarem adesse precantē, hinc exarant. *Quod si contingat, siue febris adsit, siue non si quidem iuuenes sint sanguineq; abundent, & reliqui numeri ad venæ incisionem requisiti adsint, vena secanda est repetita sanguinis detractione. Atqui ad animi deliquium id facere non oportet*, vt in tali sanguine educēdo obseruare oporret Galeni, & Hippocratis mente *propter stomachi imbecillitatem*, quę talem sanguinis missionem ad lipothymiam vsq; molitam ferre nequit. Proinde in tali affectu venæ sectio tum vacuatiua, & exoneratiua, tum depuratiua, tum refrigeratiua, tum denique deriuatiua necessaria est. Cęterū secundo perpende Herodotum, & Aetium duo ibi supponere in sanguine detrahendo, nimirum, vt prius bilis tum flaua, tum, atra, quæ in primis vijs inest, omnino vomitionibus euacuanda sit: Præterea vt symptoma id magnum quoq; prius sedatum sit, vt etiam Galenus expressit: quo sedato etiam oculorum vertigo, frigidusq; sudor, ac pulsus paruitas, simulq; obscuritas terminabūt: Verum id sedabitur bilis quidem flauæ, & atræ vomitionibus, vt ex ijs verbis ab Aetio prolatis. *Cæterum manifestè apparens flauæ bilis vomitus has accessiones leuiores reddit, atræ autem bilis* vomitus *has accessiones soluit*. At vero ēt speculor, ex Galeni sententia, vt non modo satis sit oris ventriculi morsum sedatū fuisse. Verum etiam vt stomachus à cardialgia imbecillis redditus, fomentis roborandus sit, priusquam venæ sectio, aut humorum aluina fortis purgatio fiat, ratione antea à me allata. Ad Auicennæ autem autoritatem, quam (cum ea in praxi habeatur) cōcedo, respondendum esse reor, ibi Autorem illum de cardialgia non egisse, cum de ea potius alibi egerit: vbi ait. *Et phlegbotomia quidem multoties addit in syncopicum*, de syncope ex cardialgia verba ibi faciendo, vt etiam Capiuaceus idem censuit: vbi in cardialgia venæ sectionem minime cōuenire consiliat, eam Auicennæ sententiam citat. Auicennas autem de stomachi dolore agit, nec tamen venæ sectionem proponit. Cum itaque Auicennas. *De cura autem malitiæ complexionis stomachi cum materia, & cura opilationis* mentionem fecerit, consequenter ēt obstructionis curationem posuit, si ergo stomachus ab hepate lędatur opilato, curationem primo posuit administrādam ijs, *quæ leniunt, & euacuant humorem subtilem cholericum, sicuti aqua casei cum mirabulanis, & scamonea*, postea ait. *Et in huiusmodi quidem materijs confert phlegbotomia, quando illic est repletio, vt moueatur humor ad venas, et extremitates, & sint in humoribus, qui sunt in stomacho meatus, in quibus expellatur*, venæ sectione enim obstructiones à copia ortæ tolluntur, vt lib. 2. c. 9. iam ostensū est. Cæterum deniq; cardialgia à sanguine hemorrhoidali fluere assueto, ac retento oborta, vel aliquo alio modo à sanguine atro melancholico, seu bilioso, aut seroso in primis venis cumulato nata, pręcipuum, præsentaneumq; est remedium, tunc sanguinis missio, per hemorrhoidas molita. Si vero in secundis collectus venis sanguis peccans fuerit, cardialgiam souens, ibi sanè satius erit deorsum per venam malleoli sectum sanguinem educere. Cæterum ad hæc magnū manet dubium; Quandoquidem aliqui uiri doctissimi in cardialgia alternis diebus emergente, ratione febris putridę assiduę imminentis cubiti iecorariam secant uenam, ęgrotorum emolumēto, die, quo cardialgia iam sedata est: Nam Medici isti substinent eum Galæni locum ita explanari debere, ubi ait in cardialgia respectu febris putridę magnę, uenam scindi rectè non posse, nisi sedato symptomate: sedatum autem symptoma, nimirum cardialgia duobus modis intelligi potest, uel cardialgia tantum pręsente sedata; uel ipsa non modo pręsente, uerum etiam alia iterum uentura

Margin notes (left):

9. De alim. fac. c. 26. & de atra bile cap. 8. & 6. epid. com. 4. cōt. 25. & 2. de diff. feb. c. 9.

Lib. de atra bile c. 4. & 2. de diff. feb. c. 9.

Primum obseruandum in tali cubiti venæ sectione.
Secundum perpendendum.
Tertium aduertendum.
Quartum obseruandum in tali cubiti venæ dissectione.

Auicennæ opinio, quomodo rectè intelligēda sit.

Quando in cardialgia per venas sedales vel per venam cruris sanguis trahendus est.
Cardialgia sedata duplici modo est, quādo rōne magnitudinis sāguineę febris putridæ vena cubiti basilica scinditur.

Margin notes (right):

A

Lib. de atra bile & 6. epid. com. 2. com. 18. 24. De sa. pu. c. 7. & 4. de ra. san. c. 4. vt libr. c. 4. iam dictum est.
6. Epid. com. 4. cont. 25.
4. De vict. ra. in m. a. t. 22.

B

6. Epid. com. 2. cont. 35. & 1. epidem. ... cōt. 5.
2. De diff. feb. c. 5.
4. De vict. rat. in m. a. t. t. 21. & li. de curā. mod. c. 2.
1. de Meth. med. c. 1.
1. De diff. feb. c. 3. & 2. de diff. feb. c. 9. & li. de atra bile c. 4.
Lib. 9. c. 2.
5. Epid. agro. 6.

C

2. Ad Glauc. 14.

Loco citato.

Lib. 3. f. 13. tr. 2. c. 31.

Lib. 4. f. 2. tract. 2. c. 30.
Lib. 3. c. 6.

Lib. 3. f. 13. tr. 2. c. 2. & c. 3.
Lib. 3. f. 13. tr. 2. c. 33.

D

2. Ad Glauc. 14.

immi nen-

A imminente omnino ſedata. Quocirca viri iſti aſſerunt primo modo ſedato ſymptomate venam ſcindendam eſſe. Alij vero peritiſſimi Medici totum in oppoſitum aſſeuerant, ob febrem putridam vt aſſiduam magnam pręſentem, vel incipientem, ſeu imminentem, venam baſilicam ſecari optimum eſſe, cardialgia non tantum primo modo, immo etiam ſecundo modo ſedata: rationenque reddendo, inquiunt, donec cardialgiam omnes profligantem virtutes, tum vitales, tum animales tum naturales denuo ſuperuenire poſſe dubitamus nunquam eam hepaticam ſecandã eſſe venam; cum tunc ex vitalibus ſanguinis ſpiritibus venæ ſectione eductis, ita vires proſternerentur, vt non niſi liporhymia, & ſyncopes, & mors conſequi poſſet. Inſuper bilis flaua in hepatis cauo reſidens, venæ inciſione certè venoſum ingrederetur genus. Vnde tota, ex ea bile, maſſa deturpata ſanguinea, ægrorum multæ ſubſequerentur iacturæ. Verum enimuero vtraq; horum virorum ſententia optima eſt, ſi hæc varijs diuerſiſq; decoretur conditionibus: Nam quoties cardialgia præſens magna fuerit valde eas offendens virtutes, à qua lipothymia ſuperuentura ſit, ex alia noua cardialgia imminente ventura, tunc ſanè nullus Medicus peritus Mentis compos eſt, qui ratione magnitudinis ſanguineæ febris putridæ vehementer magnæ venam incidere audeat, cũ ibi admodum magis vrgeat morbi magnitudo cacochyma cardialgiam procreans, quam alia morbi magnitudo ſanguinea recenſita, præſens, vel incipiens, vel imminens. Ideo tunc non niſi

B euacuata cardialgiæ cauſa, nempe flaua bile educta: Sedataque penitus cardialgia etiam ventura imminente; ac etiam ſtomacho roborato, viriunque robore pręſente ac venturo, alteri ſanguineæ magnitudini venæ ſectione incumbere tenemur. Sed ſi totum in contrarium, cardialgia non magna tam præſens, quam ventura imminens inueniatur parum, & ferè nihil eas lædens facultates, vllam non gignens lipothymiam, Vnde nullam ſperemus venturam imminentem fore lipothymiam; cum ibi flauæ bilis in hepatis cauo exiſtentis pauca ſit copia, immo ferè ea omnino vomitionibus iteratis iam educta ſit, nec non poſtea ore ventriculi extrinſecè fomentationibus roborato; ſimulque vt ibi morbi magnitudo ſanguinea ſuperius narrata præſens, vel incipiens, aut imminens inueniatur, quæ longè magis vrgeat, quam alia non magna cardialgia, à morbo cacochymo orta; Præſente quoque virium robore, ex pulſibus æqualibus, ac magnis nobis noto; tunc procul omni dubio, iecorariam rectè ſcindere valemus venam, ſedata ſolum cardialgia pręſente, non autem cardialgia ventura imminente ſedata; quæ cum parua ſit, nullam facere poterit lipothymiam. Verum ex alia parte ſi vena minime ſecaretur, tunc ſanè ea morbi magnitudo ſanguinea adeo incremẽtum reciperet, vt huius magnitudinis curatio præuerteretur, hinc etiam ægrotanti obitus facilè ſuccedere poſſet, vt Hippocrates ſtatuit.

Lib. de Arte p. 20. ex Foeſio.

C

CAPVT XIV.

Alui fluori quando conducat, & quando obſit ſanguinis miſſio, pateſit.

4. De vict. rat. in morb. acut. tex. 116.

1. Ad Glauc. c. 14.

POſtremum autem ſymptoma, quod venæ ſectionem inhibet, ventris quidem ſolutio eſt, cum Hipp. decreuerit *ſi cupiam ſanguinem auferre conferat, ventrem confirmare oportet, & ita auferre.* Vnde in com. Gal. ait *fluente aluo ſanguinem non detrahes. Nam ſi poſt detractionem perſeuerat fluor, virtutem proſternit* alibi vero inquit *Neque ſi fuerit febris eum profluuio ventris alia eſt opus euacuatione. Verum hæc ſola ſufficit, quamuis non ſit pro multitudinis* excrementis peccantis *ratione. Quicunque enim his plus adimere fore neceſſarium putantes, aut ſanguinem mittere, aut ventrem mouere tentauerunt, in grauiora pericula ducere.* Quod certè ex Hippocratis experimento Galenus exploratum habuit, vbi patet, in febre peſtilenti cum alui colliquatiuo fluore, quòd *purgationes multos offendebant.* Nam conſentaneum eſt, aliqua è corpore euacuatione perſeuerãte, corpus imbecille reddente, per aliam vacuationem corpus imbecillius nunquam efficere debere; vltra quòd etiã Na-

3. Epid. com. 3. tex. 56.

D tura ſicuti exonerata paulatim concoquit, ita paulatim inutilia ab vtilibus ſegregat ſuccis, inutiliaque expellit excrementa, ac vtiles retinet humores: Ideo ab alia euacuatione aliæ euacuationi contraria impedita, non amplius praua expellere poſſet excrementa. At vero corporis imbecillibus redditis viribus morbi cacochyma magnitudo ſuperior euadere poſſet; hinc curationẽ non amplius admitteret: Auicennas vero eandem colaudat ſententiam, dum ait *qui ex conſilio phlegbotomia eſſet medicandus, ſuperuenit fluxus ventris naturaliter, qui phlegbotomiam excuſat.* Verum enimuero pluribus febre aſſidua vexatis ægrotantibus, alui fluore quoq; laborantibus, ſanguinem detrahere coactus fui, alioquin mortem obijſſent omnes illi patientes. Quam obrem hoc præſidio, ſumma cum ratione molito, hos cunctos ægros ſanitati reſtitutos vidi. Quorum prima Mulier quædam recenter enixa fuit, cui die quinto puerperij, purgamenti excretiones deliruerunt; ex quo, tum febris, tum vigiliæ, deliria, ac plura alia ſæuia ſymptomata vehementiora valdè facta fuere, ſed diarhęa biliosa oborta copioſa eſt, quam ſanè nec tamen à venæ ſectione ſaphenæ, me impediſſe volui; Quippe, vena ea inciſa, per vices tamen, ne virium robur diſſolueretur; eam quidem ſanatam intuitus ſum: Deinde vero hoc experimento memoriæ mandato,

Lib. 1. f. 4. doct. 5. c. 20. in fine.

alias

alias octo Mulieres ita laborantes puerperas fęlicitate curaui: Nec vllam hoc modo curatam A hucuſque mortuam vidi. Inſuper quoque aliquibus ægrotantibus diarhæa febri adhæreſcente afflictis, vbi eos patientes ſola diarhæa non ſanandos fore, mihi viſum fuit: immo aliqua venæ ſectione, à morbi magnitudine ſanguinea indicata, indigentes eſſe cenſui, ibi paruam pro vice cruoris portiunculam detrahere feci, ad eam magnitudinem adimendam: Ac omnes hi conualuerunt. De dyſenteria autem hoc Hippocratis decretum, non eſſe aſſeuerandum patet, cum venę hepatis ſectio præcipuum hęrcle dyſenterię remedium ſit.

Alexander Trallianus f. 229. vel pag. 432. ait in dyſenteria venã brachij iecorarię ſcindendã.

Finis Quarti Libri, & primi Voluminis.

Laus, Honor, & Gloria ſemper Deo, eiuſque Matri ſemper Vergini Mariæ.